BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8
43 A
1

8-43-A 1

COMPENDIVM PRIVILEGIORVM FRATRVM MINORVM ET RELIGIOſarum ſub eorum cura viuentium, necnon & aliorum Fratrum mendicantium, ordine Alphabetico digeſtum.

Cum noua dictorum priuilegiorum per Gregorium Papam 13. confirmatione.

Per R. P. F. Chriſtophorum de Capite fontium, totius ordinis Minorum generalem Miniſtrū, recognitū & eius iuſſu excuſum.

Adiectas reperies in fine huius Compendij quarūdam quæſtionum quas aduerſus ſtatum fratrum Minorum quidam opponere ſolent, diui Bonauenturæ ſolutiones, cum bulla cenæ Domini Gregorij 13. Papæ moderni.

Impreſſum Pariſiis apud Simônem Caluarinum, via Iacobea, ſub ſigno Roſæ albæ.

Venales autem reperientur apud Procuratorem Fratrum Minorum Pariſiis. 1578.

FRATER CHRISTOPHORVS DE CAPITE FONTIVM, totius ordinis Minorum Generalis miniſter, & Seruus, chariſſimis ſuis in Chriſto fratribus S. P. D.

CVM noſtro infœlici ſeculo cõplures, ſtatus atque profeſſionis noſtræ contemptores & oppugnatores comperiãtur, qui velut Reipublicæ Chriſtianæ īputile, inſtitutum vitámque noſtram ſuperſtitionem potius quàm religionem vocandam exiſtimẽt, ex ſummorum pontificum præiudiciis, qui quantos fructus religio noſtra Eccleſiæ Dei afferat attentius conſiderãtes, innumeris eam priuilegiis confirmarunt, roborârunt, ornarunt, muniẽrũt opprimẽdos cõfutandoſq; eos eſſe exiſtimaui. Quis enim tot ſummorum, ſanctiſſimorum atque doctiſſimorum pontificum, qui pluſquam à 300. annis ſuis fauoribus noſtram amplexi ſunt religionem iudicia reijcere; niſi iudicij mentiſque prorſus exors, auſit, aut præſumpſerit? Hi enim Chriſtum, primum Eccleſiæ Chriſtianæ pontificem ſummum, imitati, eos qui ordinem arctioris vitæ & religionis à Chriſto magiſtro ſuo inſtitutum profeſſi ſunt, & tenerius dilexere ſemper, & magnis conceſſis illis priuilegiis, velut quibuſdam propoſitis premiis, ad eum amplectendum quã tos plurimos potuere allexerunt & inuitarunt: Chriſtum dico eos in hoc imitari, qui primus magnis propoſitis præmiis ad huiuſmodi vitam & religionem, quã nos profitemur, omnes inuitauit. Nam cũ ſemel diuus Petrus Apoſtolorum princeps, Chriſtique in ſummo põtificatu viſibili ſucceſſor, illi dixiſſet. Ecce nos reliqui *Math. 19.*

mus omnia, & ſequuti ſumus te, quid ergo erit nobis? interpoſito iuramento aſſeruit, eos in regeneratione ſeſſuros eſſe ſup 12. ſedes, 12. tribus Iſraël iudicaturos. Et ſubinde ſubiunxit. Et omnis, qui reliquerit domum, fratres aut ſorores, aut vxores, aut filios, aut agros, & patrem, aut matrem propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit. Quod eſt dictu. Omnes, qui veſtro exemplo omnia reliquerint, vt mihi ſeruiant, vt me ſequantur, & imitentur, me (inquam) qui ſic omnia propter vos reliqui, vt licet vulpes foueas habeant, & aues cœli nidos vbi reponant pullos ſuos, ego tamen ne quidem vel vbi laſſum caput reclinem habeā, centuplum accipient, id eſt centies meliora atque præſtantiora bona, & beata fœlicique vita æternum fruētur. Ex quibus verbis diuus Auguſtinus infert votum Apoſtolos paupertatis emiſiſſe. Eadem autem, qua & ipſe ratione motus, aſſero & ego votum quoque caſtitatis eos emiſiſſe vxoribus relictis, quādoquidem iſtud relinquere omnia, à Chriſto dicto in loco expoſitum, non ſolum agros & poſſeſſiones terrenas; ſed & vxores comprehendat. Illud autem & ſequuti ſumus te, votum continet obedientiæ, quam aliis verbis alibi Chriſtus exigit, dum neminem ait ſuum diſcipulum eſſe poſſe, qui non abnegauerit ſemetipſum, quod per ſanctæ obedientiæ votum exactiſſimè completur, quā virtutem in Chriſto cœlibe; atque virgine, excellenter præluxiſſe; teſtis eſt Apoſtolus Paulus, dum eum vſque ad mortē, mortē autē crucis obedientē fuiſſe teſtatur, ob idque ſummam ſui exaltationē meruiſſe. Chriſtus cuidam adoleſcenti, qua ratione vitam adipiſci poſſet æternam percunctanti, qui omnia Dei præcepta ab adoleſcētia ſua ſeruaſſe ſe aſſerebat, reſpondit vnum illi deeſſe ſi volebat perfectus eſſe; ſcilicet omnia ſua vendere, iisque pauperibus datis, ipſum ſequi, atque ſic faciendo theſaurum haberet in cœlis copioſum. Quibus verbis haud dubie paupertatis propter Chriſtum vouendæ inſtitutum, approbatur ab eo, cum omnia propter nomē ſuum diuendendo, theſaurū ait acquiri in cœlo copioſum. Qui tanta promittit, huiuſmodi inſtitutum amplectentibus præmia, rem eos facere ſibi gratiſſimam

luce clarius oſtendit. Qui ergo tale inſtitutum amplectentes condemnãt,reprobant,reijciunt, vt ſuperſtitionem,cultumque Deo diſplicentem,in Chriſtum profecto blaſphemi ſunt. Chriſtuſne, viri boni,ad cultum ſui offenſiuũ,aut Eccleſię ſuæ dãnoſum, vllis propoſitis prę miis quempiam inuitauerit vnquam? Vos ne velut inutilem è medio tollendum ſtatum illum aſſeretis,ad quẽ profitendum tanto propoſito brauio omnes Chriſtus incitat? Quæ hæc audacia,ne dicam inſania dementiaue fuerit? Inutiliane, vel vana homines amplecti Dei filius & ſapientia Chriſtus aliquando docuit? Quid ſi ego vos inutiles,& imperfectos Dei ſeruos, ex eius verbis eſſe demonſtrato,religioſos autem, ſi ſecundum ſuam vocationem vixerint, vtiles atque perfectos? Omnes enim Chriſtianos ſeculares,qui niſi ad Dei ſeruãda mãdata obſtringere ſe volunt, & nihil ad Dei cultũ præter mandatorum eius obſeruantiam afferunt,ſeruos inutiles dici debere, ex Chriſti verbis inferre facile eſt,vti & vtiles eos eſſe, qui præter præcepta, ad conſilia quoque Euangelica ſeruanda ſua ſe ſponte,atque propria deuinciunt voluntate. Cum enim parabolam ſemel diſcipulis de ſeruo redeunte ex agro, atque ſimul vt redierat cœnare cupiente,iuſſo à Domino ſuo,vt ſibi prius cœnam appararet,propoſuiſſet,deinde ſubintulit. Num (inquit) huiuſmodi ſeruo gratiam vllam habiturus eſt Dominus eius? Et reſpondit. Non puto. Ac ſi diceret,certiſſimè ſcio quod non. Et quare hoc? Quia ſeruus ille nihil fecerat, niſi quod iuſſus erat; tenebatur autem ex conditione ſua vel vapulare,vel Domini mandata complere. Nihil ergo faciebat,niſi id,ad quod ex ſuæ conditionis ratione,obligatus deuinctuſque erat. Sed ſi præter ea,quæ Dominus iuſſerat alia, quæ grata ſibi noſſet,ex ardenti erga illum amore obſequia illi exhibuiſſet, pro fecto gratiam illi Dominũ ſuum habiturum fore Chriſtus dixiſſet. Seruo non faciẽti niſi quæ iuſſa ſunt, Chriſtus nullam illi Dominum ſuum gratiam habiturũ, vel habere teneri per hæc verba declarat. Et tandem concluſit, Sic (inquit) & vos cũ feceritis quæ præcepta ſunt vobis dicite, ſerui inutiles ſumus, quia quæ præcepta ſunt nobis fecimus. Quaſi diceret, cum natura Dei ſerui

ſtis,etiam ſi feceritis omnia, quæ præcepta ſunt vobis, non illi exprobare iure poteſtis, quicquam eum vobis propterea debere,nam ſerui eius eſtis,& nihil niſi quod præceptum eſt feciſtis. Quaſi diceret,ſi faceretis nō ſolum quæ præcepta ſunt, ſed etiam alia ſeruitia, quæ illi grata eſſe noſtis, quæ tamen vi præcepti à vobis non exigit, tunc & gratiam vobis Dominus veſter haberet, & ſerui diceremini, & eſſetis vtiles. Super quæ verba

Hiero. in 4. c. ad Rom. diuus ait Hieronimus. Debitoris enim(inquit)eſt facere quæ iubentur, & niſi paruerit, damnatur; ſi autem fecerit non habet gloriam, quia inutilis adhuc ſeruus dicitur, qui nihil amplius quam præceptum eſt, operatur. Hæc Hieronimus & ratio eſt. Nam qui non facit niſi quæ præcepta ſunt,oſtendit velut inuitumDomino ſe ſuo ſeruire, & timore tātum non amore illi obſequi. Qui autem præter ea, quæ præcepta ſunt alia Domino ſuo grata ſeruitia facit, oſtendit hilaritatem atque alacritatem animi ſui, & propenſionem voluntatis ſuæ erga eum, & quod diligat non ſolum timeat Dominum ſuum.Chriſtus Dominus noſter quædam per ſe & ſuos Apoſtolos nobis ſub æternæ pœnæ comminatione præcepit, & eorum impletionem ſeuerè admodum exigit, quædā verò conſulit,non præcipit, atque ad ea implenda non minus, ſed propoſitis præmiis nos inuitat, ſicut eſt illud, relinquite omnia & ſequi Chriſtum, & illud, quod de Enuchis ſe caſtrantibus propter regnum cœlorum dixit,per quos ſine dubio per votum ſe caſtitatis Domino conſecrantes,& caſtrātes intellexit, de quibus

1. Cor. 7 ait Apoſtolus, de virginibus præceptum Domini non habeo,conſilium autem do,quoniam bonum eſt homini ſic eſſe. Hos enim ait ex integro non diuiſo corde Deo ſuo & Domino ſeruire. De his,qui hæc, quæ ſibi à Chriſto & Apoſtolis eius conſuluntur non præcipiūtur,faciunt, dicimus quod ſerui Dei ſint vtiles, & quod his Dominus gratiam ſit habiturus, de aliis autem qui nihil niſi quæ præcepta ſunt à Deo facere volunt, inferimus quod ſerui ſint inutiles,& quod illisDominus nō teneatur vllam habere gratiam, quia dum nihil præterea faciunt, non ſatis alacriter Domino ſe ſuo ſeruire conijciēdum relinquunt. Dico vlterius,ſeruos illos eſſe

imperfectos. Sic enim ait Chriſtus adoleſcenti dicenti ſe omnia Dei præcepta ſeruaſſe, vnum tibi deeſt, ſi vis perfectus eſſe vade vende omnia tua & da pauperibus, & veniens ſequere me. Quibus verbis innuit imperfectum illum ſeruū fuiſſe, licet omnia Dei mandata ſeruaſſet. Et cur imperfectus dicatur, ex verbis elicimus Apoſtoli dicentis de ijs, qui vxores ducunt, quod diuiſi ſint, ſui ſcilicet cordis partē Deo partē vxoribus dedicātes, dū conātur Deo & ſuis vxorib⁹ placere, Virgines autē ait & viduas, q̄ voto ſe caſtitatis Dei dedicauere ſeruitio, non cogitare niſi vt placeant Deo, per ſanctitatē corporis & ſpiritus, & ideò integras & perfectas eas eſſe, & poſt Chriſtum ait, meliorem illas eligere partem. Quod diuiſum eſt, imperfectum eſt: quod perfectū eſt, diuiſum non eſt: rectè ergo Chriſtus mundo & Deo ſeruire volentes, ſeruos vocat imperfectos, & vnum illis deeſſe aſſerit, quod eſt omnibus diuenditis & relictis, Chriſtum ſolum ſequi, & Chriſti cultui ſe totos dedicare. En ergo quomodo ex Chriſti & Apoſtoli verbis probatur Chriſtianos ſeculares inutiles & imperfectos Dei ſeruos eſſe, etiam ſi omnia Dei mandata ſeruent, religioſos autem, qui præter præcepta; Dei quoque conſilia ſeruaturos ſe ſolenni recipiunt voto ſeruos vtiles & perfectos dici debere, & tales verè eſſe, ſi promiſſam Deo fidem non fefellerint. Si dixerint ſe Chriſti ſaltem ita atque nos diſcipulos eſſe; reſpondebo quod non. Nam Chriſtus exertè dixit, neminem ſuum eſſe poſſe diſcipulum, qui non renunciauerit omnibus, quæ poſſidet. Quæ dixerim non vt nos de noſtra profeſſione iactemus, ſed vt ſeculares ſtatum religioſorū canino dente rodentes, veritatis ſententiis perſtringamus, & quoad eius fieri poteſt, eorum inſolentiam comprimamus. Nā ſi verè Chriſto credunt, quæ ex Chriſti verbis in conſequentia hîc neceſſaria intulimus, vera eſſe fateantur oportet. Optimum autem foret ſi ſeipſum vnuſquiſque noſſet, & quem in Chriſti regno gradum & locum teneret, ſerio cogitaret, vt ſuo ſe quiſque pede metiretur. Redeūti ſemel ex Neapoli Romam, comitem ſe iunxit itineris ſacerdos quidam ſecularis, quem cum quidam ex noſtris, ad religionis noſtræ vitam amplectendā ex-

hortaretur. Reſpondit ſe ex Diui Petri religione eſſe, quæ cunctis aliis antecelleret. Cui tùm ego, Nihil minus quam Petri religionis es. Is enim omnia reliquerat mundi huius bona vt Christum ſequeretur, tu autē non ſic, ipſe argentum & aurum non habebat, tu autem ſic, fratres, qui ſub eius diſciplina & religiōe Hieroſolimis viuebant, nihil proprium habebant, nemo eorum quicquam ſuum eſſe dicebat, ſed erant illis omnia communia. Video ergo vt potiùs nos quam tu ex diui Petri, imò ex Chriſti religione ſimus, qui primus huiuſmodi viuendi inſtitutor fuit, cum verbis & exemplis omnes ad egenæ & cœlibis vitæ arctam viam vocaret. Cum nō haberet quod his obijceret, victum ſe profeſſus fuit, & quod in Marſupio aurum & argentum habebat, ad ſoluendum pro prandio noſtro hoſpitem liberaliter obtulit. Hæc dixerim ob ſacerdotes aliquos ſeculares qui in Eccleſiaſtica Hierarchia nullum nobis locum relictū eſſe, dicere audent & prædicare, quaſi verò veri diſcipuli Chriſti, ſerui eius perfecti & vtiles, ad eius domum nō pertineant & Eccleſiam, & membra corporis eius nobiliora, de eius corpore non ſint, & eo deterioris conditionis ſimus, quo arctius & propius Chriſto per religionē colligamur. Et quia conſilia eius cum ipſis mandatis obſeruare nitimur, minus ad illum pertineamus. Certum eſt nos Prophetarum, atque Doctorum locum obtinere, atque idem quòd Chriſtus officium in eo exercere, quod vt ipſe ſemper docebat in Templo & loco, quo omnes Iudei conueniebant, ita & nos palam in Templis omnes Chriſtianos vtriuſque ſexus doceamus ſenes & iuuenes. Quod ideò dictum ſit, ne qui officium pedagorū qui in ſcolis pueros docēt, & in doctrina Chriſtiana rectè inſtituūt, noſtro præferendū eſſe falſo aſſerant, cum Chriſtum nunquam legāt aut Apoſtolos ſcolas rexiſſe, ſed omnes ſimul, tum iuuenes, tum ſenes in fidei & morum doctrina inſtituendos ſuſcepiſſe. Plus enim eſt omnes, quam aliquos tantum docuiſſe. Doctrina autē Chriſtiana à noſtris, cæteriſque religioſis mendicantibus, ex Dei verbo magiſtróque ſententiarū (qui ex veteribus Eccleſiæ doctoribus ſummā Chriſtianę doctrinæ collegit) ab ipſis noſtratū religionū incunabulis

cũ verbi Dei prædicatiõe, populo ſemper ꝓponi cõſueuit. Laudo eorum inſtitutum, qui inſtituendæ iuuentutis partes ſibi deſumpſere. Opus enim hoc eſt maximè pium, & magna laude dignum, & præmio, atque reipub. Chriſtianæ reformandæ maximè neceſſarium. At non minus piũ opus eſt omnes ſimul iuuenes & ſenes, quæ ſalutis æternæ ſunt docere, & ad bona opera orationis viribus mouere. Duo hæc familiaria Chriſto erant, Orare & prædicare Rerumque ordinis noſtri fundator ſanctus pater Franciſcus amplexus in regula ſua eſt. Quondam anxius animo per aliquot menſes dictus noſter pater fuit, cum non poſſet apud ſe certo ſtatuere an deberet ipſe & ſui fratres tantum contẽplationi & orationi in ſolitudinibus & deſertis locis vocare, an verò etiam & prædicationi verbi Dei interrupta ad tempus contemplationis quiete inſiſtere. At ipſe quidem tantũ conſolationis ex continua oratione & contemplatione carpebat, vt magis in hanc partem, quam in illam inclinaſſet, ſi Chriſto gratius id fore noſſet, verùm reuelatũ diuo Siluestro viro maximæ contemplationis diuæque Claræ fuit, poſtquam inſtantibus præcibus diuo Franciſco iubente dominum rogaſſent, oſtendere dignaretur, vtrum è duobus gratius illi foret: Franciſcum ſuoſque fratres non ad hoc vocatos, vt ſibi ſoli viuerent, ſed etiam vt aliis quoque ſuis prædicationibus proficerent: Quod diuinum oraculum adeo lætanter amplexus eſt, & feruenter executus, vt ſingulare etiam de prædicando, modoque prædicandi mandatum fratribus ſuis in ſua regula dederit. Prędicare autem ſine literarum ſtudio velle, tentare Deum eſſet. Quare neque ſimplicium aliquot fratrum ſequenda opinio eſt, qui literis operam dare regulæ diui Franciſci puritati contrarium eſſe aſſerunt. Conſequenter quoque ſequitur libros habendos eſſe, & pro illis emendis recurſum ad amicos ſpirituales habendum, cum dono vix haberi queant, quemadmodum ex reſponſionibus diui Bonauenturæ ad quæſtiones, quas quidam contra fratrum obſeruantium viuendi modum proponere etiam hodie ſolent, quas in huius libri finem reperire eſt, ſatis ſuperque cõſtat. Sunt enim nonnulli, qui quia regulam, vt eſt à diuo Bonauentura

imò vt eſt à ſummis pontificibus Clemente & Nicolao quinto reſoluentibus difficultates, quas ſcrupoloſi fratres ſuper ſincera regulæ obſeruantia proponebant declarata atque expoſita ſeruare profeſſi ſumus; non diui Franciſci, ſed diui Bonauenturæ religionis eſſe falſo aſſerunt, quaſi verò diuus Bonauentura ſuo tempore qui erat generalis totius ordinis minorum miniſter, & ab Eccleſia in ſanctorum numerum relatus eſt, verus non fuerit regulæ diui Franciſci, quàm profeſſus erat, obſeruator; & quaſi priuata ſimplicium & illiteratorum aliquot fratrum opinio & expoſitio Eccleſiæ ſit præferenda iudicio, & interpræcationi, qua regulam noſtram in Concilio Viennień. ſub Clemente quinto interpretata eſt, quaſi etiam vſque ad eorum, qui talia dicunt, quiue vix adhuc è ſuo prodiere ouo aduentum nullus fuerit in Chtiſtiano orbe verus Franciſcanus, & Eccleſiæ, quæ ſub Leone decimo, fratres de obſeruantia veros eſſe regulæ diui Franciſci obſeruatores, atque ideò ordinis ſigillum eorũ congregationi dedit, decreto facto, ne quis niſi ex obſeruantium familia in generalem ordinis minorum miniſtrũ deinceps eligeretur, errauerit. Vocauit autem eos Eccleſia de obſeruantia, eo quod purè & rectè diui Franciſci regulam ſeruarent. Eſt hæreſis dicere eos, qui diui Franciſci regulam, iuxta Eccleſiæ interpræcationem per ſummos pontifices factam obſeruant, in ſtatu eſſe damnationis; nam ex hoc Eccleſiam errare ſequeretur, & in iis, quæ animæ ſalutem, & conſcientiarum tranquilitatem atque ſecuritatem ſpectant, nõ Eccleſiæ & ſummorum pontificum, ſed priuatorũ aliquot iudicio ſtandum eſſe. Quare & ſancta inquiſitio talia dogmatizantes, vt veros hæreticos caſtigare debet. Quod & in Hiſpania de quodam factum intelligo, qui libro ædito fratres de obſeruantia, iuxta ſummorũ pontificum regulæ diui Franciſci declarationes viuentes, in ſtatu eſſe damnationis aſſerebat, neque veros eſſe dictæ regulæ obſeruatores. Ex hoc enim ouo, blaſphemiæ in eccleſiam quamplures excluduntur pulli. Nõ eos dãnamus, imò laudamus, qui arctiorem quam nos vitam ducere voluerint. Laudamus, qui toto tẽpore vitæ ſuæ in pane & aqua ieiunant, qui repetiatis veſtibus ex hu-

militate veſtiuntur, ſaccíſque atque cilicio induuntur, qui mendicitati quotidianæ delectati in diem viuere malunt, modo ne eos, qui ita atque ij non viuunt, non contemnant neque diiudicent, quod facere expreſſè diui Franciſci regula prohibet. Modò ne etiam fraternæ charitatis vinculum, alios ſuperbe contēnentes & phariſaico ſupercillio condamnantes, temere rumpant, ſine qua nec omnia in pauperes bona diſtribuiſſe, nec pro Chriſto martyrium ſuſtinuiſſe, quicquam apud Deum prodeſt ad ſalutem. Laudo omnia religioſorum inſtituta ab Eccleſia approbata, eos non laudo, qui ſibi ſolis vitæ ſanctitatem arrogant, alios omnes contemnunt vt peccatores. Hîc cauſam ago ſtatus obſeruantium; nō eorum, qui nomine tãtum ſunt obſeuantes. Licet enim multi inter obſeruãtes reperiantur, qui malè viuant, nō ob hoc tamen contemnenda obſeruantia eſt. Sicut licet in Eccleſia multi ſint peccatores, nihilominus tamē Eccleſia ſancta eſt, & ſine macula atque ruga. Cur? quia certè neque peruerſos filiorum mores, neque vllos approbat errores. Sic & mater ſancta caſta eſſe patet; licet filias habeat impudicas quando in earum impudicitiam ipſa non conſentit imò eas corrigere atque emendare, quoad eius fieri poteſt laborat & nititur. Ita de religione noſtra dixero, eam ſcilicet ſanctam & ſine macula & ruga eſſe velut quæ nullos malos filiorum ſuorum mores nullos approbet errores. Si qui enim in religione noſtra male viuunt: ideò malè viuunt, quia obſeruantiæ regularis diſciplinam prætergrediuntur. Si autem ideò malè viuunt, quia obſeruantiæ ſuæ inſtituta non ſeruant, profectò ſancta ſit inſtitutio illa oportet, quàm non obſeruaſſe malum peccatúmque eſt. Atque hæc quidem paucis in eos dicta ſint, qui ſe ſolos ſanctos exiſtimantes, & ſolum ſuum inſtitutum approbantes, reliquos temerè, ne quidem grauiùs dicam, contemnant & faſtuoſe contemnūt, eorum inſtituta ab Eccleſia approbata malignè reprobantes. Sed his relictis ad ſuum oratio noſtra redeat inſtitutum. Dicere enim incœperam nos in prophetarum, & doctorum ſedes ſucceſſiſſe, imò idem quod Chriſtus & Apoſtoli exercuere, officium gerere, quod ad verbi Dei prædicationem ſpectat: Quod

officium ita Apoſtolus Paulus commendatum habebat vt diceret ſe miſſum Euangelizare, non baptizare, præferens ſcilicet Euangelizandi opus Sacramẽtorum administrationi. Neque hìc multus ero, vt quàm gnauiter & ſtrenuè opus hoc fratres noſtri ſemper exercuerint exponam. Res antè omnium oculos poſita eſt, ipſe teſtatur orbis, vix vllos præter religioſos circiter à 300. annis prædicandi verbi Dei laborem ſumpſiſſe, & in hodiernum vſque diem etiamnum paucos reperiri paſtores aut ſacerdotes ſeculares, (ſi cum prædicatorum religioſorum, qui ex mendicantium ordinibus prodeũt multitudine conferantur) qui verbi Dei panem Chriſti frangunt ouibus aut diſtribuant. Peragraui præcipuas quaſque orbis Chriſtiani prouincias, oculatus huius rei teſtis ſum. Non habet Italia, non Hiſpania, nõ Gallia, non ipſa orbis caput Roma vllos niſi pauciſſimos alicuius nominis prædicatores præter religioſos. Hi enim in vinea Domini ſtrenuè laborant. Hi populum Chriſtianum in officio retinent. Hi vt magiſtratibus ac principibus regni Chriſti dicto obediens ſit efficiunt. Hi in regum, imperatorum ac cæterorum principum huius mundi obedientia eorum ſubditos verbi Dei gladio continent, Diſperеam ſi non inter ciuiles Regni Franciæ tumultus ad regni monarchiam ſubuertendum noſtro excitatos tempore ad continendum in regum & Eccleſiæ obedientia Gallicum populum plus religioſi profuerint, quam vlli eorum milites aut exercitus, qui populum prædæ loco habentes, ad ſeditionem & rebellionem illum magis prouocabant, quam in officio continerent. Imò per eos non ſtetit quin irritatus tot malis populus, totus à regum ſuorum obedientia deficeret. At dum eum ferreis veræ religionis, catholicæ ſcilicet, vinculis alligatos timoris Dei freno in officio retinent, fit vt non ſolũ timore pœnæ, ſed & timentes ne Deum, ne conſcientiam offendant regibus ſuis & ſublimioribus poteſtatibus obediẽtes ſint. Atque in hoc catholicos ab hæreticis diſcernere eſt. Hi enim omni timoris Dei excuſſo per falſam religionem iugo, omnẽ debitam obedientiam abiecere eorumque contẽnunt, edicta & leges; illi autem Deum offendere timentes

regibus ſuis, vti Deus præcepit, etiam in rebus difficillimis facilè prōptéq́ue parent. Abeant ergo neſcio qui ſeditioſi viri, & inutiles ciuili reipub. religioſos eſſe dicant. Nam vt ingenuè dicam nullos neque quoad Deũ, neque quoad mũdum illis vtiliores habere Reſpublicæ poſſunt. Plus vn⁹ moſes reipub. Iſraëliticę ſol⁹ ſup mõtem orando profuit, quam pugnantium miliũ ſex cẽta millia. Illo orante aduerſaria proſternebatur acies, illo ab oratione ceſſante Iſraëliticus vincebatur exercitus: Multũ enim valet oratio iuſti aſſidua (vt Apoſtolus Iacobus ait) Quare dicẽdum eſt, etiam ſi nulli alteri rei, quàm orationi religioſi incumberent, vtiliſſimos tamen adhuc illos reipub. fore, multo autem magis vtiles dicendos, quãdoquidem & gladio ſpiritus, quod eſt verbum Dei, pugnantes: diuiſique per arces, vrbes, vicos, & oppida populum Chriſtianũ etiam ſub ciuilium magiſtratuum iugo retinent. Errant qui Rempublicam vllam bene regi ſine vero Dei timore (qui ex ſola vera religione naſcitur) poſſe exiſtimant. Niſi enim hoc freno inſanas hominum paſſiones cõpreſſeris, niſi mẽtem ipſam, ex qua vitia omnia, quæ Reſpublicas perturbant, procedunt, hoc timore in officio continueris, nulla ſperanda pax, nulla tranquilitas, nulla cõmunis & pacifica ſocietas, vlla in Repub. fuerit. Quare nullos magis amplecti, magis fouere & diligere rerumpublicarum Rectores debent., quàm eiuſmodi homines, quorum opera & diligentia fit, vt dum populi Dei timoris alligantur iugo, magiſtratuum quoque ciuilium legumque ſuatum iugum patienter ferant. Audacter dicam. Vix vllos haberet hodie Chriſtianiſſimus rex ſubditos ſibi per Galliam populos, ſi ſuorum maiorũ pietas tot religioſorum ordines ſuo in regno nutrire, fouere, habere non procuraſſet. Quod aſtuti & fraudulenti regni hoſtes animaduertẽtes dum monarchiam Gallicam ſubuerſam cuperent, & ad eam conterendã, coniuraſſent in religioſos viros, ſtatim ab initio antè omnia graſſandum ſibi eſſe & ſæuiendum exiſtimarunt. Hos enim omnes ſi è medio ſuſtuliſſent, facilè ſe peruenturos quo eorum conatus tendebant, certum apud illos erat. Ideò etiã in hoc toti fũt, vt quos extermināre

non potuerint, ſaltem irridendos & contemnendos toti (quoad poſſunt) propinent orbi. Hos enim cane & angue peius oderunt, vti econtra, veri regni & reipub. Gallicanæ amatores eos venerãtur, amant, colunt, fouẽt nutriunt, ſuaque liberalitate ſuſtentant. Magnus ille Ferdinandus Corteſius, qui in India occidentali vaſtiſſima regna innumeroſque populos Chriſti & Regis ſui imperio ſubijecit, ad Barbaros illos populos in obedientia continendos, religioſos noſtros, qui primi populo illi fidei lucem intulere coram Indis ſummo cum honore ad ſe venientes recipiebat, nunquam niſi genuflexo in terram & capite diſcoperto illos alloquebatur, quæ peterent ſiue pro ſe, ſiue pro Indis facilè omnia concedebat. Imò narrabat mihi religioſus quidam, qui illis in partibus per multos vixerat annos, quod cum ſemel Indi de fratribus noſtris apud dictum Corteſium, eo quod flagellis illos cecidiſſent, conquererentur, abijſſe tùm eum in ſecretius ſuum cubiculum, atque ibi nudatis humeris ſeipſum ad ſanguinis vſque flagellaſſe effuſionẽ, & tùm ad prædictos Indos redijſſe, illiſque dixiſſe non mirũ illis videri debere, ſi ab iſtis religioſis vapulaſſent quandoquidem & ipſum quãtumcunque magnus dux & Imperator eſſet, errantem correctionis ergo flagellare ſolerent, & nudatis ſpatulis verberum illis vibices oſtendit, quibus eum (vt aiebat) eo die affecerant, ſubinde inferens, eos, quia Dei magni & veri ſerui eſſent, ab omnibus metuendos eſſe, & ſe ne ſibi Deus eorum iraſcatur dicto illis obedientem ſemper eſſe, & quæcũque iuberent facere. Quod cum Indi vidiſſent de cætero adeò noſtros venerabãtur ac timebãt fratres vt prõptiſſimè ab illis imperata quęque efficerent, & faciliùs religionis Chriſtianæ iugum ſubirent. Intelligebat enim prudentiſſimus ille Imperator, quantum è re ſua eſſet ad barbaros illos in officio continendum eos per quos vera illis religio inferebatur in honore atque reuerentia ab omnibus haberi atque ideò ſuo eos exemplo ad religioſos noſtros honorandos & timendos prouocabat & alliciebat. Hoc etiam conſiderantes monarchiæ Gallicæ aduerſarij, toti in hoc ſunt, vt religioſos veræ religionis propugnatores, contemptibiles quoad

eius fieri poteſt, omnibus reddant, magnum ſe ad ſubuertendum regis ſtatum fundamentum ieciſſe ſcientes, hocvbi adepti forent. Ecótrà falſæ religionis miniſtros. qui contrà innumera expreſſa Dei verba ſoli Deo obediendum eſſe docent, amplexantur, honorant, colunt, venerantur. Hoc enim iacto fundamento, quia regem noſtrum hominem eſſe, probare facillimum eſt, ad inobedientiam & ſeditionem velut ſeruos ad pileum, falſa ſua religione omnes regis ſubditos vocant; ſed de his nunc pluribus agere, anguſti epiſtolæ limites non permittunt. Hoc autem dictum cupio ſapientiſſimos quoſque reges & rerūpublicarum rectores, veræ religionis Prædicatores ſummo ſemper in honore habendos eſſe exiſtimaſſe indéque factum eſſe, vt ſummi pontifices, ac Chriſtianiſſimi noſtri reges maximis ordinem noſtrum priuilegiis fauoribuſque coornarint, atque fratres noſtros ſuis ſemper ſubditis obnixius commendarint: Sapiēter quidem illi, etiam ſi nullam ex iſta ſua pietate niſi *præſentem* expectaſſent vtilitatem, ſed piētiſſimi viri & religioſiſſimi principes, in futurum etiam remunerationem reſpiciebant, illis Chriſti verbis fidētes. Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Quæ verba haud dubiè de ijs intelligenda ſunt, qui mū do relicto, Chriſti ſeruitio ſe dedidere; & ſacræ eius militiæ ſacramento, ſe illi obſtrinxere. In regno enim Chriſti, quod eſt Eccleſia voluntariorum militum locū obtinemus, qui ſponte noſtra diuiſi per arces, vrbes, & prouincias, in principum ac magiſtratuū eius obediētia, ſubditos populos continemus. *Voluntarios* dico, velut qui ſine vllis ſtipendiis imperatori noſtro militamus. Vbi enim prædicando, legendo, ſcribendo, diſputando, & aliis piis operibus ad aliorum vtilitatem incumbendo habendi, ſaltem ab ijs quibus, & pro quibus laborauimus victum & veſtitum diuinum nobis ius acquiſiuim' adhuc & iſta, quæ diuino & naturali nobis iure debentur, chariſſime comparamus. Veriſſima enim eſt vetus illa parœmia, Nihil charius quàm quod precibus emitur. Nos autem pugnando in ſacro Chriſti bello feſſi, & laborando in Chriſti vinea laſſi, non niſi præcarium & emendicatum panem ædimus, non niſi

præcatio & emendicato panno veſtimur. Et quod, quæſo, militum genus magis innocuum, vel minus ſubditis regis noſtri oneroſū? de regū huius mūdi militib⁹ poëta canit. Nulla fides pietaſque viris, qui caſtra ſequūtur. Quod ſi vnquam alias, nūc certè de regni huius militibus veriſſimū eſt. Summa enim cum humilitate, quem verbi cœleſtis panem populis frangendo, & ſpiritualia ſeminado cibū lucrati ſunt, præcibus ab iis emunt, qui diuino illis iure eum dare tenentur, & tamen ſiue detur ſiue non detur, patienter ferunt, diuinæ imperatoris ſui Chriſti prouidentiæ fidētes, qui piis aliquib⁹ ſēper inſpirat ſua eos liberalitate foueant, atque eleemoſinis ſuſtentent, & nutriant. Conqueri itaque de nobis nemo iure poteſt quod oneroſi reipub. ſimus, aut cuiquā graues, qui nihil niſi quod ſponte nobis offertur accipere à quoquam ſolemus, neminem interim concutientes, aut armatis vllis precibus vexantes. Et diuina certè prouidentia factum eſt, vt frigeſcenti mundo prædicatores Deus mitteret paupertatem amplexos, vt nullam iuſtā vllus occaſionem haberet, ventris aut auaritiæ cauſa catholicam propugnare nos religionem dicendi; vti de iis ſed falſo dicere ſolent, qui oppima in Dei Eccleſia ſacerdotia, velut militiæ ſuæ ſtipendia habent, de quibus quod ventris cauſa veritatem occultant Euangelij dicunt. Quis enim de homine vel micam ſanę mentis habente crediderit, quod mendicando, ieiunando, vigilādo, laborando, miſeréque, ſecundum mundum viuēdo, pergere velit ad tartara? cum nunc libertate cunctis vt velint viuendi hoc in regno conceſſa omnibus liberum ſit, qua via maluerint ad domū proficiſci dyaboli cum tot ſint hodie miniſtri ad latam omnes viam inuitātes, tot principes latam perditionis viam eligētibus ampliſſima ſtipendia offerentes? De nullis ergo minus quàm de nobis dici poteſt, quod auaritiæ vel ventris cauſa catholicam religionem propugnemus. Si experiri hæreticorum principes & protectores miniſtrorum ſuorum patientiam vellent, ad frequentia illos ieiunia & mendicitatem noſtræ ſimilem cogentes, quamprimum euidentius, luceque meridiana clarius viderent, vtri noſtrū vētris aut auaritiæ cauſa ſuam profiteatur religionem.

Diſpeream

Diſpereã equidem ſi infra paucos dies vllus apud eos prætẽſæ religionis ſuæ reperiretur miniſter. Diuino ergo conſilio, vti dicere incœperam, ſuper mendicitate & Xerophagia, noſtra fundata profeſſio eſt. Et certè mira res eſt, cum ad vitam hanc egenam amplectendam nullus ſit qui cogat, tot tamen, & tantos, & tàm præclaros per tot ſecula habuerit profeſſores. Digitus profectò Dei hîc ſeſe manifeſtè exerit, qui etiam vſque ad vndecimam horam in ſuã vineã operarios, & agricolas miſſurus eſt. Et quis quæſo, quantos in Eccleſia Dei fructus noſtri faciant fratres, vlla ſatis oratione explicarit? Nã non ſolum quæ Chriſto parta ſunt ſuo labore tuentur, verũetiam noua quotidie regna, nouas prouincias eius imperio ſubijciunt & acquirunt. A nonaginta enim citra annis vaſtiſſimũ Peruleorum in Indiis occidentalibus regnũ quod 1200. leueas in longitudine, & 1000. in latitudine patere ferunt Chriſto partum eſt. Et inter primos prædicatores, qui in illud traiecere regnũ, duodecim noſtri numerantur fratres qui duodecim Apoſtolorum prouinciam condidere, quam propter illius vaſtitatem in capitulo generali Valliſoletano in quinque prouincias, aliquotque cuſtodias diuiſam oportuit. Iam ſunt ſex anni fratres 18. in prouinciã miſi Thecumanã cum primo (qui ex ordine noſtro aſſumptus erat) illius prouĩciæ Epiſcopo fidei lucem barbaris populis, qui eã inhabitant illaturos. Eſt autem prouincia illa vltra tropicum Capricorni polum antarticum verſus ſita, multũ (vt ferunt) hominũ habitationi cõmoda In eam Indiæ occidentalis partem quàm nouam Hiſpaniam vocant, anno 1524. quidã noſtri ordinis magnæ pietatis & doctrinæ vir, nomine Martinus de Valentia, cum duodecim fratribus traiecit, & regnum Mexicanum, quod iam armis Regis Hyſpaniarum imperio Fernandus Corteſius ſubiecerat, ipſe cum ſuis ſociis Chriſto acquirere cœpit, & iacta per eos ſemina adeò profecere, vt iã totum illud regnum cum circumadiacentibus regnis quãplurimis & prouinciis, ſuaue Chriſti iugũ ſubierit. Mexicana teſtatur hyſtoria iſtos noſtros primos fuiſſe religioſos, qui in eas partes prædicandæ fidei gratia traiecere; atque per eos quamplurima ad infidelium cõuer-

ſionem edidiſſe Deũ miracula, erat autem dictus Martinus Papæ in illis partibus vicarius. Tanta autem ibi fuit animarũ ſeges in Chriſti horrea congreganda, vt de vno ferant Franciſcano, quod in paucis aliquot annis 400000. hominũ milia baptizarit. Patet mexicanũ regnum (vt aiunt) in longitudine 600. leucas & in latitudine 400. Ad reducendos ad Chriſti fidem Chichimecas nulli aptiores quã noſtri reperti ſunt religioſi. Sunt enim Chichimecæ homines ſylueſtres in montibus & ſiluis nudi, ſine vllis vrbibus aut domibus palabundi degentes. Non ſeminant, non metunt, non congregant in horrea. Aurum & argentum nihili faciunt, viri ſunt bellicoſiſſimi, adeo vt armis ſubigi hactenus nequierint. Crudeliſſime in victos Hyſpanos deſæuiunt. Ad fratres noſtros nudis ad eos pedibus, & veſtimentis vilibus indutos proficiſcentes, cicures & mites accedere ſolent, cùm cæteros omnes Chriſtianos, tùm religioſos, tùm ſeculares fugiant & oderint. Multos ex illis manſuefecere noſtri, Chriſtique iugum ferre docuere; vtque tẽpla & domos ad vicatim habitandum ædificarent effecere. Iam ſunt tres anni dum Romæ agerem, ad me illis ex partibus quidam noſtri venere fratres ad conquerendum de ſecularibus quibuſdam ſacerdotibus, qui vſurpantes ædificatas à fratribus noſtris Eccleſias & monaſteriola, auareque nimis, à neophitis illis pecunias exigentes in cauſa fuere, vt abnegata fide, relictiſque domibus & vicis, rurſum ad montes & ſuas multi ex illis redirent ſiluas; idque ita ſe habere per inſtrumẽta publica teſtabantur. Simul enim atque non ſe ſed ſua queri ſentiunt ſcandalizantur & Chriſtianos eorúmque fidem oderunt. Noſtri autem fratres cum nihil præter eorum ſalutem querant, ab illis diliguntur & libenter audiuntur. Iam ſex ſunt anni; ex quo ad Mexicanas noſtras prouincias (quas vaſtiſſimas numero quinque illis in partibus habemus, quarũ vna mexicana ſcilicet, quinquaginta quatuor cœnobia habet) centum miſi fratres vt ſelecti præſtantiores quique ex illis, ad Chichimecarũ & aliarũ gentiũ circumuicinarũ, quæ nondũ Chriſto nomina dedere cõuerſionem mitterentur. Nonaginta ex eis, eo ſalui peruenere, decem in inſula; quàm

Hyſpaniolã vocant, & in qua aliquot fratrũ & ſororũ monaſteria habemus, hęſere: Nã & ibidẽ eorũ opera opus erat. Innumeræ quaſi in quodã maris meridionalis Archipelago repertæ inſulæ ſunt, quas vndecim miliũ numerũ excedere aiunt, à viris bellicoſiſſimis inhabitatæ, quos armis ſubigere difficillimũ ferunt; eo duodecim noſtros fratres tres iam ſunt amici cum vno noſtro Cõmiſſario miſi. Sed quid facio? Ingens enim ſcribendus liber eſſet, qui ea, quæ per fratres noſtros ab 80. annis in conuertendis illis gentibus adeo facta ſunt deſcribere velim. In Indias etenim etiam orientales, quæ hodie Regi Portugaliæ patent, primi & ipſi prædicandæ fidei cauſa longiſſima & periculoſiſſima nauigatione traiecere, vbi multis ad fidem cõuerſis populis; ædificatiſque Eccleſiis & monaſteriis quãplurimis, multa regna oppida prouincias & vrbes Chriſti imperio ſubiugarunt. Idque antequam ſodaliũ nominis Ieſu inſtituta religio foret, quibus ſi primã illarũ gentiũ conuerſio nẽ quiſquã attribuere vellet, ſumma noſtos alioſque mẽdicantes religioſos iniuria debitam illis ſuffurando laudẽ affecerit. Iam enim per quadraginta ad minus annos antequã quiſquã illuc perueniſſet Ieſuita gentes illas Chriſto noſtri, verbi Dei falce metebant. Qui ſi quãta per eos Deus ad illarum gentiũ conuerſionẽ fecit nõ ſcripſerunt, non minus tamen vera ſunt quæ dico. Dolet certè mihi ꝙ nullus ex fratribus noſtris conuerſionis vtriuſque Indiæ Eccleſiaſticam ſcripſerit hyſtoriã. Multi ſiquidem ingenteſque ſcribendi libri forent non epiſtolæ, ſi vel ſimplici ſtillo rerũ à fratribus noſtris illis in partibus geſtarum veritas deſcriberetur. Sed epiſtolã me ſcribere non hyſtoriã memini. Vix enim vllus eſt orbis Chriſtiani angulus, in quo non aliqui ex noſtris repetiantur fratres, vel fidei conſeruandæ, vel plantandæ cauſa eò profecti. Habemus ſub Imperio Turcarum vaſtam admodũ Boſne argentinæ prouinciã quæ à centũ triginta annis graue illorũ iugũ ferre coacta eſt, nulli per totũ illud regnũ Eccleſiaſtici viri repęriuntur, qui cũ ſubiugatis à tã crudeli tyrãno Chriſtianis remãſerint, præter ſolos fratres noſtros, qui multa ibi monaſteria multaq; oratoria habẽt, in qb' Chriſtianos

illos verbi Dei pabulo paſcũt ſacramẽtaq; illis admini-ſtrãt. Idẽ eſt de Albania ſiue macedonia, in qua ſeptem adhuc monaſteria religio noſtra habet. Hieroſolimis hodie nulli latini religioſi ꝑter frẽs noſtros reperiuntur, qui inde Alexandriam Cairũ Cyprũ mittũtur prædicãdi & audiẽdi cõfeſſiões Chriſtianorum ergo, qui illis in ptib⁹ ſub Turcarũ ĩperio degũt & verſantur. Dies, imò multi me anni narrantẽ deficerẽt, ſi quãtos religioſi noſtri fruct⁹ in eccleſia Dei faciãt & afferãt exponere voluero. Sed multo fratrũ noſtrorũ ſanguine ab initio cõſtitit, cõſtatq́, etiãnũ in hodiernũ vſque diẽ, vel fidẽ vtriq; Indiæ inuexiſſe; vel verſãtes inter hæreticorũ & Turcarũ gladios, in fidei & Eccl'.æ catholicæ obediẽtia tot populos continuiſſe, vel ab hæreticorũ erroribus cõuertiſſe. Sed hæc gloria nr̃a eſt & corona, quod tot martyrũ purpuris ornata religio nr̃a ſit, dũ cõſtãter, vel in promouẽda, vel in ꝓpugnãda fide catholica, frẽs noſtri imminẽtia quæque pericula ſubeũt. Sed de his alias. Hæc autẽ dicta ſint, vt ex his paucis dũ quanta dicẽda reſtãt lector attendit quã ſint Eccleſiæ Dei totiq; reipub. Chriſtianæ frẽs nr̃i vtiles, cõijcere & iudicare poſſit. Videbit quoque quãta cũ ratiõe aſſeruerim, frẽs nr̃os ſi ſecundũ ſuã ꝓfeſſionẽ vixerint, ſeruos Dei vtiles & ꝑfectos, veroſque Chrĩ diſcipulos dicẽdos eſſe. Summi itaque põtifices Chriſti vicarij & regni eius pro reges, hæc cĩa cõſideratẽs, vix quicquã magis cõmendarũ habuere quam vt fratres nr̃os tã Eccl'iæ Dei vtiles & neceſſarios, ſummis fauoribus ꝓſequerẽtur, vt oẽs Chr̃ianos ad eos honorãdos, amandos, venerãdos, ſuſtẽtãdos ſuo exemplo animarẽt & excitarẽt. Hinc tot priuilegiorũ origo, quibus ab ordinariorũ iuriſdictiõe eximimur. Animaduerterunt enĩ eoꝵ maxime ſeruandũ eſſe honorẽ, qui fidelibus Dei verbũ exponere habẽt, ne ſi eoꝵ vita cõtemptui eſſet, eorũ quoque doctrina vileſceret. Quare prudẽter ſanxerunt vt ſi quæ eſſent inter religioſos peccata, per ordinũ ſuoꝵ prælatos corrigerẽtur, ne ſi palã & publicè eos puniri aliorum more cõtingeret, infames apud eos redderẽtur; quibus erant prædicaturi. Quod magno certè impedimẽto foret, ne eoꝵ ꝑdicatio optatos in Eccleſia frũctus afferret. Eadẽ ratione moti mul-

tas ijs indulgentias cõceſſere,qui fratrũ noſtroꝝ p̄dicationibus adeſſent,vel qui Eccleſias nr̃as religionis ergo viſitarēt, & diuinis per nos celebratis officiis intereſſēt. Et cum animaduerterēt oĩa nos ꝓpter Xp̃m reliquiſſe, egere tamē victu ac veſtitu, ſuis nos eleemoſinis iuuãtes,vel hoſpitio recipiētes, vel quauis ratiõe nobis benefaciētes,multis quoque donarunt indulgentiis,& peccatorũ remiſſionib⁹,vt in hoc videre priuilegiorum nr̃i ordinis cõpēdio eſt,ꝙ recognitum &correctũ,nunc pię lo dari hac in vrbe fecimus,cum noua oĩum nr̃i ordinis priuilegiorum confirmatione à Gregorio 13. Papa, qui nunc fœliciter ac ſumma cum prudētia Dei Eccleſiã regit, facta; qui omnia p̄deceſſoꝝ ſuoꝝ priuilegia rata eſſe voluit,niſi ea ſola, quæ Cõcilij Tridentini decretis cõtraria eſſent,quæ certè pauciſſima cõperientur. Hæc autē ideò prælo dari fecimus, quod quoſdã in nr̃a Gallia eſſe audirem, qui cĩa noſtra priuilegia reuocata eſſe falſo p̄dicarēt. Imò reperti ſunt, qui eo audaciæ ꝓmouerunt vt ne ſummum quidē põtificē audiendaꝝ Chriſtifidelium cõfeſſionum,eoſque abſoluendi poteſtatem fratrib⁹ nr̃is cõcedere poſſe aſſererēt.Quod docere hęreſim eſſe à ſummis declaratum eſt pontificibus, vti in hoc priuilegioꝝ cõpēdio reperire eſt. Hîc liber cuique religioſo mēdicāti neceſſarius eſt, nõ ſolum vt ſciat quibus priuilegiis vti poteſt, ſed etiã vt quouſque illis vti illi liceat, addiſcat Bullã cænæ Dñi cum hoc cõpendio imprimi curauimus, quia maximè neceſſarium eſt oēs ſciāt,à quibus caſibus abſoluere,vel non abſoluere pœnitētes poſſint. Nã cum caſuum reſeruãdoꝝ poteſtas diuinitus ſummis cõceſſa ſit pontificibus, qui de reſeruatis ab eis caſibus quēquã abſoluere tētat, certè laterem (vt aiunt)lauat,& pœnitētē decipit,quia quę ab ijs reſeruata &ligata ſunt in terris,abſque dubio in cœlis quoq; ligata retētaque ſunt. Nullum vult dictus pontifex cõfeſſionum audiēdaꝝ officium habere aut exercere, qui caſus in dicta bulla reſeruatis integrè & perfectè non ſcierit,ideo omnes eã diligēter legãt oportet. Et maximè in Galliis cauere debēt,ne vel ipſi hæreticoꝝ libros habeant,vel eos habentes & retinentes abſoluere audeant,quãdoquidē neque id facere ſine ſpeciali ſummi

pōtificis facultate poſſint. Multa hoc in libro religioſaꝵ ſanctæ Claræ ſtatuta atque priuilegia; itē de Tertiarioꝵ vel Tertiariaꝵ priuilegiis viuendique ratione cōperiētur, ijs, qui eoꝵ curā habent ſcitu maximè neceſſaria. Atque de his quidē hac epiſtola admonitos vos volui, in qua fuſius de noſtri ſtatus excellētia diſſerui, quatenus præ manibus vnuſquiſq; veſtrum, quod ſtatus noſtri detractoribus reſpōdeat, haberet. Atque hîc forſam dicturus es reliquos grauiter religioſos laturos eſſe, ꝙ nō etiā & in eoꝵ laudes hac in epiſtola excurrerī. Quibus reſpōſum ſit, quæ in genere de religioſis diſſerui, ad mēdicātes oēs pertinere quoque ꝑter pauca quædā. Præterea ne hîc religionē noſtrā tātum ꝓpugnādā ſuſcepiſſe, habere autē vnumquēque mendicātium, ordinē eloquētiſſimos viros, quibus ſcribēdi in laudē ſuorum occaſionē ꝑreptā nolui. Dictum etiam & iſtud illis ſit. Qui Paulum laudat, non vituperat Petrum, & vnius laudes, alterius vituperium nō eſſe. Illud quoque forſā mihi obieceris, nō patiēter audituros ſeculares Chriſtianos, quod inutiles illos & imperfectos Dei ſeruos vocauerim. His reſpōdeo, veritatē doctrinæ Chriſti etiā cum alioꝵ ſcādalo cōſtāter aſſerendā eſſe & cunctis ingerēdā. Si qui ex hoc ſcandalum patiātur, ex me illud Chriſti audiēt. Sinite eos cæci ſunt & duces cæcorum. Quod ad veros catholicos ſpectat, ipſi certò credēt rē ita eſſe & ſe habere, & humiliter ſeruos ſe Dei inutiles eſſe cōfitebunť, rationēque doceri petēt, qua & ipſi vtiles eſſe ſerui poſſunt. Id ex diuo Paulo, diuoque Chriſoſtomo diſcere habent. Paulus enim in Epiſtola ad Thymotheū ait diuitibus huius ſeculi pręcipe ſublime nō ſapere, nec ſperare in incerto diuitiarum, ſed in Deo viuo, qui præſtat omnibus abundè ad fruēdum, diuites eſſe in bonis operibus facilè cōmunicare, tribuere, theſaurizare ſibi fundamentum bonum in futurū, vt apprehēdāt bonā & verā vitā. Et alibi cum eleemoſinas ꝓ pauperibus religioſis, qui Hieroſolimis ſub Apoſtolorum diſciplina viuebāt à Corinthiis peteret, cōſulebat illis eiuſmodi eleemoſinas libēter facerēt, quatenus dictorum religioſorum abundantia eorum inopiā ſuppleret, & ſic fieret æqualitas. Quibus verbis manifeſtè indicat Corinthios

(qui diuites erant, & mundo non renunciarant cunctis diuenditis, vti & Hieroſolimitani illi religioſi) inopes & pauperes apud Deum fuiſſe, alios autẽ diuites, in bonorum ſcilicet operum merits, Corinthios autem diuites quoque quoad Deum effici poſſe, per eleemoſinas dictorum religioſorum cõmunicãdo meritis. Diuus Chriſoſtomus idem (pulchra admodum ſimilitudine) docet. Ait enim. Quemadmodum (inquit) vlmus infructuoſa ex ſe, & inutilis arbor eſt, tamen dum ſuis viribus vitẽ propè ſe plantatam vt fructum ferre poſſit, ſuſtinet, vtilis & fructuoſa efficitur; ita inquit & ſeculares diuites, dum pauperes Dei ſeruos ſuis opibus ſuſtentãt & eleemoſinis, vt in Dei vinea fructus ferre poſſint, efficiunt & ipſi vtiles, fructuoſique in Dei Eccleſia, neque vt infructuoſa ficus, velut fruſtra terram occupantes, vt in ignem mittantur, abſcindentur. En quomodo & ipſi vtiles & fructuoſi, Dei ſerui effici poſſint. Sed dicet forſã aliquis, quod hæc ego (quæſtus gratia) doceam. Cui dictum ſit, me Chriſti & Apoſtolorum doctrinam proponere quæ qualicumque tandẽ cauſa proferatur, nunquam vera eſſe deſinit. Quilibet autem pius doctrinæ Chriſti & Apoſtolorum eius veritatem diſcere geſtit, & auditam ambabus (quod aiunt vlnis) amplexatur; qui verò eam noſtri odio acti recipere noluerint, eorum periculo ſit. Veritas enim tandem omnia vincet & ſuperabit. Quod vt quamcitius fiat Deum Opt. Max. obnixius præcemur, quatenus in vna fide charitate & Eccleſia omnes vnanimiter viuentes, fidei quoque finem animarum noſtrarum ſalutem reportare poſſimus. Amen.

Errata quæ irrepſere ſic corrige.

*In prologo pagina 3. linea 24. pro quam lege que. pagina
7. linea 12. pro exigentibus lege exiſtentibus, pagina 8. linea
antepenult. pro excõmunicationis lege excõicatis pag. 9. linea 27.
ꝓ eius lege eis, pag. 10. linea antepenult ꝓ ac lege ad, pag. 17. li.
9. ꝓ tamen lege tam, pag. 18. lin 9 ꝓ ipſis lege iſtis, pag. 18. lin.
24. ꝓ adeptum lege adeptus, pagi. 24. lignea 2. ꝓ nulla lege nõ-
nulla, pag. 34. linea 24. ꝓ tam lege tamen, pagi. 39. linea 18. ꝓ
deputum lege deputatum, pagi. 40. linea 21. ꝓ alterabitur lege
altercabitur, eadem pagi lin. 25. ꝓ ex lege &, pagi. 42. lin. 8.
ꝓ clauſula lege clauſura, pag. 46. lin. 20. ꝓ temporibus lege tẽ-
poralibus, pag. 50. lin. 7. ꝓ Leo vigeſimus lege Leo decimus,
pag. 51. lin 9. ꝓ arecili lege Arecœli. Eadem pag lin. 26. ꝓ hunc
lege hoc, pag. 52. lin. 4. ꝓ notorie peccatorũ lege notorie peccatorẽ
pag. 56. lin. 25. ꝓ habere lege habetur, pag. 61. lin. 22. ꝓ nobili-
bus lege vilibus, pag. 67. lin 2. ꝓ peregrinationibus lege peregri-
natiõis, & li. penult. ꝓ ve le. vel, pa. 68. li. 23. ꝓ ãmonẽdũ le. amo
uẽdũ pa. 77. lin. 10. & 18. ꝓ excõicatiõis le excõicationes, pag.
86. lin. 13. ꝓ decentiũ le. decedentiũ, pag 90 lin. 12. ꝓ ãmonẽ-
dis le. amouendis, pa. 95. lin. 11. ꝓ p̃fato ordine le ordini, pa 99.
li. 31. ꝓ quaſlibet le quelibet, & eadẽ lin deleatur (&) pag. 121.
lin. 13. ꝓ gallis le. gallis, pag. 133. lin. 18. & 21. ꝓ inſigniarũ le.
inſigniorum, & ꝓ illariũ illorũ, pa. 134. li 35. ꝓ coruoralis le. cor-
poralis & pro nocipũ le. nociuũ, pa. 137. linea. pen. deleatur (non)
pa. 216. li 26. impinguẽdo le. impinguando, eadẽ pa. li. 2. p̃un-
tibus le. pereuntibus, & l. 20. influiſſe le. influx ſſe, & l. 28. hone-
ſtas le. inhoneſte. pa. 217. li. 21. poſt fuiſſe le. poſtpoſuiſſe, & l. 29.
ꝓ ſcr̃a le. ſacraſcriptura. pa. 218. l. 18 redditũ l redditũ, & l. 31.
maiori le. maior. & li. 24 egritis le erigitis, & li. 29. infra le. in-
tra. & li. 34. expugnat le. expugnare pa. 219 li. 2. carnus l carius,
& li. 30. p̃cipiũtur le. p̃ripiũtur. pa. 224. li. 28. eã ligatus le. alli-
gatus & li. 26. vociua le. nociua pa. 226. li. 9. moribus le. morbus
& li. 26. feruẽtibus l feruẽtius pa. 227. li. 9. magnus le. magna
pa. 228. li. 1. cũ veniẽs le. cõueniẽs & li 29. ꝙ le quã, eadẽ pa. li.
14. lucrã le. luctã. pa. 229. li. 15. p̃ceptis le p̃ceps pa. 230. lin. 25.
occupationem leg. occaſionem. pa. 233. lin. 6. ſectant, le, ſectantur.*

COMPENDIVM PRIVILEGIORVM FRATRVM MINORVM, NECNON ET ALIOrum fratrum mendicantium, ordine alphabetico congeſtum.

V. Signaſti domine ſeruum tuum Franciſcum.



R. Signis redemptionis noſtræ.

Ad quem venit rex è cælo amictu ſeraphico,
ſex alarum tectus velo aſpectu pacifico,
affixuſque crucis telo portentu mirifico.

PARISIIS,
1578.

SATIS ſuperq; optimus quiſque nouit parentē omniū rerum cūctos hoīes aliorū grā creaſſe. Qđ diuinus ille Plato &cognoſcēs & cōtēplās ad bñ beateq; viuēdum hiſce verbis iā olim ꝑ os latinè eloquētiæ ꝓtulerat, Nō ſolum nobis(inqt) nati ſumus, ortuſq; nr̄i partē patria vendicat, partē amici. In cuius ſententiā pedibus currēs, ne vitā ſub ſilētio trāſirē, veluti pecora q̄ natura ꝓna, ac ventri obediētia finxit, ꝓ mea virili ſum conatus vel minoribus nōnihil ꝓdeſſe fratribus, quorū minimus ego ſum. Qui cū ſæpenumero viderē tū penè infinitā multitudinē priuilegiorū bullarū breuiū & cōceſſionū, cæterorūq; largitorū à ſacroſancta ſede ap̄lica diuerſis temporibus ad cōſeruationē ord. nr̄i ſeraphici ducis beati Frāciſci, necnō alioꝝ ſacroꝝ mendicātiū ordinū tū anxietatē multiplicē in extricādis intelligendis diſtinguēdis cōciliādis atq; ad cōcordiā reducēdis, cæpi mecū attētius cogitare, quonā pacto huiuſcemodī laborioſo ſudori ſubuenire opemq; ferre valerē, vt facilius diſtinctius cōpendioſius certiuſq; & legerētur, ac in futurum ab oībus intelligerētur. Cui operi(ſi me nō mea fallit opinio) nomē cōſonū Cōpendij bñ merito poteſt adaptari. Quēadmodū etiā opuſculū alteꝝ in quo multa nouiter cōceſſa & alia q̄ nr̄i ordinis Monumētis derāt nō minus ſuppleta fuere Supplemētū ſanè appellādū cenſuimus, Cōpendiū nāq; appellare nō veremur qđ vnuſquiſq; ex fr̄ibus vel ingētibus ſuis occupationibus curis atq; negotiis p̄peditus breuiſſimo poſſit tpe pede ſicco trāſcurrere atq; finire. *Ratio denominationis præſentis operis.* Ea enim q̄ vix toto vitæ decurſu præ nimia multitudine confuſione nec cognoſci nec legi poterāt, deinceps ad iſtud noſtrū opuſculū occurrentes eius ꝓcedēdi ordinato ꝓgreſſu ſatis ītellecto poterūt ex indultoꝝ quadriga ſacrorū mendicātiū ordinū exhaurire(vel ēt iuniores fr̄es) arcana q̄ nr̄is maioribus haud reſerata fuere. Ideoq; poſthac optimi fr̄es ne vos peniteat iſtū noſtrum voluere ſæpe libellū, cū iā diu ꝑſuaſum ſit multis ex vobis illū(nr̄a tñ regula p̄poſita) ſcđm vitæ librū nominare. Verū ne quēpiā huius nr̄i opis lectorē inſuetū ꝑ iter deuiare contingat, placet(ne fortè illū ignorātiæ p̄cipitiū aliqua ceſpitatione depel-

lat) eidem ipſi viam aperire planã, & quaſi offenſionis lapillos à pedibus remouere ſuis, ramoſq; dẽſos à capite eius amputare libet. Ne ergo vagari incipias mi candide lector, indicẽ in primo libro aperto te cõſulere oportet, vt foliorũ vices nõ ſit opus verſare toties. Vt verò oĩa quæ in hmõi cõpendio qđ ꝑ cõi vtilitate mẽdicantiũ ordinũ non tantũ in Hiſpaniaꝝ partib⁹ verũetiã vbilibet cõſiſtentiũ aliorũue religioſorũ qui eorũdẽ priuilegiis gaudẽt ordinatũ eſt ab oĩbus p̃fatis precipuè intelligi queat operepreciũ eſt in primis aliqua p̃mittere.

Sciendũ eſt primũ in prouincia ſancti Iacobi à viginti annis retro lapſis ꝑ quoſdã minores regularis obſeruantiæ fratres rerũ dictorũ ordinũ non parũ eruditos ex eorundem priuilegiis duas cõpilationes editas fore, quarũ q̃libet Monumenta ordinis minorũ intitulata ẽ, Quorũ exẽplo ductus nuper (vt ſupra mentionẽ fecimus) aliã cõpilationẽ ſub noĩe Supplemẽti in lucẽ dedimus, Ex quibus oĩbus hoc Compendiũ alphabetico ordine cõgeſtũ ex præcepto reuerẽdiſſimi patris fratris Frãciſci de angelis totius prædicti ordinis mi. generalis miniſtri edidimus. In hoc aũt libello nemo ſicut in cæteris priuilegiorũ libris poterit hallucinari ſeu oberrare. Nã q̃ in cæteris cõfuſa erãt, velutiq; in immẽſo ꝑnigroq; chaos cõdebãtur mixta ac laborioſa fuere mora repta, in iſto diſtincta & ordinato ꝓgreſſu in ictu oculi (ſi dicere licet) repiẽtur. Quaptopter hũcce libellũ nõ ab re Cõpẽdiũ libuit appellare, in quo p̃cincta breuitate (nec tñ rerũ oĩum abſciſa copia) veluti in bñ culto ac ameno hortulo, q̃ immenſa librorũ papyro diſperſa fuerãt recõdũtur. Vñ fiet vt quicũq; hoc cõpendiũ apud ſe habuerit, nullatenus indigeat reliquis priuilegiorũ libris, niſi cũ caſus euenerit vt aliquid in iudiciali foro oſtẽdere ſit opus aut cũ nimia curioſitas hoc expetiuerit.

De modo ac ordine procedẽdi in ſequenti opere. Dehinc ſciendũ eſt hmõi opuſculũ ſubſequẽti modo & ordine eſſe cõfectũ. Ponũtur enĩ in qualibet dictiõe ſeu materia oẽs ſũmi Põtifices q circa illã aliqd cõceſſerũt aut ſtatuerũt ꝓcedẽdo ordinate iuxta illorũ antiquitatẽ, ita quod antiquitate priores in quauis materia ſemper præferũtur, & priores ponũtur ſuis ſedibus or-

dinatis vſq; ad Leonē 10.peruenuſta proceſſione & ſuc-
ceſſu quāquā meo labore maximo,ſed(vt reor)nō inu-
tili. Iuxta qđ cauēdū erit ne quis priora cuiuſq; dictio-
nis ſeu materiæ abſq; poſteriorū lectione velit iudicare
aut ſequi, cū aliquoties nō reſpondeant vltima primis.
Ordo tñ prædictus quādoque propter ampliorē diſtin-
ctionē & claritatē materiarū præſertim in dictionibus.
Abſolutio ac indulgētia & in quibuſdā aliis variatus ē,
In huiuſmodi enim dictionibus præponūtur oīa q̄ dire
ctè fratribus cōueniunt minoribus,& ſubſequūtur q̄ ad
alios mendicātes cōcernunt,ſed per cōicationē ad præ-
fatum etiā ordinē mi. pertinēt. Aduertere etiā opor-
tet in pleriſque dictionibus præcipuas materias priuile
giorū cōtinentibus quaſdam diſtinctiones deſeruiētes
quāplurimū ad intelligētiā eorū quæ inferius annotan-
tur ante poſitas eſſe.Pro huiuſmodi aūt diſtinctionibus
deſeruiūt numeri quotationum q in marginibus iuxta
cōceſſiōes ponuntur.Cōferunt etiā p̄fati numeri ad in-
ueniēdum remiſſiones q̄ in hoc cōpendio de cōtētis in
eodē ad varias dictiones eiuſdē Compendij ſæpe fiunt.
Scire vlterius expedit, vt qa ſummorum pōtificū lr̃e
(vt vulgò ſæpenumero fertur)tm̄ valent quātum ſonāt
(in multis enim ex ipſis ſolet eſſe ſepe pro rōne volun-
tas)ea ꝓpter oīa quā in hoc opuſculo cōtinētur,ad lite-
rā ferè(paucis duntaxat abſtractis mutatiſq; verbis) ꝓ-
pter meliorē ordinationis prouentuum traducta ſunt.
Omiſimus autē omnino principia fineſq; bullarum &
breuium niſi vbi hæc ꝓ intelligentia cōceſſionum aut
ordinationum exigebātur. Solum enī medullā ſeu gra-
num priuilegiorum oſſibus paleiſq; ꝓcul pulſis trāſcri-
bere curauimus. Aliud qđ eueſtigio legenti præmō-
ſtrare volumus eſt ꝙ vt ambigat ſanę mentis nemo me
fideliter vndequaq; traduxiſſe, in cuius cōceſſionis ſeu
ordinationis calce appoſitum eſſe,quoto qualiue priui-
legiorum libro extractæ ſint,characteribus q̄buſdā nu-
merariiſq; ſignis id inſinuātibus. Cum enī tu amate le-
ctor lr̃as ſeorſum exaratas ſeiunctaſq; reperies,q̄ quoto
libro quoto folio quove tractatu cōceſſiones illæ præ-
ſcriptæ ſunt ſua breuitate cōmonſtrāt.Ex quibus literis

Declaratio breuiaturarū in hoc libro cōtentarū.

primũ f.ſimplicẽ tibi aſſigno, qđ cũ inuenies in fine cōceſſionum ſeorſum exaratũ videas quid innuat fo.id eſt foliũ,& nō foliũ de hoc libro,ſed de libro Monumenta ordinis primæ impſſiōis vulgariter nuncupato. Si verò geminatũ ff.intueberis,vide quid ſibi velit ffo. id eſt foliũ in lib. pſato Monumenta ordinis ſcdæ impreſſiōis. Tunc quoq; ſi triplicatũ fff.inſpexeris,videas quid moneat.fffo.id eſt foliũ in lib. quem Supplementũ appellari diximus.Cum verò quæpiã de his tribus codicibus in noſtrũ Cōpendiũ traducta,alia ſint ſub autenticatis bulla,ſeu breui,aut oraculo viuæ vocis,quædã autem abſq; autenticatione cōſiſtãt, libuit eueſtigio ſuppoſitis aliis quibuſdã lr̄is ambiguitatẽ hmōi abolere, eiſdemq; characteribus verã certitudinẽ breuiter indicare.Literæ autẽ ſunt b.B.o O. Ecce em̄ cũ reperies iſtud B.maximũ ex bulla,ſeu breui, & ſub autẽtico ꝑculdubio cōſiſtere cenſebis.Qñ tñ b paruum offenderis idipſum per bullã aut breue obtentũ ſcito extitiſſe,nō tñ ſub autentico cōſignatũ intelliges. Iã tunc ſi O magnũ obuiã incideris, illud viuę vocis oraculo flagitatum fuiſſe perſuaſum habeto,idemq; ſub autentico conſiſtere ſcias. Sed cum o. paruum apparebit,itidem viuæ vocis oraculo expoſtulatum,nō tamen ſub autentico arbitrabere contentum.

Id vnum tãdẽ mihi ſupeſt in huius præfationis portu lectorẽ admonere,me in fine nōnullarum cōceſſionũ q̃ aliqbus forſan obſcuræ,atq; difficiles videri poterãt,ſeu in quibus aliquid addendũ,elucidãdũq; operepreciũ viſum eſt,aliquas additiones & declarationes appoſuiſſe, ꝑut tã ex multiplici lectiōe,q̃ ex collatiōe cũ eruditiſſimis ac ꝓbatiſſimis patribus ordinis necnō & iuriſpitis recolligere potuimus.Sed vt pſate additiōes à cōceſſionibus ſeu ſtatutis quibus adiũctæ ſunt euidẽter diſtĩcte apparerent, è regione vniuſcuiuſq; ipſarũ poſita eſt hæc dictio Collector. Gratulabitur ergo regularium inſtitutionũ ſtudioſa iuuẽtus, id nouitios breui aſſequutos, cuius nec exiguã partem poſt diuturnos ſudores patres emeriti vix tãdem ſibi theſaurizare valebãt,noſtræq; ſedulitatis,& officioſi laboris nō immemor, vt huiuſmodi labor in cōſpectu altiſſimi ſit gratus,deprecabitur.

Ad lectorem Diſtichon.

Quæ fuerãt variis longè voluenda libellis,
 Ocius hoc poteris ſtringere faſciculo.

In laudem ſeraphici Franciſci minorum patriarche.

Dux pater & cuſtos ſalue Franciſce minorum
 Et quæ paruus ait filius aure nota.
Tu pater in toto merito es celeberrimus orbe,
 Cuius honoratum nomen ad aſtra ferunt.
Qui crebro inſonnes poteras traducere noctes,
 Et tenues lachrimis vrere ſæpe genas.
Dum Chriſti aſſiduè repetebas mente labores,
 Et crucis horrendum ſed pietatis opus.
Spernere diuitias & regia tecta ſolebas,
 Vltima quò verè fata ſequantur opes.
Non tantum tibi dona dedit pro paupere vitæ
 Chriſtus, habet meritis multa ſed ordo tuis.
Quæ quia diuerſis fuerant diffuſa libellis,
 Vt pariter coeant hoc epithoma facit.
Hîc ſunt dicta alibi quæ per diſpendia multa
 Per multas fuerant inuenienda moras.
Quæque priùs fuerant impreſſa ſine ordine recta
 Nunc alphabeti compoſuit ſeries.
Si velles igitur librum percurrere ad vnguem
 Quomodo ſint numeri quæque legenda monent,
Vt tu pro noſtro pater ô diuine labore
 Antè Deum pro me ſæpiùs æde preces.

Poëta quidam ad lectorem Tetraſtichon.

Qui cupis errores obſcuros pellere librum
 Qui lucem cecis reddere nouit eme.
Lætari poteris non intellecta fuere
 Quæ tibi ſub paruo codice aperta legis.

Aliud tetraſtichon.

Plurimus hinc pridem procul improbus exulat error.
 Multorum errores pellere quid meliùs?
Paruum opus eſt video nũquam hoc tibi iure negarim,
 Parua ſed interdum ſcis præcioſa magis.

ABbas fo.6
Abbatiſſa fo.6
Abſolutio ordinaria quo ad fratres. fo.8
Abſolutio extraordinaria quoad fratres fo.14
Abſolutio quoad ſeculares.1. fo.18
Abſolutio quoad ſeculares.2. fo.21
Accedere ad monaſteria monialium fo.24
Altare fo.26
Appellare fo.26
Apoſtate fo.26
BAptizare fo.32
Benedicere Eccleſiaſtica fo 32
Bona fo.34
CAnonica por. fo 35
Capitulum generale & prouinciale fo.37
Caſus reſeruati fo.38
Celebratio diuinorũ fo.38
Clauſula monialiũ fo.39
Cõmiſſarij fratrum fo.42
Cõicatio ꝑuilegiorũ fo.42
Communicare fo.47
Commutare fo.48
Cõceptio btẽ virgĩs fo.48
Concilium fo.50.
Concordia fo.51
Confeſſiones & confeſſores fo.51
Cõfirmatio ꝑlatorũ fo 53
Conſecrare res Eccleſiaſticas fo.54.
Cõſeruatores ordĩs fo.54
Cõueniri in iudicio fo.54
Conuentiones fo.55
Cõuentuales fratres fo.55
Correctio fratrum fo.57
Corporalia fo.59
Credo fo.59
Cruciata fo.59
Cuſtodes fratrũ fo.61
DAre fo.61
Decimæ fo.62
Declarare & determinare fo.63
Diſpenſatio fo.64
ECcleſiæ fratrũ fo.67
Edificare fo.69
Egredi ex ordine vel monaſterio fo.71
Eijcere ſeu expellere ab ordine fo.71
Electio fo.72
Eleemoſyna fo.74
Epiſcopi fo.76
Euchariſtia fo.76
Exactiones fo.76
Excommunicatio fo.77
Exempti fratres particulares fo.81
Exemptio fo.83
FAmiliares frat. fo.87
Feſtiuitates Sanctorum fo.87
Franciſcus pater ſeraphicus fo.89
Gñalis miniſter fo.89
Gloria in excelſis Deo fo.92
Guardiani fratrum fo.92
Gradus ſcholaſtici fo.93
HAbitus fratrũ fo.94
Hr̃des & hr̃ditas f.95

Hæreſes & hæreticus f.97
IEiunium fo.97
Impetrare literas apoſtolicas fo.97
Incarcerare fratres fo.98
Incorrigibiles frẽs fo.98
Indulgẽtię quoad fra. f.98
Indulgentię quoad ſeculares fo.119
Infirmi fratres fo.132
Ingredi monaſteria monialium fo.134
Inquiſitores hæreticæ prauitatis fo.139
Interdictum fo.141
Itinerantes fratres fo.148
LAici fratres fo.149
Legata fo.130
Licentiare fratres vel moniales fo.150
Loca fratrum fo.150
MAgiſter fo.15c
Mendicare fo.151
Miniſtri fo.151
Miſſa fo.152
Monaſteria fo.154
Moniales fo.155
Mulieres non moniales fo.159
Nouitius fo.160
OBedientia fo.162
Oblati fratrũ fo.163
Obligationes fo.163
Obſeruãtes fratres fo.163
Octauę feſtiuitatũ fo.164
Officia ordinis fo.164
Officium diuinum fo.165
Oracula viuæ vocis fo.170
Ordinis ſacri fo.171
Ornamenta Eccleſiaſtica fo.171
PActa fo.172
Paramenta eccleſiaſtica fo.172
Parentes fratrum fo.172
Parrochia fo.172
Paupertas fo.173
Portio canonica fo.176
Poſſeſſiones fratrũ fo.176
Prędicato. verbi dei. f.176
Prælati fo.177
Præfatio Miſſæ fo.178
Prẽſẽtatio cõfeſſorũ f.178
Priuilegia fratrũ fo.179
Probatio nouitiorũ fo.185
Proceſſiones fo.185
Procuratores fratrũ f.185
Profeſſio fratrum fo.188
Promotio ad ordĩes f.188
Protector ordinis fo.188
Prouintia fo.189
Prouintiales fo.189
QVarta portio fo.189
Quæſtuare fo.189
REcipere fo.190
Reformare fo.190
Reuocare fo.190
SAcerdotium fo.191
Sacramenta fo.191
Scrupuloſi fratres fo.191
Sepelire & ſepulturæ f.191
Seruitores fratrũ fo.193
Symonia fo.194
Sorores tertij ordĩs f.194
Stationes vrbis fo.194
Statuta ordinis fo.194
Stigmata fo.195
Studentęs fratres fo.197

Succedere fo.198
Superfluitates fo.198
Suſpenſiones fo.198
Syndicus fo.198
TErtiarij fratres & ſorores fo.198
Tranſire ad alios ordines fo.208
VEndere fo.208
Vicarij fo.209
Viſitare & viſitato. fo.210
Vnctio extrema fo.220
Votum fo.220

SEQVVNTVR NOMINA SVMMOrum pontificum qui ſucceſſiue præfuerunt eccleſiæ Romanæ à tempore quo fundati ſunt ordines fratrum mēdicantium, quorum pontificum plures imò ferè omnes multa vel ſaltem aliqua conceſſerunt fratribus minoribus & aliis mendicantibus, prout in hoc compendio liquido patet.

Innocentius.3.
Honorius.3.
Gregorius.9.
Celeſtinus.4.
Innocentius.4.
Alexander.4.
Vrbanus.4.
Clemens.4.
Gregorius.10.
Innocentius.5
Adrianus.5.
Ioannes.21.
Nicolaus.3.
Martinus.4.
Honorius.4.
Nicolaus.4.
Celeſtinus.5.
Bonifacius.8.
Benedictus.11.
Clemens.5.
Ioannes.22.
Benedictus.12.
Clemens.6.
Innocentius.6.
Vrbanus.5
Gregorius.11.
Vrbanus.6.
Bonifacius.9.
Innocentius.7.
Alexander.5.
Ioannes.23.
Martinus.5.
Eugenius.4.
Nicolaus.5.
Calixtus.3.
Pius.2.
Paulus.2.
Sixtus.4.
Innocentius.8.
Alexander.6.
Pius.3.
Iulius.2.
Leo.10.
Adrianus.6.
Clemens.7.

COMPENDIVM

PRIVILEGIORVM A VARIIS SVMmis pontificibus & apoſtolica ſede fratribus minoribus necnõ & aliis fratribus mendicantibus eorumque ordinibus confeſſorum per circumſpectum ac religioſiſſimum. P. fratrem Alphonſum de Caſarrubios Hiſpanum ordi. mino. prouintiæ Sancti Iacobi alphabetico ordine congeſtum, feliciter incipit.

ABBAS.

INNOCENTIVS.4. præcepit abbatibus & conuentibus ordi. ciſtercienſis quatenus omnes frẽs quos de ordine fratrũ mi. receperãt, remitterent ſine aliqua difficultate ad miniſtros prouinciales, & quod à taliũ receptione de cætero abſtinerent. b. fo. 21. Et ffo. 23. cõce. 8. 1 *Recipere fratres.*

ALEXANDER. 4. inhibuit diſtricte vniuerſis abbatibus prioribus ꝑpoſitis & cõuentibus monaſterioꝶ ſancti Bñdicti ciſterciẽſis, ſancti Auguſtini ꝑmoſtratẽn. camaldulẽn vallis vmbroſe ordinũ, ne pretextu quarũcunq; literarũ à ſede apoſtolica generaliter vel ſpãliter obtentarũ ſeu obtinendarũ, q̃ de preſentibus lr̃is plenã & expreſsã nõ facerẽt mẽtionẽ, nõ recipiant fratres ꝓfeſſos ordinis min. ſub pena excõicatiõis ipſo facto incurrẽda, à qua nequeãt abſolui niſi ꝑſonaliter cõpareãt antè romanum pontificem vel ſedem apoſtolicã. Et decreuit irritum fore & inane quicquid in cõtrariũ factũ fuerit vel attentatum. b. fo. 28. Et ffo. 28. conce. 20. 2 *Recipere fratres.*

BENEDICTVS. 11. decreuit ne aliquis frater cuiuſuis ordinis mẽdicãtium poſſit trãſire ad ordines monachorum nigrorum vel ciſtercienſium vel ab eorum abbatibus recipi ſine Romani pontificis licentia ſpeciali faciente plenam & expreſſam de conſtitutione huiuſmodi mentionem. b. ffo. 171. conce. 399. 3

MARTINVS. 5. fecit circa prædicta quãdã ampliſſimã ꝓuiſionẽ q̃ habeť in dictiõe apoſtate. §. 13. & in illa dictiõe reperies multa pertinentia ad hmõi materiam. 4

ABBATISSA.

Diſtinctio conceſſionum ſubſcriptarum.

Collector. Aduertendū ꝙ ex infraſcriptis conceſſionibus attinētibus ad abbatiſſas, quædā cōcernunt earū electionē,& durationē. Et iſtæ habētur in.§.1.&.2.&.4.&.5.&.6 ac 8. Aliæ verò pertinent ad earundē abbatiſſarum officiū & facultatem, circa bona monaſteriorum ſuorum. Hæc autem continentur in.§.3.quod.7.&.9.ac 10.

1 *Electio.* INNOCENTIVS.4. & poſtea Bonifacius. 8, ordinauerunt & præceperunt, vt electio abbatiſſe monialium Sanctæ Claræ libere pertineat ad conuentum.b. fo.32. Et ffo.33.conce.35.

2 *Electio.* VRBANVS.4. idē ſtatuit quod Innocentius ſupraſcriptus, ac multa alia concernētia officium abbatiſſe, prout late habebitur in regula quam ipſe ordinauit pro monialibus ſanctæ Claræ, rubrica.22. vide ibi. fo.289. tractatu.3.& ffo.298.tractatu.2.

3 *Clauſura.* EVGENIVS,4, ordinauit quod ſicut abbatiſſe &aliæ ſorores & earū prouiſores ad hoc deputatæ, tenēt claues quibus ab intra portæ monaſteriorum clauduntur, ſic per confeſſores, aut alias honeſtas perſonas (per miniſtros generales, aut prouinciales deputandas) ex parte exteriori habeantur claues & conſeruentur.b.fo.42. & ffo.36.conce.44.

4 *Electio. Pro monialibus ſ Clare & tertij ordi.* Idē Eugenius ſtatuit, ꝙ in electione & creatione abbatiſſarū ſeu miniſtrarū vel matrū ordinis ſanctę Clarę & tertij ordinis, illę tātum ex monialibus vel ſororibus vocē habeāt, quæ per annos tres vel circa, in earundem monaſteriis, vel collegiis fuerint, in qua electione maior pars votorū ad minus medietatem ſuperās, debeat conuenire.b.fo.36.& ffo.42.conce.47.

5 *Electio.* NICOLAVS.5. ſtatuit & ordinauit, quod electiones abbatiſſarū, ſeu matrū monialiū, q̄ à maiori parte earum numero duntaxat factæ fuerint, ſint & cēſeantur canonice. Ac quod ad ipſorū monaſteriorū ſeu domorū moniales aut ſorores ordinē ipſum ꝓfeſſas, etiā ꝙ per triēnium vel circa in ꝑdictis monaſteriis morā traxerint, ſpectent & pertineant.b.fo.48.& ffo.43..cōce.48.

Idē Nicolaus ſtatuit ꝙ p̄dictaꝝ abbatiſſatū ſeu matrū monialium dignitates vel officia ꝑ annum tm̄ durēt in partibus ciſmōtanis, ſcilicet italiæ & aliis ei annexis, tēporeq; illo decurſo (etiā ſi iuſtas renunciationes non fecerint) vacent ac vacare cēſeantur. Et ꝙ in fine hmōi anni à die electionis earum cōputādi, teneātur ſub excōicationis pena (ipſo facto quo cōtra fecerint) incurrēda, renuntiare regimini & adminiſtrationi monaſteriorum ſeu domoꝝ eaꝝ ac ſigillum & claues monaſteriorum & officinaꝝ reſtituere in manibus prouincialium fratrum mino. illaꝝ ꝓuinciaꝝ in quibus monaſteria & loca ipſa cōſiſtunt, vel ſaltē in manibus viſitatoꝝ monaſterioꝝ ſeu domoꝝ hmōi, ꝑ eoſdē ꝓuinciales in congregatione fratrum deputandoꝝ, & ad id ab eiſdem prouincialibus poteſtatem habentium. Et hoc voluit fieri in præſentia ſororum ſeu monialium ad id ſpecialiter vocatarum. b. fo. 48. & ffo. 43. conce. 48. 6 *Electio.*

Idē Nicolaus ſtatuit, quod prædictæ abbatiſſe, nec ſimul omnes moniales poſſint aliquā ad religionem vel profeſſionem recipere, niſi de prouincialis aut viſitatoris expreſſa licentia. Nec ſimiliter recipere præſumant aut valeant aliquem in capellanum vel receptum retinere, niſi à prouinciali vel viſitatore pro idoneo reputatus fuerit. b. fo. 48. Et ffo. 43. conce. 48. 7 *Receptio ad habitū. vel profeſſionem.*

Leo. 10. (vt monaſteria monialium debite regantur & gubernētur, ac illoꝝ abbatiſſe circa officium ſibi cōmiſſum ſumma cum diligētia oīq; ſanctimonia, ſi non diuino amore amotionis ſaltē metu ſemper intēte exiſtant) ſtatuit & mādauit, vt dum annis ſingulis à prouincialibus ſeu eaꝝ viſitatoribus viſitāt̄, abbatiſſe miniſterij ſeu officij abſolutionē à dictis viſitatoribus (iuxta deſup vrbani. 4. editā conſtitutionē) petere teneātur. Neum id verbo, ſed etiā facto realiter & cum effectu faciēdo. Ac etiā ſtatuit, ꝙ ſi eiſdē viſitatoribus videbit̄, & ipſa neceſſitas ac monaſterij exegerit reformatio, acceptare cum effectu debeāt. Et ꝙ huiuſmodi abbatiſſe officium in ipſius viſitatoris manibus dimittere teneātur. Ita quod mera & libera eidem viſitatori remaneat facultas, eiſdem ſororibus ſeu monialibus ſub ex- 8 *Electio.*

communicationis ſententia & aliis ſibi viſis ſententiis cenſuris & penis præcipiendi, vt circa alicuius abbatiſſe electionem intendere debeãt, aut alias iuxta ipſius prædictæ cõſtitutionis verba & tenorem ꝓcedendi. Et monialem q̃ abbatiſſe miniſterium hmõi geſſit, iuxta exceſſus exigentiam corrigendi & caſtigandi ac cenſuras & penas huiuſmodi iteratis vicibus aggrauandi, & alia in præmiſſis neceſſaria ſeu quomodolibet opportuna faciendi & exequendi. B. fff°. 40. conce. 128.

9 Idem Leo cõceſſit licentiã & facultatem abbatiſſis & monialibus ſanctæ Claræ vltramõtanis, ſub obedientia fratrum mi. regularis obſer. exigentibus, vt de cõſenſu miniſtroꝝ ꝓuincialium ac maioris ꝑtis conuentuum, poſſint bona ſuoꝝ monaſteriorum (cuiuſcunq; annui valoris & qualitatis fuerint) ꝓ aliis immobilibus & ſtabilib⁹ bonis & annuis redditib⁹ & vaſallis, in euidẽtẽ vtilitatem eorundem monaſteriorum ꝑmutare ſeu illa vendere, vt ex prætio illorum alia bona eiſdem monaſteriis vtiliora emantur, non obſtãtibus quibuſcunque in contrarium facientibus. B. fff° 43. conce. 138.

De bonis monaſterÿ

10 Idem Leo cõceſſit abbatiſſis & monialibus S. Claræ vt pro emergentibus neceſſitatibus & euidentibus vtilitatibus cõuentuum & monaſteriorum monialium eiuſdem S. Claræ, necnõ & tertij ordinis, poſſĩt vendi & alienari, ac permutari q̃libet bona immobilia dictorum monaſteriorum, de licentia & conſenſu generalis aut prouincialium miniſtrorum & duarum partium conuentuum domorum & monaſteriorum quorum dicta bona fuerint. Ac ſimiliter de cõſenſu maioris partis earundem, etiã vltra triennium locare (vltimis teſtatorũ voluntatibus nõ obſtantibus) dummodo id in conuentuum locorum & monaſteriorum ipſorum euidentem vtilitatem (habita diligẽti informatiõe à duob⁹ vel tribus viris locorum, in q̃bus bona talia cõſiſtunt) cedere dignoſcatur. Sup quo conſcientias prælatorum & præfatorum bonorum virorum onerat. B. fff°. 53. cõce. 152.

De bonis monaſterÿ

pro monialibus ſanctæ Claræ & tertiarÿs.

ABSOLVTIO.

Diſtinctio generalis materiæ abſolutionis inferius annotatæ.

QVONIAM multa valdè ac nimis diuerſa ꝑtinentia ad materiā abſolutionum reperiuntur in priuilegiis fratrum, quæ ſi in ſimul ponerentur, non modicā cauſarent prolixitatem & confuſionem, ideò opere præcium viſum eſt, hmōi materiā ſic diuidere, ꝙ primo ponāť ꝑ ſe ea q̄ attinent ad abſolutiones fratrum inter ſeipſos, ac deinde alia quæ perſonas ſeculares concernunt. *Collector.*

ABSOLVTIO QVOAD FRATRES.

Diſtinctio materiæ infra ſcriptæ.

Aduertendum eſt ꝙ inter cōceſſiōes ꝑtinentes ad abſolutiones fratrum inter ſeipſos, quædam cōcernunt abſolutionem ordinariā q̄ quotidie poteſt exerceri cum opus fuerit. Et huiuſmodi cōceſſiones ponuntur primo per ſe ꝓcedendo per ordinem prout fuerunt ſucceſſiue cōceſſæ. Aliæ verò cōceſſiones pertinēt ad abſolutionē extrordinariā, qua. ſ. ſolum certis diebus poſſunt fratres vti. Et iſtæ ſunt abſolutiōes plenarie, licet nō æquales, vt infra patebit. Iſtæ autē ponūť ordinate ſecūdo loco. In omnibus autē infraſcriptis cōceſſionibus abſolutionum ſic proceditur quod primo ponuntur conceſſiones attinentes directè ad fratres mino. Ac deinde adducuntur aliæ cōceſſiones, quæ aliis fratribus mendicantibus factæ reperiuntur. *Collector.*

ABSOLVTIO ORDINA. QVOAD FRA.

1 INNOCENTIVS.4. cōceſſit generali & ꝓuincialibus miniſtris, vt eos ex fratribus ſuis qui pro iniectione manuū in ſeipſos incurrerint excōicatiōis vinculum, aut in id antè ſuſceptum habitum inciderint vel alias ſunt excommunicati, valeant abſoluere, niſi adeo graues & enormes ſint exceſſus quod merito ſint ad ſedem apoſtolicam deſtinandi. B. ffo. 104. conce. 219. *Excōmunicatio.*

2 ALEXANDER.4. cōceſſit frēs mino. poſſe abſolui à ſuis miniſtris & cuſtodibus, qn̄ incurrunt excommunicationem maiorem ꝑticipādo cum excōmunicatiōis qn̄ aggrauata eſt ſententia. b. fo. 61. & ffo. 64. cōce. 74. *Excōmunicatio.*

3 CLEMENS.4. conceſſit quod cuſtodes & guardiani

De cuſtodibus & guardianis. fratrum mi. qui ſecundũ ſtatuta dicti ordinis aliter q̃ p electionẽ inſtituuntur, poſt inſtitutionẽ ſeu prouiſionẽ de ipſis factã, curã animarum fratrum ſibi ſubditorum habeant ipſoſq; ligare ac ſoluere poſſint, iuxta ipſius ordinis inſtituta. B. fo. 56. & ffo. 139. conce. 309.

Collector. Aduerte ꝙ in mari magno fratrum carmelitarum extẽditur p̃dicta cõceſſio ad priores prouinciales & locales ſeu cõuẽtuales & alios officiales qui ſecũdũ eiuſdẽ ord. inſtituta aliter q̃ per electionẽ à generali dicti ordinis inſtituuntur. Et ſic rõne cõicationis priuilegiorum idẽ iudiciũ erit de ꝓuincialibus & aliis officialibus ord. min.

4 *Pro nouitiis.* Idẽ Clemens. 4. cõceſſit gñali & ꝓuincialibus miniſtris eorumq; vices gerẽtibus & cuſtodibus, vt ſuo volẽtes aggregari conſortio. ſ. nouitios, qui ſuſpẽſiõis vel interdicti vel excõicatiõis ſententiis, à iure vel à iudice promulgatis generaliter ſint legati, abſolutiõis beneficiorum obſeruata forma canonica impartiri, ipſoſq; in

Excõmunicatio. fratres recipe valeant. Ac eos qui poſt aſſumptum habitum vel ꝓfeſſionẽ emiſſam recoluerint ſe talibus in ſeculo fuiſſe ſententiis innodatos, ſecundum formã prædictã valeãt præfati prelati ac illorum vices gerẽtes abſoluere, & cum irregularibus diſpenſare, ſi forſan talibus innodati ſententiis vel in locis interdicto ſuppoſitis diuina præſumpſerint officia celebrare vel ordines

Pro profeſſis. recipere. Ita tamen quod ſi aliqui ex talibus eiſdẽ ſententiis propter debitum ſint aſtricti, ſatiſfaciãt vt tenẽtur. Voluit tamen quod niſi præfati mox ordinem intra

Diſpenſatio. uerint, (etiam ſi ſuper hoc eis induciæ à prælatis eiuſdem ordinis concedantur) eo ipſo in priſtinas ſententias à quibus eos abſolui contigerit relabantur. B. fo. 56. & ffo. 140. conce. 320.

5 *Prohibitio* Idem Clemens in mari magno inhibuit vniuerſis fratribus ordinis minorum, ne aliquis eorum (niſi neceſſitatis vrgente articulo) aliis quam prælatis ſuis peccata ſua confiteri præſumant vel aliis eiuſdem ordinis ſacerdotibus, niſi ſecundum regulam & ipſius ordinis inſtituta. B. fo. 58. Et ffo. 142. conce. 336. Et idem habetur quoad carmelitas. B. ffo. 186. conce. 475. Et quoad fratres prædica. B. ffo. 238. conce. 564.

Idem

Idem Clemens cõceſſit, vt generalis & ſinguli prouinciales miniſtri & eorum vicarii, ac etiã cuſtodes in prouinciis & cuſtodiis ſibi commiſſis, prędictis fratribus ibidem conſtitutis, necnon fratribus aliis eiuſdem ordinis, interdum ad eos declinantibus vndecũque, abſolutione & diſpenſatione indigentibus, ſiue priuſquam intrauerint ordinem, ſiue poſt in caſibus exceſſerint, pro quibus excommunicationis vel interdicti aut ſuſpenſionis incurrerint ſententias, à iure vel à iudice generaliter promulgatas, & huiuſmodi ſententiis innodati, aut in locis ſuppoſitis interdicto diuina officia celebrantes vel ſuſcipientes ordines ſic ligati notam irregularitatis incurrerint, abſolutionis & diſpenſationis beneficium valeant impartiri, niſi adeo fuerit grauis & enormis exceſſus quod ſint ad ſedem Apoſtolicam merito deſtinandi. Ac ſimiliter conceſſit quod fratres quos generalis & prouinciales miniſtri & eorum vicarii ac etiam cuſtodes in proprios habuerint confeſſores, poſſint eis abſolutionis & diſpenſationis beneficium impartiri. B. fo. 57. Et ff. fo. 140. conce. 318. Et. 319. *Diſpẽſatio* *Pro Prelatis.*

Aduerte quod caſus pro quibus fratres ad Apoſtolicam ſedem ſunt merito deſtinandi, ſpecificãtur à Sixto. 4. prout ponuntur infra. §. 9. *Collector.*

Aduertendum eſt autem circa duas conceſſiones ſupra poſitas immediate, quod authoritas & facultas quæ ſuperius continetur, extenditur in mari magno fratrum ordinis prædicatorum ad priores conuentuales & vices eorum gerentes in conuentibus ac locis eius commiſſis, ſic quod prior conuentualis & eius vicarius tantam poteſtatem habet circa abſolutiones cenſurarum & diſpenſationes irregularitatum quo ad ſuos ſubditos quantam prouincialis quo ad totam prouinciam. B. ff. fo. 236. conce. 548. Ex hoc vero ſequitur quod ſimilem authoritatem habebunt guardiani ac eorum vicarii reſpectu ſuorum ſubditorum & aliorum fratrum ad eos declinantium, niſi per ſuperiores prelatos limitetur ſeu reſtringatur huiuſmodi auctoritas, prout in ordine fieri conſueuit. *Collector.* *Nota pro guardianis & vicariis.*

Aduerte tamen, quod per bullã auream fuit reſtricta prefata authoritas ad generales & eorum vicarios, & ad illos quibus ipſi ducerent committendum duntaxat. Sed poſtea

per quoddā breue fuit conceſſum prædictis fratribus prædicatoribus quod poſſint abſoluere ac diſpenſare iuxta conceſſionem quam habebāt antè dictam reſtrictionem, vt patet infra. §. 26. Oportet inſuper aduertere quod vicarii de quibus ſupra fit mentio, quoad fratres prædicatores (iuxta conſuetudinem eorum) intelliguntur illi qui propter mortem vel defectum prioris habent regimem conuentuum. Et quoad fratres minores ſimili modo intelligendum eſt de illis fratribus qui communiter dicuntur præſidentes, & non de communibus vicariis.

7

Particularis pro regnis caſtelle. EVGENIVS. 4. conceſſit fratribus minoribus obſeruantibus prouinciarum regni caſtelle, quatenus ſinguli prælati dicti ordinis quocunque nomine cēſeātur & cōfeſſores per huiuſmodi prælatos deputati ſingulorū cōuentuū locorum & heremitoriorū, poſſint omnes & ſingulos frēs profeſſos *Pro pfeſſis* cōuerſos, atq; nouitios habentes animū: profitendi, necnon *Pro nouitiis.* ꝑpetuo donatos ſeu oblatos præſentes & futuros, & quoſcū*Pro oblatis.* que ꝓ tēpore familiares ſeruitores officiales & cōtinuè cōmenſales domoꝝ cōuentuū locorū ſiue heremitoriorū ſupradictorū ab omnibus & ſingulis peccatis criminibus exceſſibus & delictis, præter quā ſedi apoſtolice deſtinatis caſibus & ab oībus ſingulis huiuſmodi cēſuris ſupradictis quas ex ignorantia vel inaduertentia incurrerint abſoluere, eiſq; eucharistiæ ſacramentū, ac extreme vnctionis & alia eccleſiaſtica ſacramenta miniſtrare, totiens quotiēs neceſſarium fuerit vel oportunū. Ipſiq; prælati oīa & ſingula ſupradicta, *Sacramenta.* aliis ipſius ordinis preſbiteris cōmittere, ac in præmiſſis omnibus & ſingulis cū facultate præmiſſa, confeſſores ſibi eligere. & electos mutare, authoritate ꝑdicta valeant. Cōſtitu*Pro ꝑlatis* tionibus apoſtolicis, ac ipſius ordīs inſtitutis & ordinationibus cæteriſq; in contrariū facīetibus nō obſtantibus quibuſcūq;. Et ꝙ gratia hæc ſit ꝑpetua, o. fo. 61. Et ffo. 64. cōce. 85.

8

Pro monialibus S. Clare. NICOLAVS. 5. conceſſit, quod confeſſores monialium Sanctæ Claræ ſeu alius frater eiuſdem ordinis ad hoc per prouincialem pro tempore deputatus, in omnibus & per omnia iuxta formam & tenorem priuilegiorū & conceſsionum eiſdem monialibus quo ad ipſatum perſonas à ſede apoſtolica ſeu alias quomodolibet conceſſorum, in omnibus præterquam dictę ſedi caſibus reſeruatis quoties

fuerit oportunum eas abſoluere poſsit. Necnon ipſarum ſeruitrices (ſi id petierint humiliter) à quibuſcunque excōmunicationis ſuſpenſionis & interdicti, aliiſque ſententiis cenſuris & pœnis eccleſiaſticis quibus pro tempore innodatæ fuerint, iniungendo quæ iniungenda fuerint abſoluere, eiſque euchariſtiæ & extreme vnctionis ſacramenta eccleſiaſtica miniſtrare libere & licite valeant, dioceſanorum locorum & cuiuſcunque alterius licentia minimè requiſita. B. fo. 49. Et ff°. 43. conce. 48. *Pro ſeruitricibus monia. Sacramēta.*

9 Sixtus 4. circa literas Clementis. 4. ſupradictas in. §. 6. quibus conceſſerat miniſtris vicariis & cuſtodibus fratrum minorum; facultatem abſoluendi & diſpenſandi fratres eiuſdem ordinis, niſi talia pepetraſſent propter quæ eſſent merito ad ſedem apoſtolicam deſtinandi, declarauit duntaxat eſſe ad ſedem apoſtolicam merito deſtinandos, hæreticos relapſos ſciſmaticos, & qui literas apoſtolicas falſificaſſent aut ad infideles prohibita detuliſſent. Sed in reliquis omnibus, etiam ſimoniæ prauitate irretitis, poſſe per illos quibus inibi conceditur, abſolutionis & diſpenſationis beneficium, iuxta caſuum exigentiam impartiri. B. fo. 59. Et ff°. 143. conce. 345. *Declaratio caſuum reſeruatorū papæ.*

Aduerte quod etiam pro relapſis in hæreſim habetur alia conceſsio infra. §. 14. *Collector.*

Aduerte etiam ac bene nota quod iſta conceſsio videtur expiraſſe per mortem concedentis, & idem de omnibus conceſsionibus tangentibus prædictum proceſſum bullæ cenæ Domini, cum quolibet anno illæ proceſſus cenſuratū de nouo promulgetur, cum noua reſeruatione prædictorū caſuum cum maximis cēſuris cōtra abſoluētes, ponēdo ibi expreſſe, non obſtantibus priuilegiis &c. etiam ordinibus mendicantibus conceſsis, & aliis ſufficientibus derogatoriis. Vnde tempore capituli generaliſsimi conſultus ſuper hoc reuerendiſsimus dominus cardinalis Alexādrinus qui & præpoſitus appellatur, reſpōdit reuerēdo patri bone memoriæ Fratri Martiali Boulier, qui fuit Generalis Vicarius iſtarum partium dicens, quod Prælati noſtri non poterant abſoluere fratres ſuos, non ſolùm ab illis quatuor caſibus contentis ſeu exceptis in mari magno, ſed nec ab *Nota.*

aliquo alio in bulla cene contento. Et quod illa cōceſſio vel declaratio Sixti in dicto mari magno potuit valere in vita ſua, quia licet faceret proceſſum quolibet anno, ſemper intendebat excipere fratres prout ipſe conceſſerat niſi in dictis quatuor caſibus. Propterea reuerendiſſimus pater generalis prouideat, vel faciendo ipſe cum aliis generalibus aliorum ordinum quod ponatur ſemper in bulla cene domini exceptio religioſorū quoad fratres ſuos, vel pręcipiat vt quolibet anno procurator ordinis ſeu commiſſarius curiæ, tranſacta die iouis ſci. poſt promulgationem cenſurarum obtineat facultatem abſoluendi ab illis caſibus omnes fratres, & alias perſonas ſuper quas prelati noſtri habent authoritatem, ſcilicet moniales, tertiarios vtriuſque ſexus oblatos famulos & domeſticos.

10 Idem Sixtus conceſſit, prouincialibus, vt poſſint abſoluere omnes fratres ſuos à cenſuris & ſententiis eccleſiaſticis, ac etiam cum eis diſpenſare ſecundum tenorem conceſ-

Diſpēſatio ſionis Clementis.4.ſ.ſuperius poſitę.§.6. nō obſtante limitatione ſeu reſtrictione per eundem Sixtum poſtmodū facta, quia idem ſolum ad miniſtrum generalem & eius vicarios limitauerat & reſtrinxerat, ſcilicet in bulla aurea. b.fo. 54. Et ffo.50.conce.55.

Collector. Aduertendum eſt circa huiuſmodi conceſſionē quod prædicta authoritate carent cuſtodes, niſi eis ſpecialiter cōmittatur, à miniſtris, quia non ſunt nominati in conceſſione.

11 Idem Sixtus ordinauit quod fratres minores obſer. non

Prohibitio poſſint abſolui de caſibus reſeruatis miniſtris, niſi de licentia generalis aut eorundem miniſtrorum ſeu vicariorū prouincialium, non obſtantibus literis eiuſdem Sixti ſub qua-

Caſus reſeruati. cunque verborum forma eiſdem fratribus conceſſis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.b.fo.54. Et ffo.50.cōce.55.

12 INNOCENTIVS .8. declarauit fratres mi. non poſſe

Prohibitio nec debere eligere confeſſores, nec à caſibus reſeruatis abſolui vigore bulle cruciate quam ipſe dederat in Hiſpania, niſi de conſenſu & beneplacito ſuorum prelatorum prouin-

Cruciata. cialium ſeu generalium, & quod quæcunque alia abſolutio quo ac fratres irrita ſit & inanis.b.fo.56.Et ffo.52. cōce. 59.

Collector. Aduertendum eſt quod conſimilem reuocationē ſeu declarationem fecere alii pontifices qui alias dederunt bullas

cruciate, ſed iſtæ reuocationes non ſunt perpetuæ quia non ſe extendunt ad bullas cruciate futuras. Et ideo quandocunque venerint noua cruciata, oportet habere nouam reuocationem illius ad hoc vt fratres nequeant illa vti, ſi talis bulla expreſſe extendatur ad fratres minores, & habeat ſufficientes non obſtantias ſeu derogationes.

ALEXANDER. 6. declarauit & decreuit, quod generales & prouinciales ac guardiani poſſint reſeruare caſus de occultis inter religioſos. Et quod abſoluentes à talibus poſt huiuſmodi reſeruationem, nullam faciũt abſolutionem, & incidunt in penam abſoluentium à caſibus non conceſſis. b. ſſo. 56. conce. 66. Et ſſſo. 3. conce. 2. 13 *Prelati. Reſeruatio caſuum.*

Idem Alexander conceſſit generali & prouincialibus & cuſtodibus ordinis min. obſer. vltramontanis plenarie facultatem & authoritatem, vt quoſcunque ſubditos ſuos (fratres videlicet & moniales. ſ. Clare, ac vtriuſque ſexus tertiarios de penitentia nuncupatos) inuenerint in aliquo hereſis vel apoſtaſie crimine lapſos, etiam ſi ſint relapſi, poſſint eos abſoluere & cum eis diſpenſare, necnon præfatorum relapſorum penas à iure inſtitutas commutare, pẽſatis qualitate & quantitate, aliiſque debitis circunſtantiis, augendo aggrauando vel diminuẽdo toties quoties opus fuerit & prout ſecundum deum viderint expedire, dummodo talium relapſorum crimina publica & notoria apud ſeculares non ſint, vt ex hoc ſcandalum oriri poſſit. o. ſo. 65. Et ſſo. 70. conce. 164. Et ſſſo. 100. conce. 379. 14 *Prelati. Caſus reſeruati.*

Aduerte tamen quod quia iſti caſus ſunt de contentis in bulla cene domini, q̃ bulla quolibet anno renouatur, videtur quod prædicta conceſſio ſit reuocata. Et idem de ſimilibus conceſſionibus. Rationem huius vide ſupra in hac dictione poſt. §. 9. *Collector.*

Idem Alex. conceſſit vt generalis & prouinciales poſſint abſoluere fratres, qui exiſtentes in ſeculo incurriſſent cenſuram eccleſiaſticã propter delationem lignaminũ ſeu ferramentorum ad partes infidelium. o. ſſſo. 99. conce. 358. 15 *Caſus reſeruati.*

Aduerte tamen quod cum iſte caſus ſit de proceſſu cene domini, prædicta conceſſio videtur quod ſpirauit mortuo concedente. Vide ſupra in hac dictione poſt. §. 9. *Collector.*

Idem Alexander. 6. conceſſit quod prelati fratrum mino. 16

Correctio. obſer. poſſint percutere per ſe & per alium cauſa correctionis, & quod non cogantur hoc facere cum propria perſona
Excõmunicatio. etiam ſi neceſsitas non vrgeat. Non obſtante capitulo vniuerſitatis, de ſententia excommunicationis. o. ffo. 70. conce. 175. Et ffo. 99. conce 359.

Collector. Hæc conceſsio licet videatur impertinens huic materiæ ponitur hic quia nonnulli arbitrantur quod in abſolutionibus publicis apoſtatarum requiratur quod prælatus percutiat manu ppria, de quo habetur melior cõceſsio infra. §. 22.

17 Leo 10. prohibuit & declarauit, quod nullus fratrum mino. regul. obſeruan. poſsit accipere bullas cruciate ſeu alias indulgentias generales conceſſas aut concedendas, vt poſſit vti gratiis ibi contentis (vtpote contra regularia ordinis inſtituta confiteri quibuſcunque ſacerdotibus, & abſolui à caſibus reſeruatis) niſi ſolum ob aliquam neceſsitatẽ particularem, pro qua prædictæ obſeruantiæ authoritas non eſ-
Cruciata. ſet conceſſa. Et tunc examinata huiuſmodi neceſsitate à generali vel prouincialibus aut cuſtodibus, ac de eorũ expreſ-
Caſus reſeruati. ſa licentia & in ſcriptis habita, Non obſtantibus bullis, etiã ſi in eis expreſſe inhibeatur prælatis ſub cenſuris, ne ſubditos ſuos à talium bullarũ acceptione prohibeant, & ſubditis libera facultas eas accipiendi tribuatur, cæteriſque in contrarium facientibus quibuſcunque. o. ffo. 60. 178.

18 Idem Leo poſtea prohibuit ſub excommunicationis la-
Cruciata. tæ ſententiæ pœna, ne fratres prædicti, aut moniales. ſ. Claræ, ſeu tertiæ regulæ vtantur vllo modo gratiis indulgentiis libertatibus immunitatibus bullarum cruciate, ſeu aliarum conſilium, quouis quæſito colore contra obedientiam ordinis, & abſque ſpeciali licentia ſuorum ſuperiorum. B. ffo. 48. conce. 144.

19 Idem Leo conceſsit quod fratres prędicatores & alij fra-
Pro fratribus itinerantibus. tres, quando ſunt extra conuentum, & non poſſunt habere copiã ſacerdotis, quia nõ habent ſocium cõfeſsorem, poſſint confiteri peccata ſua alteri religioſo alterius ordinis vel preſbitero ſeculari. Et hoc dummodo fiat ſine fraude & di-
20 cant prælato ſuo. o. ffo. 94. conce. 301.

Profeſſio. Idem Leo in concilio Lateraneñ. ſtatuit quod excom-
Excõmunicatio. municati profiteri volentes aliquem ordinem fratrum mendicantium, vbi de intereſſe tertij agetur, abſolui non

poſsint niſi p̄ prævia ſatisfactione.B.fffo.26.conce.84.

Idem Leo conceſsit generalibus ſingulorum ordinum mendicantium & eorum vicariis, ac etiam illis quibus ipſi gene rales duxerint ſpecialiter committendum, vt poſsint abſoluere ſubditos ſuos reſpectiue ab omnibus & ſingulis caſibus & cenſuris ſecundum conceſsiones & declarationes Sixti.4.& Iulij.2.& aliorũ Romanorũ pontificum, non obſtantibus reuocarionibus, reſtrictionibus, reſeruationibus, cõſtitutionibus,& ordinationibus apoſtolicis nuper in Late ranen̄.concilio vel alias quomodolibet factis vel ſi in poſterum fierent.B.fffo.27.conce.89. 21 *Pro omnibus mẽdicantibus.*

Idem Leo cõceſsit omnibus fratribus mino.obſer.vtriuſque familiæ, quod prælati ordinis cum aliquem fratrẽ propter apoſtaſiam vel aliam cauſam excommunicant in capitulo frattum vel in communitate, non teneantur proferre ſententiam in ſcriptis prout in iure ſub pœna ſuſpenſionis præcipitur proferentibus.o.fffo.93.conce.291. 22 *Excõmunicatio.*

Idem Leo cõceſsit quod quando aliquem fratrem cauſa correctionis vel abſolutionis oportet verberare, poſsint prælati noſtri & eorum commiſſarij, manu vicarij vel cuiuſuis alterius fratris ſubditi eum verberare ſeu diſciplinare, non obſtante capitulo vniuerſitatis de ſententia excõmunicationis.o.fffo.93.conce.292. 23 *Correctio.*

Aduerte quod in ſupplemento priuilegiorum reperitur quædam conceſsio in fauorem fratrum confeſſorum, quæ vt poteſt coniici ex alia conceſsione precedente illam, videtur eſſe Martini.5.Cuius tenor talis eſt. *Collectio.*

Item cum ſæpe boni religioſi ex charitate vel prælatorum obedientia cogantur ad confeſsiones audiendas, & ſint multiplices & inexplicabiles ſententiæ excommunicationis in corpore iuris, quarum nonnullæ etiam à peritiſsimis ignorantur, ex quo dicti religioſi propter conſcientiæ timorem, quoniam dubitant ſe incurriſſe aliquã cenſuram abſoluendo inaduertenter aliquos aliqua excommunicatione innodatos, cuius excõmunicationis abſolutio ſuperiori reſeruatur, ne dicti religioſi cogantur contra charitatem vel prælatorum obedientiam facere, vel præfatas metuere ſcrupuloſitates, conceditur quod dicti religioſi, ſi p̄fata vel ſimili cauſa inaduertẽter incurrerint irregulari- *Pro ſimplicibus confeſſo.* *Excõmunicatio.* *Diſpenſatio.*

tatẽ vel excõmunicationẽ, poſſint per eoſdẽ idoneos cõfeſſores,authoritate apoſtolica abſolui & diſpenſari cum oportuerit. Et quod prædicta vires habeant oraculo viue vocis, nõ obſtãte ꝙ non fiat bulla,vel quibuſcũque aliis cõtrariis, niſi ex craſſa & ſupina ignorantia, cenſuram vel irregularitatem incurrerint.o.fffo.101.conce.410.

Sequuntur aliqua circa abſolutiones præfatas,extracta ex priuilegiis aliorum fratrum mendicantium. Et primo ex priuilegiis fratrum prædicatorum.

23 *Prohibitio* INNOCENTIVS 4. prohibuit ne fratres quorũcumque ordinum habentes licentiam generalem confeſſiones audiendi habeant aliquam authoritatẽ audiendi in cõfeſſione fratres ordinis ꝑdicatorũ,nec per conſequẽs frẽs ordi. min. propter priuilegiorũ cõmunicationem. b.ffõ.62.cõce.186.

24 *Diſpenſatio particularis pro regnis hiſpaniæ.* SIXTVS 4.cõceſſit fratribus ordinis prędicatorum hiſpaniæ & lombardiæ obſeruantibus, vt poſſint abſoluere & diſpenſare, ſicut poterant antè reſtrictionem bullæ auræe, virtute priuilegii in mari magno contenti.b,ffo.74.conce.192.

Aduertendum quod quia hæc cõceſſio non fuit vniuerſalis,ideo virtute communicationis priuilegiorũ ſolum poſſunt vti illa fratres min.obſer.hiſpaniæ & lombardiæ.

25 *Caſus reſeruati.* Idem Sixtus cõceſſit toti ordini fratrũ prædicatorũ,quod generales & priores prouinciales ac eorũ vicarii pro tẽpore exiſtentes,& hi quibus ipſi duxerint committendũ,habeant eandem abſoluendi facultatem & diſpenſandi quam habebant ex mari magno ſeu aliis literis apoſtolicis, antè reſtrictionem bullæ auræe,priores verò conuentuum illam ſolũmodo authoritatem habere cenſeantur, quã priùs habebãt ex priuilegiis & literis prædeceſſorum eiuſdem Sixti.b.ffo. 74.conce.193.

26 *Pro fratribus itinerantibus.* Idem Sixtus cõceſſit prælatis ordinis prędicatorũ regnorum caſtellæ & legionis reformatis,quod poſſint concedere fratribus ſuis, vt dũ itinerauerint vel fuerint extra conuentus ſuos dũtaxat, valeãt cõfiteri quibuſcunque ſacerdotibus regularibus vel ſecularibus, & quod ſimiliter poſſint facere ipſi prælati.B.fo.45.Et ffo.129,conce.288.

Ex priuilegiis fratrum carmelitarum.

27 EVGENIVS 4. conceſſit generali & prouincialibus ac Prioribus ordinis Carmelitarum vt in confeſſionibus au-

diendis, & abſolutionibus impendendis & pœnitentiis iniungendis, aliiſque ſalutem animarum duntaxat cōcernentibus exequendis, omnium & ſingulorum dicti ordinis fratrum, eandem & talem poteſtatem & facultatem habeant, qualem in præmiſſis minores pœnitentiarii ſedis apoſtolice ſeu curiæ Romanæ ex officio habent & exercent. B. fo. 85. Et ffo.169.conce.393.

Aduerte quod huiuſmodi conceſſio de nihilo videtur poſſe deſeruire, quia ignoratur ad quid ſe extendat facultas quā habent præfati minores pœnitentiarii.

Circa conceſſiones ſuperius annotatas, nōnulla dubia occurrunt ſcitu digna, quibus breuiter reſpōdebitur hîc (prout in famatiſſima vniuerſitate Salmātina) à pluribus & inſignibus iuriſperitis reſponſum eſt. *Collector.*

Primum dubium eſt, in quibus prælatorum ſacri ordinis mino. regularis obſeruantiæ, ſit hodie poteſtas & facultas abſoluendi & diſpenſandi, de his videlicet de quibus per Clementem.4. & Sixtum etiam 4. habetur ſupra. §. 6. & §. 9. ac 10. Et omiſſis multis quæ hinc inde adduci poſſent, veritas eſt quod ſolummodo eſt hodie prædicta poteſtas ſeu facultas in generalibus & prouincialibus. Ratio eſt, quia ſic ſonant dicta priuilegia quorum tenori & litere eſt ſtandum. Nam licet Sixtus. 4. in bulla aurea, vt habetur B. fo. 65. Et ffo, 148. conce.361. coarctauerit ſeu reſtrinxerit prædictam facultatem ad ſolos generales eorumque vicarios & ad illos quibus ipſi pro tempore duxerit committendum duntaxat (dico ſemper inter fratres regularis obſeruantiæ) ſed poſtea idem Sixtus per quoddam breue de quò ſit mentio ſupra. §. 10. conceſſit prouincialibus fratrum obſeruantiæ, vt poſſint abſoluere omnes fratres ſuos (non obſtante prædicta reſtrictione ad ſolos generales facta) Et idem conceſſit præfatus Sixtus fratribus obſeruantibus Hiſpaniæ & Lombardiæ ordinis Prædicatorum, vt patet ſupra. §. 24. Et cum non reperiantur aliæ literæ apoſtolicæ circa hæc, ideo prædictis eſt ſtandum. *Primum dubium.*

Secundum dubium eſt, vtrum poteſtas & facultas huiuſmodi ſit ordinaria in prouincialibus an delegata. Deſeruit autem valdè hoc dubium, ad ſciendum in quibus caſibus poſſunt præfati prælati ſub delegare, & in quibus non. Et *Secūdum dubium.*

omiſſis multis quæ pro & contra poſſent adduci, dicitur quod pro indubitato haberi debet quod eſt ordinaria & nõ delegata. Sed pro ampliori elucidatione huius materiæ eſt notanda ſequens quæſtio. Quæritur enim à doctoribus, vtrum iuriſdictio emanans ex commiſſione perpetua facta à Papa vel à principe, vel à communitate non recognoſcẽtes ſuperiorem, ſit ordinaria vel delegata? Et dimiſsis contentionibus reſpondetur quod eſt ordinaria. Ita tenet glo. & ibi Bartolus in.l.pluribus ff.de procuratoribus.Idem tenet alia glo.& clarius in c. fi.de officio ordinarij. ibi cum conceſſum ſit ei priuilegium perpetuum. Ad quod dicitur vnica per Baldum ibi. Item eſt doctrina Bartoli in l. prima §. ſi plures ff. de exerci. actione in prima colum. Sed clarius immò clariſsimè tenet Baldus in l. vnica. ff. de offic. conſu. cuius verba ſunt hæc. Nono quæritur vtrum commiſsio facit aliqnem ordinarium ſeu delegatum. Reſpondeo, ſi eſt commiſsio perpetua, facit ordinarium, ſi autem temporalis, vtpote quia dicit reformatio communis Piſarum quod pręſentes domini Anciani Piſane ciuitatis poſſint omnia quæ poteſt totum commune piſarum, tunc eſt authoritas delegata & non ordinaria. Et ſic cum commiſſio facta prouincialibus fratrum mino. vt poſsint abſoluere & diſpenſare in certis caſibus ſit perpetua, planè conſtat ꝙ facit eos ordinarios. Igitur authoritas de qua ſupra data prouincialibus à Papa eſt ordinaria.

Aduertendum eſt tamen quod poſſet aliquis obiicere cõtra ſupradicta dicens quod licet bene probatum ſit præfatos prouinciales eſſe ordinarios, ſi prædicta facultas & poteſtas eſſet iuriſdictio, ſed cum potius videatur eſſe commiſſum eis arbitrium in huiuſmodi abſolutione & diſpenſatione quam iuriſdictio, ſequitur quod non valeant dici ordinarii. Adhoc reſpondetur, quod dato caſu quod ſit arbitrium & non iuriſdictio, adhuc in huiuſmodi arbitrio ſunt ordinarii & non delegati. Ita tenet Bartolus ſingulariter in l. ii. ff. de opti. lega. in fi. colum. ſed longius & ſingularius in l. Ambitioſa. ff. de decre. ab ordi. fa. loquens ſemper in arbitrio, vbi poſt multas diſtinctiones ponit ſequentia verba. An autem videatur conceſſum per modum cuiuſdam iuriſdictionis ordinarie vel delegate. Dico verba

ſtatuti ſeu reformationis concedentis ſtatutum eſſe diligenter inſpicienda. Si enim hoc concedit officio, vt quia dicunt illa verba. Ad officium priorum pertineat, arbitrium &c. videtur conceſſum officio. Et tunc priores poterunt vigore ſui officii ex poteſtate ordinaria. Ponderanda ſunt valdè præfata verba Bartoli, quia non dixit, an videatur conceſſa iuriſdictio ordinaria in arbitrio, ſed an videatur conceſſum arbitrium per modum iuriſdictionis ordinariæ. Ex qua ponderatione colliguntur duo & ambo ſingularia in propoſito. Vnum quod non idem ſunt arbitrium & iuriſdictio. Secundum quod poteſt concedi arbitrium ad inſtar iuriſdictionis ordinariæ. Idem tenet Baldus in l. More. ff. de iuriſdi. omnium iudi. in fi. colum. Et ſic ex omnibus ſupradictis apparet euidenter quod authoritas de qua ſupra eſt ordinaria & nou delegata, cum ſit commiſſa officio & non perſonæ nominatæ, & quia eſt commiſſio perpetua & non temporalis facta à ſupremo principe Papa, qui in terris non habet ſuperiorem.

Tertium dubium eſt vtrum guardiani quibus prouinciales committunt authoritatem abſoluendi à caſibus eis reſeruatis poſſint committere huiuſmodi authoritatem aliis fratribus. Ad hoc reſpondetur quod non niſi quando tales guardiani eſſent commiſſarii prouincialium cum plenitudine poteſtatis. Ratio huius eſt quia ſecundum iura delegatus ab inferiore à principe non poteſt ſubdelegare, niſi ſit delegatus ad vniuerſitatem cauſarum, vel niſi hoc ſibi ſpecialiter concedatur ſecundum Ioan.and.per.c.Is.cui. de offi. deleg.lib.vj. *Tertium dubium.*

ABSOLV. EXTRAOR. QVOAD FRA.

Sequitur ſecundum principale pertinens ad abſolutionē fratrum extraordinariam, quæ ſcilicet poteſt eis impendi certis ac determinatis diebus. *Collector.*

EVGENIVS 4. conceſſit fratribus mino. de obſer. vt poſſint abſolui per confeſſorem ab eis electum de ſuorum licentia ſuperiorum, ſemel tantum ab omnibus cenſuris & penis, excepto falſificationis literarum Apoſtolicarum crimine.o.fo.61. Et ff.o.64.conce.84. 1 *Caſus reſeruati papę.*

Collector. Aduerte circa huiuſmodi cōceſſionem, ea quæ poſita ſunt ſupra in dictione Abſolutio ordinaria quoad fratres poſt §. 9.

2 Idem Eugenius conceſſit fratribus mino. de obſer. prouinciarum regni Caſtelle, quatenus ſinguli prælati dicti ordinis quocunque nomine cenſeantur, & confeſſores per ipſos prælatos deputati vel pro tempore deputandi, ſingulorum conuentuum, locorum, domorum, & heremitoriorum huiuſmodi, poſſint ſemel tantum abſoluere omnes & ſingulos fratres profeſſos, conuerſos atque nouitios habentes propoſitum profitendi, necnon perpetuo donatos, oblatos, præſentes & futuros ipſorum conuentuum, locorum, domorum & hæremitoriorum huiuſmodi, ab omnibus & ſingulis ſuis peccatis exceſſibus & delictis, etiam quamtumcunque enormibus, & à quacunque ſimonia in curia vel alias vbicumque, antè & poſt ingreſſum Religionis commiſſa, necnon quibuſcunque excommunicationum, ſuſpenſionum & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis cenſuris & pœnis à iure vel ab homine, apoſtolica vel ſedis apoſtolicæ legatorum, delegatorum vel ſubdelegatorum, ordinaria vel alia quauis auctoritate, etiam per ſinodales aut prouinciales, aut generalium conſiliorum conſtitutiones & quoſcunque proceſſus apoſtolicos & quaſcunque extrauagantes, vel iuxta ipſius ordinis regularia inſtitura quolibet promulgatis in genere vel in ſpecie, ſi quas incurrerint antè & poſt ingreſſum Religionis, etiam ſi talia ſint propter quæ apoſtolica ſedes ſpeciáliter & expreſſe ſit merito conſulenda. Necnon cum ſingulis ſupra dictis ſuper quibuſcunque irregularitatibus & inhabilitatibus quouis modo contractis, in omnibus & ſingulis etiam ſedi prædictæ ſpecialiter & expreſſe reſeruatis (bigamiæ, homicidii voluntarii, mutilationis membri caſibus duntaxat exceptis) ſemel ſimiliter diſpenſare, ac eos habilitare, vt non promoti ad omnes ſacros ordines & Miſſarum celebrationem promoueri poſſint, & ipſi promoti in eiſdem miniſtrare valeant. Et quod ad quaſcunque dignitates adminiſtrationes & officia dicti ordinis (etiam ſi curam habeant animarum) recipi, illiſque præfici & aſſumi apoſtolica auctoritate valeant & poſſint. Et voluit quod ſi prædictas cenſuras vel earum

Pro profeſſis fratribus.
Pro nouitiis.
Pro oblatis
Abſolutio plenaria p ſemel in vita.
Cenſuræ.
Diſpenſatio pro ſemel in vita
Promotio ad ordines ſacros & Officia ordinis.

aliquam ignoranter vel inaduertenter incurſere contigerit.à talibus prælati & confeſſores ſupradicti quotiens opus fuerit & oportunum, abſoluere, ac ſuper irregularitate vel irregularitatibus ex talibus cenſuris, poſtea celebrando vel prædicando vel diuinis ſe immiſcendo vel alias contracta vel contractis, quotiens opus fuerit, vt ſimiliter diſpenſare auctoritate prædicta valeant, miſericorditer de gratia ſpeciali conceſſit.o.fo.61. Et.ffo.64.conce.85.

Idem Eugenius conceſſit omnibus & ſingulis ſupradictis præſentibus & futuris, prælatis & ſubditis, profeſſis conuerſis,& cum propoſito profitendi nouitiis, in ſynceritate fidei & vnitate ſanctæ Romanæ Eccleſiæ & obedientia ſuæ ſanctitatis ſuorumque ſucceſſorum Romanorum pontificum canonicæ intrantium exiſtentibus,quod eis quicunque præſbiteri ſeculares vel regulares perpetuis temporibus, omnium peccatorum ſuorum de quibus in genere vel in ſpecie corde contriti & ore confeſſi fuerint, & etiam de oblitis, indulgentiam & remiſsionem in mortis articulo auctoritate apoſtolica libere & licite concedere valeant, ita etiam quod ſi in illo reputato mortis articulo non deceſſerint, ſemper indulgentia predicta intelligatur reſeruari ad verùm mortis articulum. Sed ne (quod abſit) propter huiuſmodi gratiam, reddantur procliuiores ad illicita in poſterum commitenda, voluit quod ſi ex confidentia huiuſmodi aliqua forſan committant,ad talia predicta indulgentia nullatenus ſuffragetur.

3 Particularis pro regnis caſtelle.

Indulgen. plenaria mortis articulo.

Voluit etiam idem Dominus Papa quod ſinguli predictorum qui ſufficientis literature fuerint, per vnum annum à tempore quo conceſsione huiuſmodi gaudere voluerint, ſingulis ſeptimanis (impedimento ceſſante legitimo) ſemel ſeptem pſalmos pœnitentiales cum letania recitent ſiue legant, alii verò non ſufficienter literati, alias orationes (iuxta cōfeſſorum ſuorum arbitrium prout animarum ſuarum ſaluti viſum fuerit) dicere teneantur. Et quod ſi forſan impedimento detenti, indictis anno & ſeptimanis orationes prædictas commodè dicere non potuerint, vel ex inaduertentia aut obliuione omiſerint, extunc in alia ſeptimana ſequentis anni ſupplere teneantur.o. fo.62. Et ffo. 65. conce.85.

Aduerte ad conditionem hic appoſitam

Abſolutio plenaria pro ſemel in vita & in mortis articulo. SIXTVS 4. conceſſit omnibus fratribus mi. de obſer. tam profeſsis quam nouitiis, qui tamen habent propoſitum profitendi, necnon ſororibus ſanctę Clare, & tertiariis vtriuſque ſexus, & famulis & ſeruitoribus prędictorum omniū, vt quilibet eorum poſsit ſemel eligere confeſſorem de huiuſmodi obſeruantia, q̄ audita eius confeſsione penitētiam ſalutarē iniungendo, abſoluat eos ab omnibus criminibus, exceſsibus & cenſuris eccleſiaſticis, & diſpenſet cum eis in omnibus irregularitatibus, ſi quas fortè cōtraxerint (homicidio voluntario, & mutilatione membri ſemper exceptis) & ei remiſsionem generalem & plenariam omnium peccatorum impartiri valeat. *Diſpēſatio.* Et quod hoc idem poſsit in mortis articulo. o. fo. 64. Et ffo. 68. conce. 131.

Collector. Aduerte circa hanc conceſsionem quod licet Sixtus non excipiat in ea irregularitatem ex bigamia prouenientē, tamen pro excepta debet ſemper haberi, quia eſt grauior reliquis ad diſpenſandum. Et quia in alia conceſsione infra poſita in dictione Diſpenſatio. §. 11. illam excepit expreſſe. Et quia fortè illa facta fuit poſt iſtam, licet hoc non conſtet, quia non habent datas. Vtrum tamen aliter ſit iudicandum, prudens lector aduertat.

5 *Abſolutio plenaria pro ſemel in vita & in mortis articulo.* Idem Sixtus conceſsit omnibus & ſingulis prædicatorum & mino. ordinum profeſſoribus, qui tunc erant & qui pro tempore perpetuo erunt, vt confeſſor idoneus eorundē ordinum, quem quilibet pro ſe de ſui ſuperioris licentia duxerit eligendum, eorundem confeſsione diligenter audita, pro commiſsis per eos exceſsibus & peccatis, ſemel in vita & in mortis articulo, plenariam abſolutionem & peccatorū huiuſmodi remiſsionem impendere valeat, etiam ſi ante factā eorundem ordinum profeſsionem eos decedere contigerit. B. fo. 65. Et ffo. 148. conce. 360.

6 *Quatuor abſolutiones plenariæ.* LEO 10. conceſsit licentiā & facultatē omnibus monialibus. ſ. Claræ & ancillis beatæ virginis, vt quater in anno poſſint ſe à ſuis ſuperioribus ſiue confeſſoribus aut aliis fratribus de ordine fratrū mino. per ſuperiores deputatis facere abſolui, ab omnibus peccatis ſuis. qualitercūque commiſsis. Ac ſimiliter abſolui vel potius diſpēſari ab omnibus & ſingulis votis (exceptis ſubſtantialibus emiſsis in earum profeſsione) *Diſpēſatio* quæ ſolent feminea leuitate pro qualibet minima

neceſſitate emitti. Ita tamen quod nulli ipſarum hæc gratia ſuffragetur, ſi confiſe de ipſa aliquid attentarent committere quod oculos diuinæ maieſtatis (earum violando profeſsionẽ) offenderet. Et inſuper placuit ſuæ ſanctitati de benignitate apoſtolicæ pietatis concedere facultatem earũ confeſſoribus, de licentia prælatorum eaſdem audientibus quod ea plenitudine eas abſoluant, & illi ſtatui innocentiæ reſtituant quo ſanctitas ſua faceret, ſi ipſamet in cõfeſsione auſcultaret peccata. Et quod poſt hoc eadem authoritate apoſtolica omnibus & ſingulis ſanctam benedictionem impartiantur nomine ſanctitatis ſuæ. o. ſſſo. 93. conce. 290.

Vide propè finem huius dictionis ſeu capituli qualiter præfate abſolutiones debeant fieri. *Benedictio papalis. Collector.*

7 Idem Leo conceſsit monialibus. ſ. Claræ ſub cura fratrum minorum obſer. exiſtentibus, vt in omnibus ſolennitatibus domini ſabaoth, & virginis Mariæ ac omniũ ſanctorum & ſancti patris noſtri Franciſci & ſanctæ Claræ, poſſint cõfeſſores earũ in abſolutionibus ſuarũ confeſsionum eas plenariæ abſoluere, & pœnitẽtiam ſalutarem iniungere B. ſſſo. 42. conce. 132. *Abſolutiones ple. pro multis feſtiuita.*

Circa hanc abſolutionem, vide quæ ponuntur propè finem huius dictionis ſeu capituli. *Collector.*

8 Idẽ Leo cõceſsit ancillis & ſororibus ordinis beatæ Mariæ virginis, ſub regimine fratrũ mi. obſer. exiſtẽtibus, vt in omnibus ſolennitatibus dñi ſabaoth beatæ Mariæ virginis Petri & Pauli & ſancti Franciſci omniumq; ſanctorũ, atque per totã maiorẽ hebdomadã, cõfeſſores earum quicunque fuerĩt, ſiue ordinarie à prælatis deputati ſiue aliter, (dũmodo eas audiãt de cõſẽſu ſuorũ p̄latorũ) poſſint in abſolutionib⁹ earũ de peccatis ſuis eas plenariæ abſoluere ac pœnitentiã ſalutarem iniũgere. Quo verò ad fratres, priùs ſuorũ ſuperiorũ & eorũ curam gerentium licentia & aſſenſu habitis. B. ſſſo. 43. conce. 137. Circa hanc conceſsionem vide infra propè finem huius dictionis vel capituli. *Abſolutiones plenariæ pro multis feſtiuitatib⁹ & aliis diebus. Collector.*

9 Idem Leo finaliter conceſsit fratribus minoribus regula. obſeruant. quod ſemel in quolibet anno. (vltra alias indulgentias quas à ſede apoſtolica habent) poſsint plenariæ abſolui, & indulgentiam plenariam conſequi *Abſolut. ple. pro die ſanctæ Catherinæ.*

in feſto Sanctæ Catherinę virginis & martiris.o.fff o.94.cõ-
ce. 299.

Pro huiuſmodi abſolutione vide propè finem huius di-
ctionis.

Collector. QVIA circa huiuſmodi abſolutiones plenarias à Leone 10. conceſſas, nonnulli fratres decipiuntur credendo quod poſſint eis vti abſque licentia ſuorum ſuperiorum. Aduertendum eſt quod in omnibus ipſis (vltima duntaxat excepta) ſemper poſitũ eſt à ſummo pontifice, quod ſolũ poſſint fratres ſeu moniales, ſic plenarie abſolui à Prelatis ſuis vel à confeſſoribus per eos deputatis ſeu de licentia eorundem. Sed ad omnem ambiguitatem circa hoc tollendam qui ſcilicet abſque licentia ſuperiorum, & non quorumcunque, ſed ſaltem prouincialium, non poteſt quis prefatis abſolutionibus plenariis gaudere quoad caſus reſeruatos, notanda eſt ac menti commendanda quedam clauſula in tabula congregationis generalis Burdegalenſis poſita tenoris ſubſequentis.

Statutum capituli generalis circa abſolutiones caſuum reſeruatorum. VT fratribus iuxta regule puritatem maior recipiendi ſacramentum penitentie tribuatur occaſio, Reuerendiſſimus pater miniſter generalis, tam quo ad fratres quàm quo ad moniales, reuocat omnes gratias facultates confeſſionalia & indulgentias, & quaſlibet literas ſub quacunque verborum forma, etiam à ſede apoſtolica conceſſas, ſiue vigore bulle cruciate vel fabrice Sancti Petri de vrbe aut quarumlibet confraternitatum, pro quanto ſunt in preiudicium caſuum miniſtris reſeruatorum, declarando eſſe contra ſanctiſſimi Domini Pape voluntatem, tam fratres quam ſorores vti prefatis gratiis quo ad confeſſiones faciendas de caſibus predictis aut contra inſtituta ordinis, abſque licentia prefati Reuerendiſſimi Miniſtri generalis aut prouincialium miniſtrorum, quouis modo ſit, etiam irritum eſſe & inane quicquid alias fuerit attentatum. Et hoc vigore cuiuſdam breuis premiſſorum declaratorii, ab Alexandro Papa olim conceſsi, & breuis, ſpecialis Leonis. 10, Reuerendiſsimo Patri Miniſtro generali miſsi & in hoc capitulo publicati.

Collector. Inſuper circa predictas abſolutiones plenarias à Leone. 10. conceſſas eſt aduertendum, quod huiuſmodi abſolutiones

tiones non ſe extendunt ad cenſutas excõmunicationum vel irregularitatum aut caſuum reſeruatorũ Papæ, quia de eis non fit aliqua mentio in littera conceſſionum. Nec etiam ſe extendunt ad remiſſionem penę debite pro peccatis in pręſenti aut in purgatorio, prout aliqui arbitrati ſunt, exceptis tamen quatuor indeterminatis ſupra poſitis in §. *6*. Ac ſimiliter excepta illa quæ habetur ſupra §. *9*. pro die ſanctæ Catherinæ, quia iſta habet expreſſam indulgentiam plenariam quæ refertur ad penam, vltra abſolutionẽ plenariam quæ refertur ad culpam. Aliæ autem quatuor habent verba quæ equipollent indulgentię plenariæ.

Item eſt aduertendum, quod ſicut patet ex dictis & ex litera ipſarum abſolutionum ipſæ non ſunt vniformes ſeu æquales, & ideo non eodem modo debet impendi abſolutio, quandocunqne occurrunt dies in quibus conceſſæ ſunt. Quapropter ne in hoc aliqui minus docti decipiantur, operepretium viſum eſt in calce huius ſummarij diuerſas abſolutiones breues & compendioſas, iuxta diuerſitatem huiuſmodi cõceſſionum ſuperaddere.

Forma abſolutionis pro quatuor vicibus in quibus poteſt quis abſolui, diebus quibus maluerit quolibet anno, prout dictum eſt ſupra. §. *6*.

Authoritate tibi conceſſa & mihi commiſſa ego te abſoluo ſic plenarie, & illi ſtatui innocentiæ reſtituo, quomodo ſanctitas domini noſtri Papæ faceret, ſi ipſemet in confeſſione tua peccata auſcultaret. Et eadem authoritate Apoſtolica tibi ſanctam benedictionẽ Papalem impartior. In nomine patris & fi. &c.

Forma abſolutionis pro omnibus aliis vicibus in qui bus poteſt impendi abſolutio plenaria, vt habetur ſupra in §. 7. & 8.

Authoritate tibi conceſſa & mihi commiſſa, ego te abſoluo plenarie ab omnibus peccatis tuis, inquantum prędicta authoritas ſe extẽdere poteſt. In nomine &c.

Forma abſolutionis pro abſolutione quæ impendi poteſt in feſto S. Catherinæ, quia differt ab omnibus ſu pradictis, vt patet ſupra in §. *9*.

Authoritate tibi conceſſa & mihi commiſſa, ego te abſoluo plenarie ab omnibus peccatis tuis.inquautum huiuſmodi authoritas ſe extendere poteſt, & concedo tibi indulgentiam plenariam omnium peccatorũ tuorum. In nomine patris &c.

Collector. VLTIMO notandum eſt circa omnes conceſſiones pro abſolutionibus plenariis ſupraſcriptis factas, quod melior & copioſior omnium ipſarũm eſt illa quam facit Sixtus 4.& habetur ſupra §.4.. Et tamẽ pro ipſa quã pro quacunque alia quæ ſub ſimili tenore conceſſa fuerit, ponitur hic quædam forma abſolutionis valdè copioſa.

Forma abſolutionis pleniſſima qua ſaltem pro ſemel in vita & in mortis articulo poſſunt vti fratres mi.& aliæ perſonæ quæ illorum priuilegiis gaudere poſſunt.

Sequitur forma ſeruanda antè abſolutionẽ quãlibet.

Finita confeſſione imponat confeſſor penitentiam. Et poſtea dicat ſequentia verba, ita quod primo penitens valeat intelligere.

Authoritate mihi tradita & ex officio meo ac eo modo quo melius poſſum, diſpenſo tecum ſuper reſiduum penitentiæ ſi maior erat tibi imponenda. Et volo vt omnia bona quę feceris & mala quæ perpeſſus fueris propter deum ſint meritoria, velut penitentia impoſita ad remiſſionem penæ debitæ pro tuis peccatis, pro quibus etiam ſatisfiat ex meritis paſſionis Chriſti & omnium ſanctorum. Et poſtea ſubiungat confeſſor.

Miſereatur tui &c. Indulgentiam &c. Dominus noſtẽr Ieſus Chriſtus, qui eſt verus & ſummus pontifex,& pro te natus & paſſus eſt, ipſe te abſoluat, & ego authoritate ipſius & beatorum Apoſtolorum eius Petri & Pauli & ſanctæ Romanæ eccleſiæ, ac poteſtate mihi cõmiſſa & tibi pro hac vice conceſſa à domino Papa, cuius vices in hac parte gero, te abſoluo ab omni ſententia generali vel ſpeciali à iure vel ab homine promulgata, & ab alio quocunque vinculo excõmunicationis. Et diſpẽſo tecum ſuper quibuſcũque irregularitatibus, ex quibuſcunque cauſis eas contraxeris, (homicidij voluntarij & mutilationis membrorum ac bigamia dun-

taxat exceptis) Et in his & in omnibus aliis quibus indigeas, reſtituo te ad ſtatum priſtinum in quo eras antequàm huiuſmodi incurreres. In nomine patris &c.

Item eadem authoritate ego te abſoluo plenarie ab omnibus peccatis tuis ſpecialiter aut generaliter confeſſis cum circunſtantiis eorum, quomodocũque & qualitercunque offendiſti deum creatorem tuum animam tuam & proximum tuum & regulam tuam. Et de omnibus ipſis, authoritate ſupradicta & ex ſpeciali gratia tibi conceſſa & mihi commiſſa à domino Papa concedo tibi indulgentiam plenariam omnium penarum in præſenti vita vel in purgatorio pro peccatis tuis debitarum, inquantum poſſum & valeo & authoritas tibi conceſſa & mihi commiſſa ſe extendere poteſt. In nomine patris &c.

ABSOLVTIO QVOAD SECVLARES.

Diſtinctio materiæ abſolutionis infra poſitæ.

CIRCA abſolutiones perſonarum ſecularium per fratres minores fiendas, ſunt multa & varia ordinata & conceſſa, quæ vt melius intelligi & memoriæ cõmendari valeant, ſubſequenti ordine diſtinguuntur. Primo nãque ponuntur ea quæ generaliter concernunt confeſſorum authoritatem, ſeu facultatem, tam ratione inſtitutionis à prelatis ordinis factæ, quã præſentationis quæ prelatis eccleſiaſticis fieri debet, ſeu licẽtiæ quæ ab eiſdẽ prelatis ſeu legatis ſedis apoſtolice obtinere contigerit. Secundo adduntur alia quæ conceſſa ſunt reſpectu abſolutionum à caſibus reſeruatis epiſcopis vel Papæ. De prædictis autem duobus ponuntur etiam aliqua notabilia infra in dictione Confeſſiones & Confeſſores. Tertio ſuperadduntur nonnulla quæ aliqui ſummi pontifices decreuerunt contra quoſdam aduerſarios religioſorum, qui aliquos errores dixerunt in materia huiuſmodi abſolutionum. *Collector.*

ABSOLV. GENE. QVOAD SECVLA. PRIMO. I

ALEXANDER 4. conceſſit quod de licentia legatorum ſedis Apoſtolice vel ordinariorum locorum, poſſint fratres minores libere confeſſiones au- *Licentia audiendi cõfeſſionũ*

dire,ſacerdotum parrochialium aſſenſu minimè requiſito.b.fo.26.

2 *Licentia ſeu praeſentatio.* CLEMENS 4. conceſſit vt quando Epiſcopi vel alij eccleſiarum prelati dederint fratribus minoribus facultatem audiendi confeſſiones ſubditorum ſuorum & vota commutandi, talibus prelatis decedentibus, poſſint predicti fratres vti libere predicta facultate, donec viduatis eccleſiis prouiſum fuerit de paſtore.B.fo.29. Et ffo. 113. conce.244.

3 *Praeſentatio confeſſorum pro fratribus itinerantibus.* EVGENIVS 4.conceſſit omnibus confeſſoribus ordinis mino. ꝙ quando non poſſunt cõmodè ſe preſentare epiſcopis,quia ſunt in itinere vel alibi,& non poſſunt petere caſus Epiſcopales, eo caſu poſſint plenarie vti authoritate epiſcopali.o.fo.61. Et ffo.64.cõce.78.

Idem Eugenius conceſſit quod quando fratres ſe ſemel preſentauerint epiſcopis & obtinuerint caſus ſuos,

4 *Praeſentatio confeſ.* licet alibi poſtea ad habitandum ſe transferant ad tempus, & poſtea reuertantur ad eaſdem dioceſes, non ſit neceſſarium iterato ſe preſentare eiſdem epiſcopis, vel caſus de nouo obtinere.o. fo.61. Et ffo. 64. conce.79. Et fffo.95.conce.314.

5 Idem Eugenius declarauit quod quando quis tempore paſchali ſe reperit in aliena dioceſi,ſemper ibi intel-

Cõicare. ligitur adeptum incolatum,vt ibi confiteri & communicare valeat, quantumcũque ibi paruo tempore ſteterit.o.fo.61. Et ffo.64.conce.80. Et fffo.95. conce.315.

6 *Simonia* Idem Eugenius conceſſit,quod vbicũque fuerint fra-

Caſus epiſcopi. tres mino. (licet epiſcopi ſint ſimoniaci, etiã in officio & beneficio) poſſint fratres vti ſuis caſibus ac ſi tales

7 epiſcopi non eſſent ſuſpenſi, ex quo tollerantur ab eccleſia. o. fffo.101.conce.403.

NICOLAVS 5. conceſſit fratribus mino.obſer.authoritatem audiendi in confeſſionibus omnes quarũcunque dioceſum. Et in illis extraneos ac forenſes ab-

Licentia pro omnibus etiam forẽſibus. ſoluendi, etiam à caſibus quos dioceſani locorum in quibus fratres ad hoc deputati fuerint, duxerint committendos.B.fo.30. ffo.114. conce.249.Et fffo.58. cõce. 159.

8 SIXTVS. 4. fecit eandem conceſſionẽ per conſimi-

lia verba nil penitus immutando.B.fo.vbi ſupra. & cõce. immediate ſequentibus in eiſdem libris preallegatis.Et poſtea Leo.10. hoc idem confirmauit & de nouo conceſſit.o.fFo.58.conce.159.

Idem Sixtus conceſsionem prefatam reiterauit ſubſequentibus verbis. Conceſsit[n]āque ꝙ fratres mino. obſer. preſentes & futuri, poſsint audire confeſsiones ſecularium vndecũque venientium, ea authoritate quã habent ab epiſcopo in cuius dioceſi exiſtunt. o. fo. 63. Et ffo.67.conce.111. 9

Licentia pro omnibus etiam forẽſibus.

Quo ad huiuſmodi conceſsionem, vide j. §. 18. vbi magis ample conceſſum eſt fratribus carmelitis.

collector.

10 Idem conceſsit quod confeſſores noſtri dum ſunt in itinere & requiruntur, poſsint audire confeſsiones ſicut parrochiani, & ſi non fuerint preſentati ſecundum formam clementine o. fo.63. Et ffo.67.conce.113.

Pro frat. iti. Preſen. confeſ.

11 Idem Sixtus conceſsit quod fratres mino.debite preſentati, vel gratioſe à prelatis recepti, poſsint extra ſuam dioceſim ſubditos illorum audire, cum hoc poſſint curati de iure. o. fo. 64. Et ffo.68. conce. 128. Et fFo.96.conce,335.

Preſen. confeſ. Pro fratr. iti.

12 Idem Sixtus declarauit quod licentia prelatorum eccleſiæ de qua in ſupradictis conceſsionibus fit mentio eſt illa quam ordinarij preſentatis ad confeſsiones audiendas dare ſunt aſtricti.B.fo.98.& ffo.161.cõce.439.

Licen. prelat. Preſen. confeſ.

13 INNOCENTIVS 8. cõceſsit certam formam preſentationis epiſcopis faciendæ pro fratribus confeſſoribus modo ſubſcripto qui talis eſt, ſcilicet quod guardianus loci noſtri vel ciuitatis, omni anno ſemel ſe repreſentet epiſcopo vel eius locum gerenti in ſpiritualibus, vel mittat alium fratrem pro ſe & dicat eidem epiſcopo, Reuerendiſsime domine, ecce me preſento reuerendiſsimæ dominationi veſtræ, pro me & omnibus confeſſoribus deputatis & deputandis à noſtro prouinciali, pro audiendis confeſſionibus veſtrorum ſubditorum, petendo humiliter vt dignemini eſſe contentus, vt cum veſtra benedictione ipſos audiant in confeſsione & abſoluant.Et ſi quid authoritatis veſtræ, circa caſus vobis reſeruatos velitis, nobis concedere di-

Forma preſentationis confeſſorum quolibet anno fiẽda

gnemini. Et ſimiliter circa votorum diſpenſationem. Ac etiam dignemini nos auiſare, ſi quid habeamus facere pro ſalute animarum veſtræ dominationi cōmiſſarum. Quo facto ſiue concedat ſiue deneget, prefatus ſanctiſsimus dominus Innocentius 4. conceſsit quod ſtatim confeſſores prædicti habeant authoritatem omnem abſoluendi ab omnibus, exceptis caſibus de iure reſeruatis epiſcopo vel Papæ.o.fo.65. Et ffo.69. cōce. 153. Et fffo.98.conce.352.

14 Leo 10. conceſsit quod fratres mi. qui audiunt cōfeſsiones, abſoluendo in foro conſcientiæ excōmunicatos, non teneantur ſeruare formam quæ obſeruatur in publicis abſolutionibus. ſ flagellationem cum pſal. Miſerere mei &c. Et quod tempore interdicti poſsint abſoluere à cenſuris in foro conſcientiæ illos qui tunc cōfitebūtur peccata ſua, niſi tales cēſuræ eſſent ex quib⁹ huiuſmodi interdictum emanaret o. fffo.55.cōce.174.

15. al. 13. Idem Leo in concilio lateranenſi ſtatuit, quod ſuperiores fratrum mendicantium, teneantur omnino fratres quos ad audiendas confeſsiones ſubditorū prælatorum eccleſiaſticorum pro tempore elegerint, eiſdem prælatis perſonaliter exhibere ac præſentare (ſi eos ſibi exhiberi & præſentari petierint) alioquin eorum vicariis (dūmodo ad prælatos vltra duas dietas accedere non cogantur.) Et ꝙ poſsint prædicti fratres per eoſdē epiſcopos & prælatos, ſuper ſufficienti literatura & aliqua ſaltē huiuſmodi ſacramenti peritia duntaxat examinari. Statuit etiā quod talibus præſentatis & admiſſis, vel etiam indebite recuſatis confitentes, conſtitutionis quæ incipit. Omnis vtriuſque ſexus (quo ad confeſsionē duntaxat) ſatisfeciſſe cenſeantur. Ipſiq; fratres etiam forenſium confeſsiones audire valeant, laicos tamen & clericos ſeculares, à ſententiis ab homine latis, nullatenus abſoluere poſsint. B.fffo.25.conce.72.

Preſentatio confeſſorum.

Examinatio confeſſorum.

Licentia pro forenſibus.

Collector. Aduertendū eſt circa prædicta, quod per eundē Leonē 10. fuit poſtea conceſſum ordini noſtro mino. quod in foro conſcientiæ poſsimus vti noſtris priuilegiis, ſicut ante concilium Lateranenſe poteramus, non obſtantibus quibuſcunque in dicto concilio ordinatis &

determinatis aliter vel in contrarium diſponentibus, vt habetur in regiſtro ordinis & actibus Reuerendiſſimi patris fratris Franciſci licheti miniſtri generalis. De quo vide infra in dictione. Concilium.§.7. Et ideò quo ad forum conſcientiæ non tenemur ad ſtatuta in præfato concilio, nec adhuc fortè in foro exteriori, ſicut infra declarabitur, in dictione. Priuilegia propè finem.

Sequuntur nonnulla alia pertinentia ad confeſſiones ſecularium, ex aliorum fratrum Mēdicantium priuilegiis extracta. Et primo ea quæ tangunt directè fratres prædicatores.

SIXTVS. 4. conceſſit, vt Vicarius generalis fratrum ordinis prædicatorum regnorum caſtellæ & legionis, in qualibet domo dicti ordinis ei ſubiecta vbi eum pro tempore morari contigerit, ac in eius abſentia ſinguli priores ſiue præſidentes ſingularum domorum dicti ordinis, nunc & pro tempore exiſtentes, ac quatuor dicti ordinis profeſſores Preſbiteri idonei per vicarium & ſingulos Priores ſiue Præſidentes prædictos in ſingulis diebus deputandi, poſſint confeſſiones vtriuſque ſexus Chriſti fidelium forenſium ad ſingulas domos prædictas occurrentium & ibidem proprium domicilium non habentium, ac inibi confiteri volentium, totiens quotiens ibidem confitebuntur libere audire & eos ab omnibus & ſingulis peccatis exceſſibus & delictis per eoſdem commiſſis ac confeſſis, necnon excommunicationum ſententiis & penis, in ſingulos fideles prædictos, in genere vel in ſpecie ordinaria authoritate latis, de quibus ipſi fideles ſe abſolui petierint (dū tamen talia non ſint propter quæ ſedes apoſtolica merito ſit conſulenda) in loci ordinarij abſentia duntaxat abſoluere, & eis ſuper præmiſſis pœnitentiam ſalutarem iniungere, ac vota peregrinationis & abſtinentiæ per eoſdem fideles emiſſa, quæ loci ordinarius ſi præſens eſſet commutare poſſet, & ipſi fideles commodè adimplere nō potuerūt (in ipſius loci ordinarij abſentia) in alia pietatis opera commutare. Necnon omnibus & ſingulis Chriſti fidelibus, tam

16 Ex priuil. fratrū prædicatorum Partic. pro regnis caſtel.

Deputatio quatuor confeſ.

Excōmunicatis.

Commutatio votorū.

Euchariſtia. forenſibus quā in ciuitatibus & locis in quibus ipſe domus conſiſtunt commorantibus, Euchariſtiæ ſacramentum quocunque tempore (feſto reſurrectionis dūtaxat excepto) eorumdem fidelium, parrochialium eccleſiarum rectorum abſentium & quorūlibet aliorum licētia minimè requiſita, miniſtrare libere & licite poſſint & valeant, parce tamen ne querele indè eueniant. B. fo. 44. Et ffo. 128. conce. 287.

Collector. Aduerte quod eandem authoritatem habent prouinciales & guardiani ſiue præſidentes domorum fratrum mino. & quatuor confeſſores per eos aſſignandi, vt prædictum eſt. Et hoc in regnis præfatis & non alibi, virtute communicationis ſpecialis quæ habetur infra in dictione Communicatio priuilegiorum. §. 9. & 10.

17 *Prohibitio.* Ex priuilegiis fratrum Auguſtinenſium.

BONIFACIVS. 8. prohibuit diſtricte, ne quis fratres ordinis hæremitarum Sancti Auguſtini quibus officia prædicandi vel confeſſiones audiendi à prælatis ordinis commiſſa fuerint, executionem officiorum ipſorum audeat quomodolibet impedire. B. ffo. 244. conce. 589.

18 Ex priuilegiis fratrum Carmelitarum.

VRBANVS. 4. conceſſit fratribus Carmelitis, vt de licentia prælatorum eccleſiæ, poſſint audire confeſſiones omnium Chriſti fidelium, cauſa deuotionis ad eos recurrentium niſi talia commiſiſſent propter quæ eſſet ſedes apoſtolica merito conſulēda. B. fo. 85. Et ffo. 168. conce. 392.

Collector. Aduerte quod Sixtus declarauit quod licētia de qua in huiuſmodi conceſſione fit mentio, intelligatur ita ꝙ. ſ. præfati confeſſores ſint præſentati ſecundū formā iuris.

Collector. Quo ad ſupraſcriptam conceſſionem vrbani, eſt aduertendum quod virtute illius viſum eſt multis quod valeant fratres confeſſores debite præſentati abſoluere à caſibus reſeruatis Epiſcopis. Super quo ego conſului aliquos iuriſperitos & in rebus attinentibus ac religioſos valdè doctos, & reſponſio vltimata fuit talis, quod ſcilicet ſi fratres Carmelitani quibus directè facta eſt prædicta conceſſio, vſi ſunt & vtuntur illa

prout litera eius ſonat, quod ſimiliter poterunt vti illa alij fratres mendicantes, ratione communicationis priuilegiorum. Sed quod ſi illi non habent in vſu, tunc nec ipſi nec alij mendicantes poſſunt vti ea, etiam ſi habeantur noue conceſſiones priuilegiorum prout haberi ſolent. Et ideò oporteret ſcire ab aliquibus viris doctis præfatorum fratrum carmelitanorum qualiter circa prædictam conceſſionem ſe habuerint & habeant. Aliter autem vti ſupradicta conceſſione eſſet temerarium valdè.

Ex priuilegiis fratrum Minorum.

SIXTVS. 4. conceſſit fratribus ordin. minorum authoritatem confeſſiones audiendi, & ab omnibus caſibus excõmunicationis ſuſpenſionis interdicti ac ſuper quacunque irregularitate ordinario (tàm à iure quàm ab homine) reſeruatis, totiens quotiens opus fuerit, abſoluendi & diſpenſandi, ac vota quecunque permutãdi & relaxandi & pœnitentiam ſalutarem iniungendi, ſicut poteſt dioceſanus. B. fff o. 5. conce. 8. 19 *Excõmunicatio. Diſpenſatio.*

Aduerte quod vtrum prædicta conceſsio ſit intelligẽda reſpectu fratrum duntaxat vel etiam ſecularium, non poteſt clare elici ex litera, propter quod oporteret conſulere aliquem fratrem doctum minorũ ad ſciendũ qualiter ipſi illam intelligunt & ea vtuntur, nam aliter vti illa quo ad ſeculares, non eſſet ſecurum. *Collector.*

Abſolutio ſpecialiter de caſibus reſeruatis quo ad ſeculares Secundo.

BENEDICTVS II. in extrauaganti, quæ incipit. Inter cũctas ſtatuit quod fratres cõfeſſores ordinum prædicatorum & mi. nullatenus ſe intromittant de caſibus Epiſcopis & ſuperioribus reſeruatis, quos ipſe annotauit modo ſubſequenti dicens. Obſeruent dicti fratres ne ad confeſsionem recipiant criminoſos criminibus pro quibus eſſet ſolennis pœnitentia indicenda, modo eodem excommunicatos reſpuant, & clericos qui propter delictum irregularitatem aliquam incurrerint. Incendiarios etiam, eoſque qui tam enormibus ſunt irretiti peccatis, quod ea rationabilis cõſuetudo præſcripta canonice in Epiſcopatibus aliquibus 1 *Pro fratr. prædic. & mino.* *Caſus reſeruati Epiſcopis de iure.*

Caſus reſeruati epiſcopis de cõſuetudine. reſeruauit epiſcopis, ſimiliter non admittant. Quam conſuetudinem ex cauſa quæ iuſte ad id animum noſtrum mouet, ſolummodo circa voluntariæ homicidas falſarios eccleſiarum immunitatis & libertatis eccleſiaſticæ violatores & ſortilegos approbamus. B. fo. 126. Et ffo.203.conce.504.

Collector. Aduertendum eſt circa prædicta quod licet bulla in qua ſupraſcripta cõtinentur fuerit reuocata per clementinam. Dudũ de ſepulturis, tamen poſtea Sixtus.4.conceſſit, vt quo ad caſus reſeruatos Epiſcopis qui ibi ſunt expreſſi, maneat in ſuo vigore. Et circa huiuſmodi caſus, vide infra poſt.§.12.& bene conſidera. Vide etiam circa huiuſmodi materiam abſolutionum, & quoad validitatem prædictæ extrauagantis, infra in dictione. Confeſſiones.§.2.cum ſua additione.

2 EVGENIVS. 4. conceſſit quod fratres mi.nõ teneantur facere conſcientiam de decimis in confeſſionibus, niſi quando fuerint requiſiti ab ordinariis. Et tunc ſufficit dicere, facio tibi conſcientiam, & inducere peccatorem quantum poteſt ad ſoluendum, non tamen propter hoc retineant abſolutionem.o.fo. 62. Et ffo. 65. conce.87.

Collector. Aduertẽdũ eſt quod ſupraſcripta conceſſio, reperitur ſub alio tenore in ſupplemento priuilegiorum. Et ideò prout illic habetur ſubſcribitur hîc.

Decime. Idẽ Eugenius conceſſit quod fratres min. omittentes facere conſcientiam de decimis, ſi non fuerint requiſiti à parrochialibus, non cadant in excommunicationem.

Excõmunicatio. Et quod vbi eſt conſuetudo quod detur pro decima, de viginti vel triginta aut quadraginta vnũ id intelligatur pro ſolutione decimarum. Et quod vbi non eſt conſuetudo decimandi, inducãt fratres ad decimandũ,& ſi noluerin, non propter hoc denegent abſolutionẽ, niſi ſacerdos proprius reclamaret.o.ffo.101.conce.404.

Collector. Circa hoc vide determinationem concilij Lateranẽſis infra.§.13.

3 *Exactiones.* Idem Eugenius declarauit quod recipientes pedagia à clericis, vbi eſt conſuetudo, ciuitas non incidat in interdictum. Et quod ipſi confeſſores inducant ad reſtitu-

tionem & abſoluant, niſi caperent clericos perſonaliter vel detinerent.o.fff o.101.conce.406. *Interdictum.*

4 Idem Eugenius conceſsit, quod attento quod ſit conſuetudo.ſ.in aliquibus partibus, ſolui gabellas & datia per eccleſiaſticas perſonas & ſacerdotes ſeculares, non propter hoc fratres retineant eis abſolutionem. ſ. qui prædictas exactiones faciunt,non obſtante.c.quãquam de viſuris.lib.vj.o.fff o.102.conce.46. *Exactiones.*

5 Idem Eugenius conceſsit, quod fratres confeſſores poſsint abſoluere de ſimonia, niſi ſit in ordine vel beneficio.o.fff o.102.conce.420. *Simonia.*

6 SIXTVS.4.propter diuerſitates opinionum,confirmauit caſus epiſcopales tàm de iure quàm de conſuetudine, quos poſuit Benedictus. 11. in ſua extrauaganti quæ incipit,inter cunctas.o.fo.64.Et ff o.68.cõce.128. Et fff o.96.conce.334. *Caſus reſeruati.*

Aduerte quod huiuſmodi caſus ſunt poſiti ſupra in §.1. *Collector.*

7 Idem Sixtus conceſsit, quod confeſſores noſtri ordinis,poſsint abſoluere excommunicatos per proceſſum annualem, ſcilicet qui fit in die cenæ Domini, propter incurſum vel inuaſionẽ factã in terris eccleſiæ, directè vel indirectè, dũmodo nõ ſint principales in dando cõſilium vel auxilium talia facientibus. o. fo. 64. & ff o. 68.conce.140.Et fff o.97.conce.342. *Caſus reſeruati papæ.*

Aduerte quod iſta conceſsio per mortem concedẽtis videtur expiraſſe, quia tangit caſus contentos in bulla cenæ Domini. Circa quod vide ſupra in di.abſol.ordi. quoad fratres poſt.§.9. *Collector.*

8 Idem Sixtus conceſsit,quod omnes tàm viri quã mulieres intrantes monaſteria monialium ſanctæClaræ & ſancti Dominici,ignoranter & ſine dolo,poſsint abſolui à confeſſoribus monialium. Poſtea idem addidit, quod mulieres omnes poſsint abſolui ab omnibus confeſſoribus noſtris,etiam ſi malitioſe & ex malo animo intraſſent.o.fo.64. Et ff o. 68. conce. 138. Et fff o.96. conce.330.& 339. *Pro monaſteriis moni. Caſus reſeruati.*

9 Idem Sixtus iterum conceſsit,quod confeſſores monialium ſanctæ Claræ poſsint abſoluere à ſentẽtiis latis *Pro monia. monialiũ.*

Caſus reſeruati. Pro cōfeſ. mo.

eos,qui non malitioſe ſed ex quadam læuitate ſeu curioſitate intrauerint earum monaſteria,vel.quarumcunque aliarum religioſarum incluſarum . Et hoc tàm actiuæ quàm paſſiuæ.o. fo.64. Et ffo.68.conce.138. Et ffo.96.conce 339.

Caſus reſeruati.

10 Idem Sixtus conceſſit,quod confeſſores noſtri poſſint abſoluere omnes confitentes ab omnibus ſacrilegiis dūmodo non fiant cum ſacris,ita quod ſcandala orirentur ſi fratres abſoluerent.o.ffo.102.conce.411.

Diſpenſatio votorū.

11 INNOCENTIVS. 8. conceſſit,quod cōfeſſores debite præſentati poſſint diſpenſare in omnibus votis in quibus poſſint Epiſcopi,exceptis votis peregrinationis vltra duas dictas.o.fo.65.Et ffo,69.conce.155. Et ffo. 98.conce.353.

Excommunicatio.

12 Idem Innocentius declarauit quod quo ad primum caſum de iure reſeruatū ab Epiſcopis, intelligatur ſecūdum opinionem Innocētij, & hoſtienſis. ſ.quod ſolum eſt hodie vna excommunicatio quæ de iure Epiſcopis reſeruatur. ſ. iniectio violenta in perſonam eccleſiaſticam in caſibus,in quibus pertinet ad Epiſcopum . Et ideo in alijs quæ ſunt de iure & non reſeruantur papæ, poſſunt confeſſores prædicti abſoluere. Et ſimiliter ab omnibus excommunicationibus per ſtatuta prouincialia & ſinodalia promulgatis,quæ ipſi conditores ſpecialiter ſibi vel alteri non reſeruauerunt, quando ſtatutum fecerunt.o.fo.65.Et ffo.69.conce.154.Et ffo.98.conce.355.

Caſus reſeruati epiſcopis.

Collector.

Circa prædicta oportet vt prudens lector aduertat, quod huiuſmodi cōceſſio fuit impetrata per bonæ memoriæ reuerendum patrem fratrem Angelum de clauaſio, qui edidit illud inſigne opus ſumma angelica appellatum,& ideo conformiter ad ea quæ ipſe poſuit in prædicta ſumma in dictione.Caſus reſeruati Epiſcopis , nominauit in pręfata conceſſione primum caſum de iure reſeruatum Epiſcopis, licet aliqui aliter ordinent prædictos caſus, preſertim Benedictus. 11. vt poſitum eſt ſupra in hac dictione.§.1. Ac etiam Antonius in ſuo tractatu intitulato defecerunt.

Caſus reſeruati epiſcopis.

Aduertere etiam oportet, quod virtute ſupraſcriptæ

conceſſionis Innocentij non excluduntur alij caſus reſeruati Epiſcopis,numerati ſupra in conceſſione Benedicti.11.§.1.preſertim illi quibus non eſt adiuncta excõmunicatio,prout aliqui & male opinati ſunt.

Inſuper ex omnibus præfatis cõceſſionibus colligãt fratres confeſſores per prælatos deputati ad audiendas confeſſiones quomodo poſſunt audire omnes volentes eis confiteri. Quia ſi ſunt in via vbi nõ poſſunt ſe repreſentare epiſcopis & requiruntur,poſſunt audire confeſſiones & habent authoritatem abſoluendi(exceptis caſibus epiſcopis de iure reſeruatis)per conceſſionem Sixti ſuprapoſitam in præcedenti dictione.ſ. Abſolutio generaliter quoad ſeculares.§.9.Si verò ſint extra dioceſim, & vadunt ad eos ad loca noſtra pro confitendo, poſſunt abſoluere eos ſicut poſſunt alios de illa dioceſi,per aliam conceſſionem Sixti. 4. pψſitam vbi ſupra. §.10.Si autem ſunt in dioceſi,poſſunt eos abſoluere ab omnibus à quibus poſſunt epiſcopi,exceptis caſibus de iure reſeruatis, qui ſolum ſunt ſuprapoſiti à Benedicto.11.vt patet.ſ. in hac dictione.§.1. *Epilogatio ſupradictorum.*

13 Leo. 10. in concilio lateranenſi ſtatuit quod fratres confeſſores teneantur hortari & monere, etiam ſub onere conſcientiarum ſuarum,illos quorum confeſſiones pro tempore audierint, cuiuſcunque ſtatus & conditionis fuerint, ad ſoluendum decimas ſiue aliam bonorum ſeu fructuum, quotum in locis in quibus decimæ ipſæ aut ſimilia ſolui conſueuerunt, ipſique etiam illas ſoluere recuſantibus abſolutionem denegare teneantur.B.ſff.26.conce.82. *Decimæ.*

14 Idem Leo conceſſit quod infringentes, vel aliquam violentiam in eccleſiis vel locis fratrum mi. facientes, ab excommunicatione propter hoc incurſa, poſſint à prælatis dicti ordinis in foro conſcientiæ abſolui licet antea nõ poterant huiuſmodi delinquentes abſolui niſi à papa vel à conſeruatoribus dicti ordins.o.ſffo. 61. conce.186. *Excommunicatio. Caſus reſeruati.*

1 Circa abſolutionis materiam,reprobatio errorum. *In fauorẽ fratrũ prędicatorum & mi.*

ALEXANDER. 4. reptobauit errores quorundam magiſtrorũ aſſerentium,quod fratres mi. &

prædicatores de licentia papæ aut diocceſanorum non poterant confeſsiones audire. B. fo. 24. Et ffo. 25. conce. 15.

2 *In fauorẽ fratrum confeſ.* CLEMENS. 4. reprobauit præfatos errores & conceſsit ſicut Alexander. 4. quod fratres de licentia legatorum ſedis apoſtolicæ vel ordinariorum, & multò ampliùs ſummi pontificis, poſsint audire confeſsiones & abſoluere, aliorum inferiorum prælatorum & rectorũ eccleſiarum aſſenſu nullatenus requiſito, exceptis caſibus qui de iure vel conſuetudine legatis & ordinariis prædictis ſpecialiter reſeruantur, niſi eis ſpecialiter cõmittantur. B. fo. 29. Et ffo. 29. conce. 26.

3 *In fauorẽ fratrum confeſ.* IOANNES. 22. damnauit & reprobauit quoſdam articulos Ioannis de Poliaco aſſerentis quod confeſsi fratribus habentibus licentiam generalẽ audiendi confeſsiones, tenebantur iterum confiteri eadem peccata proprio Sacerdoti parrochiali. Et quod ſtante decretali. Omnis vtriuſque ſexus nõ poterat ſummus pontifex facere (immo nec Deus) quin parrochiani tenerentur confiteri eadem peccata ſemel in anno proprio Sacerdoti, ac etiã quod Papa nequibat dare licentiam generalẽ ad hoc. Prohibuitque præfatus pontifex, ne quis dictos articulos per ipſum dãnatos & reprobatos tenere audeat, ſeu quomodolibet defenſare ſeu docere. Et declarauit quod illi qui prædictis fratribus confitentur, non magis teneantur eadem peccata confiteri, quã ſi alias illa fuiſſent confeſsi eorũ proprio ſacerdoti. B. fo. 36. Et ffo. 119. conce. 259.

4 *Confirmatio ſuprà dictarũ cõceſſionũ.* CALIXTVS. 3. fecit magnã prouiſionẽ contra errores ſupradictos Ioannis de Poliaco, confirmãdo bullas Eugenij. 4. & Nicolai. 5. approbantes conſtitutionẽ ſuper cathedrã, Bonifacij. 8. & reprobantes errores ſuper illam exortos circa confeſsiones & abſolutiones B. fo. 82. Et ffo. 165. conce. 390.

5 *Inquiſitor hæreticorũ.* SIXTVS. 4. authoritatem procedendi per Ioannẽ 22. & Eugenium. 4. datam ordinariis contra aſſertores quod confeſsi fratribus tenebantur iterum eadem peccata confiteri proprio ſacerdoti patrochiali, extendit ad inquiſitores hæreticæ prauitatis. B. fo. 61. Et ffo.

144. conce. 353.

Attende quod nulla alia ad materiã abſolutionum pertinentia, ponuntur infra in dictione Confeſsiones. Vide ibi. *Collector.*

ACCEDERE AD MONASTERIA monialium.

NICOLAVS. 3. conceſsit fratribus minoribus vt ad loca vbi ſeculares homines conueniunt in monaſteriis monialium, poſsint illi fratres cauſa prædicationis vel eleemoſinæ petendæ accedere, quibus id à ſuperioribus ſuis pro ſua fuerit maturitate vel idoneitate conceſſum. Exceptis ſemper monaſteriis monialium incluſarum, ſcilicet ſanctæ Claræ, ad quæ nulli datur accedendi facultas, ſine ſedis apoſtolicæ licentia ſpeciali. In declaratione regulæ. Exiit qui ſeminat, quæ habetur. B. 1. tractatu. fo. 10 Et b. ffo. 11. tractatu. 2. 1 *Prædicatio.* *Eleemoſina.*

EVGENIVS, 4. conceſsit quod fratres minores obſer. poſsint intrare ad loca quarumcunque monialium, vbi ſeculares communiter intrant, de licentia ſuorum Prælatorum quando mittuntur. o, ffo. 261. concc. 675. 2 *Conceſſio pro omnibus mona.*

NICOLVS. 5. conceſsit fratribus minoribus quod poſsint intrare & prædicare in eccleſiis & locis monialium Sanctæ Claræ & aliarum quarumcunque, vbi ſeculares communiter intrant, de licentia ſuorum Prælatorum quando mittuntur. o. ffo. 65. conce. 88. Et ffo. 99. conce. 366. 3 *Prædicatio.*

Aduerte quod hæc conceſsio videtur ſolùm eſſe pro prædicatoribus, quia dicit intrare & prædicare, id eſt ad prædicandum. *Collector.*

PIVS. 2. ad inſtar Nicolai. 5. conceſsit fratres poſſe prædicare & intrare in locis quarumcunque monialium, vbi ſeculares communiter intrant, de licentia ſuorum Prælatorum quando mittuntur. o. ffo. 66. concc. 94. 4 *Prædicatio.*

5 SIXTVS.4.conceſſit quod fratres mi.poſſint ire de licentia ſuorum prælatorum ad eccleſias & loca vbi habitant fratres deputati ad regimen monialium.o. fo. 63.Et ffo.67.conce.125.Et fffo.96.conce.340.

6 *Viſitatio reliquiarũ* Idem Sixtus conceſſit quod fratres prædicti,cauſa viſitandi reliquias ſanctorum, vt caput Ioannis Baptiſtæ, ad Sanctum Silueſtrum Romæ, vel ſanguinem Sancti Franciſci aſſiſij, & huiuſmodi,de licentia guardiani illius loci, aut alterius prælati ordinis, poſſint duntaxat accedere ad eccleſias monialium.ſ. Claræ, & etiam tempore ſtationum & generalium proceſſionum.o.ffo.68. conce.141.Et fffo.96.conce.323. *Proceſſiones.*

7 *Conceſ. ſpec. pro monia. S. Cla.&ſ. dominici.* Idem Sixtus conceſſit quod fratres min. poſſint de licentia ſuorum prælatorum accedere ad loca monialium ſ.Claræ & ſancti Dominici,ad quæ ſeculares accedunt, pro eleemoſina petenda,& cauſa celebrandi,& pro alijs licitis & honeſtis.o. ffo.69. conce. 142. Et fffo. 100. conce.388.

8 *Conceſſio pro omnibus mo. q̃ non ſunt ſ. Clar.* ALEXANDER. 6. conceſsit quod prouinciales poſſint licentiare fratres ad alia monaſteria quam ſanctæ Claræ non ſolum cauſa eleemoſinę petendæ vel prædicationis faciendæ, ſed etiam pro ſpirituali viſitatione conſanguinearum vel alia neceſsitate. Intelligẽdo ſemper de locis ad quæ ſeculares communiter accedunt.o. fffo.99.conce.369.

LEO. 10. in quodam breui ſuper præfatam materiam poſuit ſequentem clauſulam. Non prohibemus tamen quod fratres prædicti.ſ.minores infra limites monaſteriorum. ſ. Claræ, & ad loca vbi fratres eiſdem ſeruientes habitant, & alij ſeculares ingrediuntur, intrare & accedere, necnon cum eiſdem (quando opus fuerit) & cum limitationibus in capitulis veſtris ordinatis in locis in quibus reliquæ perſonæ ſeculares cum eiſdem loquuntur,loqui poſſint.B.fffo.17.conce.56.

Collector. Circa prædictã clauſulã eſt aduertẽdũ quod nõnulli fratres opinati ſunt, quod in ea cõcedebaẽ eis amplior facultas quã in reliquis ſupraſcriptis. Attamẽ ſecundum veritatem nihil penitus in ea conceditur nec de aliquo deſeruit quia licet præfatus Leo non prohibeat prædictum

ctum acceſſum, prohibuit tamen Nicolaus 3. vt patet ſupra in §. primo.

Pro intelligentia prædictarum conceſſionum quæ prima facie videntur continere contradictionem, aut ſaltem negationem & ſuperfluitatem, ſunt aliqua aduertenda. Primum eſt, quod huiuſmodi conceſſiones fuerunt à diuerſis cõmiſſariis curiæ Romanæ vel aliis fratribus ordinis impetratæ, quorum aliqui neſcientes ea quæ antea fuerunt conceſſa, procurauerunt eadem vel conſimilia de nouo impetrare, ſeu alia circa idem latius vel ſtrictius quàm antea fuerat conceſſum. Alterum eſt quod in quinque vltimis conceſſionibus eſt tãta diuerſitas, quod niſi maxima cum attentione aſpiciãtur vix poterunt bene intelligi, niſi aduertendo ad ſequentia. ſ. ꝙ in illa quæ eſt Nicolai. 5. & Pij. 2. limitatur tacite conceſſio antecedens Eugenij, & ſolum conceditur prelatis noſtris facultas licentiandi fratres ſuos pro prædicando, cum dicat fratres poſſe intrare & prædicare. i. ad prædicandum, ad loca vbi ſeculares intrant. In altera autem quæ eſt Sixti datur authoritas prælatis, vt poſſint mittere fratres ſuos ad eccleſiam monialium & ad loca vbi habitant fratres illis ſeruientes. Tamen de aliis locis. ſ. loquutorio &c. nihil ibi conceditur. In alia verò quæ etiam eſt Sixti datur prædictis prælatis facultas licentiandi fratres pro tribus cauſis duntaxat. ſ. prouidendis reliquiis, & pro proceſſionibus & ſtationibus. Et ſic etiam iſta eſt ad eccleſiam ſolum, ſeu propter ingreſſum in eccleſiã ad tria prædicta. In antepenultima verò quæ ſimiliter eſt Sixti, & videtur generalis pro omnibus prælatis & cauſis licitis, reſtringitur ad monaſteria monialium. ſ. Claræ & ſancti Dominici. In penultima autem quæ eſt Alexandri. 6. & eſt generalis pro omnibus cauſis licitis, & ad quæcunque monaſteria, prout in ipſa patet, ad prouinciales ſolummodo & ad monaſteria quæ non ſint ſanctæ Claræ coarctatur. *Collectio.*

Et ſic reſolutorie eſt notandum, quod nulla conceſſio inuenitur, qua inferiores à prouincialibus poſſint mittere vel licentiare fratres ſuos, ad alia monaſteria quã *Reſolutio huius materia.*

ſanctæ Claræ & ſancti Dominici, niſi pro eleemoſina petenda & prædicatione facienda, prout dicit Nicolaus 3.in declaratione regulæ, excepta conceſſione ſuprapoſita Eugenij, quæ tamen (vt prędictum eſt) videtur limitata & reſtricta per ſubſequentes conceſſiones ſtrictas ſuorum ſucceſſorum. Ita ꝙ ſi abſque aliquo ſcrupulo vellet aliquis frater ire ad monaſteria monialium ſancti Benedicti vel ſancti Bernardi aut ſancti Spiritus ſeu ſancti Iacobi reliquarũue conſimilium quæ nõ ſunt ſanctę Claræ aut ſancti Dominici pro viſitatione ſpirituali conſanguinearum vel pro aliis quibuſcũque cauſis neceſſariis excepta prædicatione & eleemoſinæ petitione, oporteret habere licentiã à miniſtro prouinciali.

Aduertendum eſt etiam quod in illis caſibus in quibus dicitur quod guardiani poſſint dare licentiã ad accedendum ad monaſteria &c. poſſunt à ſuis ſuperioribus prohiberi, prout frequenter fit tam ab ipſis quàm à capitulis generalibus vel prouincialibus aut cuſtodialibus. Aduertendum eſt inſuper quod poſt omnes prefatas conceſſiones, in quibus authoritas accedendi ad monaſteria remittitur ad ſuperiores fratrum, factæ ſunt aliquæ ordinationes generales in variis capitulis generalibus. Prima ordinatio in capitulo generali in oppido Florenciaci celebrato ſic dicit.

Statutum generale. Item fratres de licentia ſuorum prelatorum & cum cauſa legitima poſſunt accedere ad monaſteria monialium & incluſarum cuiuſcunque ordinis etiam ſanctæ Clarę. Et nedum ad eccleſiam ſed ad cratem etiam & loquutorium, dum tamen fiat de licentia vicarij illius domus vel eius ſuperioris petita & obtenta. Hæc habentur in mo.2.expreſſionis 2.tractatu ffo.245.

Statutum generale. Secunda ordinatio facta eſt in capitulo generali Macliniensi, ſub tali forma.

Item quod confeſſores monialium poſſunt licentiare fratres ad eos declinantes, vt poſſint ad cratem accedere, & ad loca vbi ſeculares conueniunt. Hæc habentur vbi ſupra ffo. 247. Et fo.228.in 3.tractatu.

Statutum generale. Attamen poſtea in capitulo Burdegalenſi facta eſt alia ordinatio præfatas reſtringens ſub tali tenore.

Omnibus fratribus cuiuſcunque conditionis exiſtãt ſub legitimorũ actuum priuationis pena, firmiter inhibetur, ne cum aliqua moniali colloquium habeant niſi pro qualibet vice licentiam ſpecialem à miniſtro prouinciali in ſcriptis habeant.

Vltimate verò in ſtatutis generalibus totius ordinis in capitulo generali Burgẽſi facta eſt ſequẽs ordinatio. *Statutum generale.*

Miniſtri prouinciales vel cuſtodes curam habentes monialium ſanctæ Claræ, in ſuis prouideant capitulis, qui fratres & quando ad earum ſeruitium habeant deputari. Ita quod alij fratres ad ipſarum vel aliarum etiam tertij ordinis in congregatione viuẽtium, noſtræ curæ ſubiectarum monialium loca, abſque ipſius capituli vel miniſtri licentia inſcriptis determinate habita, accedere aut loqui non preſumant. Contrafacientes à ſuis ſuperioribus grauiter puniantur.

Iſta autem ordinatio debet nunc ſolummodo obſeruari, quia fuit authoritate apoſtolica facta.

Eſt tamen aduertendum circa huiuſmodi ſtatutum quod licet non faciat mentionem niſi de monialibus ſanctæ Claræ & tertiæ regulæ non tamen propter hoc remouet prohibitionem Nicolai 3. ſuprapoſitam §. j. immo idem iudicium eſt habendum quoad hoc reſpectu aliarum monialium, quia ſcilicet nullus poteſt eis loqui, nec ad ipſarum loca accedere abſque prefata licentia inſcriptis. *Collector.*

ALTARE.

HONORIVS 4. conceſſit vt ſi diœceſani requiſiti à fratribus minoribus debita humilitate noluerint in eccleſiis eorum primarium lapidem ponere, ac eccleſias vel oratoria & altaria ſua conſecrare, vel id facere vltra quatuor menſes diſtulerint, poſſint predicti fratres per quoſcunque voluerint Epiſcopos (gratiam & communionem apoſtolice ſedis habentes) premiſſis recipere. B. fo. 17. Et ff. fo. 101. conce. 112. *1 Edificare Cõſecrare*

CLEMENS 4. conceſſit ꝙ in locis vbi fratres degũt, poſſint habere oratoria, in quibus cum altari portatili *2 Celebrare diuina.*

poſſint miſſarum ſolennia, & alia diuina officia celebrare, ac etiam eccleſiaſtica recipere ſacramenta. B. fo. 56. Et ffo. 140. conce. 313.

3 Sixtus 4. conceſſit eiſdem fratribus, vt non ſolum in oratoriis & locis quibus degunt, ſed etiã in quouis alio loco congruenti & honeſto poſſint ſuper altari portatili, miſſas libere & licite celebrare. B. fo. 59. Et ffo. 143. conce. 344.

4 Idem Sixtus conceſſit quædam alia pertinentia ad altaria. Et hæc habentur infra in dictione Benedicere in §. 5. & 6.

5 *Celebrare* Alexander 6. fecit quandam conceſſionem circa hanc materiam quæ habetur in dictione Celebrare. §. 10.

6 *Reliquias* *Cõſecrare.* Idem Alexander conceſſit vt fratres mi. poſſint ſine aliquo ſcrupulo alicuius cenſuræ mittere reliquias extra vrbem Romam pro conſecratione altarium, & lapides cuiuſcunque generis, ſiue conſecratos ſiue non. o. ffo. 70. conce. 174. Et fffo. 99. conce. 357.

Collector. Vltra omnia prædicta, vide nonnulla alia pertinentia ad altaria, infra in dictione Benedicere. §. 12. & 13.

APPELLARE.

1 *Correctio.* Bonifacius 8. ſtatuit vt ad correctiones & punitiones fratrum ordinis mi. delinquentium infligendas, prelati ordinis eiuſdem rimulis & apicibus iuris poſtpoſitis, libere procedere valeant, ſecundum conſuetudines approbatas, & generalia facta & fiẽda ipſius ordinis inſtituta. Et quod prædictis fratribus non liceat ab eiſdẽ correctionibus aliquatenus appellare, preuia tamen in hac deliberatione & maturitate debita obſeruatis. B. fo. 125. Et ffo. 202. conce. 499.

Collector. Circa materiam appellationis aduerte, quod Sixtus 4. conceſſit quod generalis fratrum Carmelitarum ac etiam Auguſtinenſium poſſit exercere ſuum officium reiecta quauis ſuorum ſubditorum appellatione, prout habetur late infra in dictione Generalis. § 10.

APOSTATE AB ORDINE.

Diſtinctio materiæ apoſtatarum ab ordine.

SCIENDVM eſt quod circa fratres apoſtatãtes ab ordine ſeu à religione, ſunt multa & varia ſtatuta & ordinata per plures ſummos pontifices. Et iſtorum aliqua pertinent ad excommunicationem & alias penas quas huiuſmodi fratres incurrunt, ſeu quæ contra eos poſſunt per prelatos inferri. Hæc autem continentur infra in omnibus §. vbi in margine eſt poſita hæc dictio Excommunicatio, Alia pertinent ad eorundem apoſtatarum reductionem & correctionem. Et hæc habentur infra vbicunque in margine ponitur hæc dictio Correctio. Nonnulla verò ſpectant ad formam & modum licentiandi aut eiiciendi tales fratres vel alios conſimiles ab ordine. Iſta autem habentur etiam infra in omnibus. §. qui in margine habent ſequentes dictiones, ſcilicet Eiecti ab ordine, vel licentiare fratres. *Collector.*

GREGORIVS 9. ſtatuit quod poſt factam profeſſionem nullus fratrum ordinis minorum audeat relinquere predictum ordinem, nec relinquentem ſit licitum alicui retinere ſub excommunicationis pena. B. ffo. 201. conce. 493. 1

INNOCENTIVS 4. prohibuit diſtricte, ne egreſſi ab ordine noſtro propio ſuo motu, aut expulſi pro ſuis culpis & demeritis, preſumant prędicare aut docere vel confeſſiones audire (niſi de licentia Papæ aut prelatorum noſtrorum) ad alium tranſierint ordinem. Et voluit quod ſi fortè contra huiuſmodi prohibitionem aliquid attentauerint, poſſint generalis & prouinciales ordinis in illos excommunicationis ſententiam promulgare. B. fo. 36. Et ffo. 120. conce. 261. De hoc vide infra. §. 10. 2 *Eiecti ab ordine. Prædicatio. Confeſſio. Excõmunicatio.*

Idem Innocentius præcepit omnibus Eccleſiarum prelatis, vt omnino euitent fratres minores diſcedentes ab ordine poſt profeſſionem, preſertim ſi ſint excõmunicatione notati. At quod illos (cum requiſiti fuerint à miniſtris & cuſtodibus) denunciari faciant fore excommunicatos, vt cum demum ſe cognouerint inter homines humano ſolatio, ad ordinem ſuum & ad reddendum deo votum quod in eius ſuſceptione deuoue- 3 *Excõmunicatio.*

rant, reuertantur. B. fo. 37. Et ff°. 121. conce. 163.

4 *Excõmunicatio.* Idem Innocentius decreuit, quod retinentes fratres minores ſine licentia recedentes, ſint ipſo facto excommunicati. b. ff°. 260. conce. 651.

5 *Excõmunicatio. Correctio.* Idem Innocentius cõceſſit, quod generalis & prouinciales miniſtri ac cuſtodes & cæteri fratres ordinis minorum poſſint apoſtatas & inſolentes dicti ordinis excommunicare, ligare, capere & carceri mancipare, ſi videbitur expedire. B. fo. 37. Et ff°. 121. conce 264.

6 *Prohibitio* ALEXANDER 4. præcepit in virtute ſanctæ obedientiæ, ac diſtricte inhibuit quibuſcunque prelatis ſuperioribus fratrum mino. ne aliquibus fratribus dicti ordinis aſſerentibus ſe non poſſe ipſius ordinis obſeruantias ſuſtinere concedant licentiã tranſeundi ad ordinem ſancti Benedicti vel Cartuſienſium, niſi ſub ea *Licẽtiare fratres.* conditione, quod in ordine ad quem licẽtiantur debeãt permanere. Quod ſi contra fecerint ſcilicet tranſeundo ad minorem ſeu minus ſtrictum ordinẽ, vel (quod abſit) ad ſeculum reuertantur, voluit dictus pontifex ꝙ præfati prelati poſſint circa tales rigorem ordinis exercere. Ac inſuper decreuit vt quicquid circa cõceſsionem huiuſmodi licentiæ ſecus factum fuerit, irritum ſit & inane. b. fo. 26. Et ff°. 28. conce. 22.

7 *Prohibitio* CLEMENS 4. inhibuit ne quis poſt profeſsionem in ordine noſtro factam ſine generalis vel prouincialis ſui licentia diſcedat ab ipſo ordine, ac quod diſcedentẽ abſque cautione literarum id eſt licentia inſcriptis alte*Licẽtiare fratres.* rius huiuſmodi prelatorum, prætextu alicuius priuilegij apoſtolice ſedis, nullus audeat retinere. Quodque ſi fortè retinere præſumpſerit, poſſint generalis & prouinciales miniſtri duntaxat contra ipſos fratres diſcedentes ſententiam excommunicationis promulgare B. *Excõmunicatio.* fo. 57. Et ff°. 141. conce. 327.

Collector. Pro guardianis & vicariis eorum. Aduertendum eſt quod in mari magno fratrum prædicatorum conceditur ſupradicta facultas non ſolum generali & prouincialibus, ſed etiam ſingulis prioribus conuentuum & eorum vicariis. Et ideo ratione cõmunicationis priuilegiorum poterunt gaudere huiuſmodi facultate, reſpectu fratrum minorum guardia-

ni & eorum vicarij quando. ſ. ſunt præſidentes domorum fratrum. Et ſimiliter intelligendum eſt quandocunque fit mentio de vicariis. Additur etiam in præfato mari magno prædicatorum, quod detinentes fratres diſcedētes, ſecū vel in monaſteriis aut eccleſiis ſuis, niſi eos eiecerint poſtquam eis denunciatum fuerit, ſint excommunicati. B. ffo. 237. conce. 554. *Excōmunicatio.*

Attende inſuper circa præfata quod in mari magno fratrum carmelitarum additur quædā magna clauſula ſcilicet quod poſſint prælati ordinis promulgare ſententiam in retinentes fratres diſcedētes ſeu apoſtatas, ſiue tales retinentes ſint laici vel clerici. Et hæc eſt valdè magna authoritas conceſſa prælatis ordinis. Et credo quod alibi non inueniatur ſimilis. B. ffo. 183. cō. 452. *Collector.* *Nota.*

8 Idem Clemens ſtatuit quod ſi aliqui de fratribus prædicti ordinis, poſt obtentam licentiam à ſede apoſtolica ſeu à Prælatis eiuſdem ordinis, ad religionem aliam tranſeundi, infra duos vel tres menſes ſe ad aliam religionem ſuæ ſaluti congruam non contulerint, & ipſius non ſuſceperint habitum regularem, licitum ſit generali & prouincialibus miniſtris ac vices eorum gerentibus, contra ipſos tanquam contra alios prædicti ordinis apoſtatas procedere ſecundum quod honeſtati ipſius ordinis viderint expedire. B. fo. 57. Et ffo. 142. conce. 327. *Excōmunicatio.*

Quo ad ſupradictam conceſſionem eſt notandum quod in mari magno fratrum prædicatorum conceditur quod non ſolū generalis & prouinciales ac eorum vices gerentes poſſint procedere contra fratres ſupradictos, verumetiam ſinguli priores & eorum vices gerentes. Ac per conſequens virtute communicationis priuilegiorum, poterunt ſimiliter facere Gardiani fratrum minorum & qui ipſorum vices habuerint, B. ffo. 238. conce. 555. *Collector.* *Pro guardia & vic.*

9 Idem Clemens conceſſit Generali & prouincialibus miniſtris, vt poſſint apoſtatas dicti ordinis excommunicare capere ligare incarcerare, & alias ſubdere rigori diſciplinæ, tàm per ſeipſos quā etiam per alios. Et hoc in quocumque habitu eos contigerit reperiri, *Correctio.* *Excōmunicatio.*

innocato ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis B.fo.58.Et ffo.141.conce 328.

Collector. Aduerte quod in mari magno fratrum carmelitarum in.§.Apoſtotatas quoq; veſtri ordinis &c,additur quod *Nota.* præfati fratres apoſtate poſſint capi & incarcerari &c.in quocunq; loco, etiã ſi in curia romana inueniri eos contigerit,in qua ſicut extra poſſint prælati ordinis ſuper ſuos ſubditos ratione ꝓfeſſionis tã tacite quam expreſſe emiſſe,tãquã ordinarij ꝓcedere. Et hæc cõceſſio credo ꝙ nõ reperiatur alibi.B. ffo.186.conce. 470.

10 *Eiecti ab ordine.* Idem Clemens inhibuit, ne fratres quos ab ordine ꝓ ſuis culpis per generalem vel prouinciales miniſtros aut cuſtodes expelli contigerit, vel qui egreſſi fuerint proprio ſuo motu.prædicare cõfeſſiones audire ſeu docere præſumãt, niſi ad alium ordinẽ in quo licite exercentur huiuſmodi officia tranſierint cum præfata licen- *prædicatio* tia. Et quod ſi forte cõtra huiuſmodi ĩhibitionẽ aliquid ſuper ꝑmiſſis temere attentare præſumpſerint, miniſtri *Confeſſio.* & cuſtodes ac eorũ vicarij,in illos quos infra fines ſuarũ ꝓuinciarũ & cuſtodiarũ(iuxta cõſuetudinẽ dicti ordinis)diſtractos inuenerint talia præſumẽtes,monitiõe *Excõmunicatio.* præmiſſa authoritate apoſtolica,excõmunicationis ſententiã valeant ꝓmulgare.B fo.58.Et ffo.141.cõce.329.

Collector. Attẽde quod in mari magno fratrũ carmelitarum,auctoritas in cõceſsione immediate ſuprapoſita cõtenta extẽditur etiã ad priores locales & eorum vicarios. Et ſic ꝓpter cõicationem priuilegiorũ poterũt guardiani & vicarij fratrum mino. vti cõſimili authoritate.B. ffo. *Pro guardianis & vicariis.* 186.cõce.471.Ac ſimiliter in mari magno fratrũ prædicatorum cõceditur præfata authoritas ſingulis prioribus, cõuẽtualibus & eorum vicariis.Ita ꝙ ſemper parificãt quo ad iſta priores cõuẽtuales &eorum vicarij,niſi vbi expreſſe diſtinguit priores cõuentuales à prouincialibus quod tamẽ nunquã reperitur factũ de guardianis & vicariis fratrum mino.B.ffo.238.conce.557.

11 *Eiecti ab ordine.* Idem Clemens ſtatuit, vt eiectos à prædicto ordine vel egreſſos, qui à receptione in eodem ordine (ſuis culpis exigentibus) ſe reddiderint indignos, & alij fratres eiuſdem ordinis qui ex rationabili cau-

ſa ad quoſcunque ordines approbatos (præterquam ad beati Auguſtini tēplariorum & hoſpitalariorū ac aliorum religioſorum arma portantium) ad vitandam occaſionem euagandi tranſire voluerint, generalis & prouinciales miniſtri cum ſuis teſtimonialibus literis, authoritate apoſtolica liberam habeant licentiandi facultatem. Et diſtricte inhibet ne tales ad alium ordinem aliter tranſire vel aliqui eos recipere ſeu retinere præſumant abſque licentia ſpeciali ſedis apoſtolicæ faciente de hoc plenam mentionem. B. fo. 58. Et ffo. 141. conce. 330. & 331. *Licentiare fratres.*

NICOLAVS. 4. ſtatuit & ordinauit, vt fratres ordinis mino. qui poſt profeſsionem ab eis in ipſo ordine factam, ad quoſcunque ordines, petita vel nō petita, ob tenta vel non obtenta à ſuis ſuperioribus licentia, immediate ſeu per alium vel alios ordines mediate tranſierint vel etiam extra illos, ad nullam omnino adminiſtrationem vel officium curam animarum habentē, nec etiam ad aliquam dignitatem vel prælaturam ſeu perſonatum quoquomodo poſsint aſſumi, abſque apoſtolicæ ſedis ſpeciali licentia, per ipſius ſedis patentes literas conceſſa, facientes plenam certā & determinatā de ſtatuto & ordinatione huiuſmodi mentionem, decernens irritum & inane quicquid ſecus fuerit attentatum. B. fo. 28. Et ffo. 111. conce. 239. 12 *Promotio ad dignitates.*

BONIFACIVS. 8. conceſsit prælatis ordinis min. vt apoſtatas & inſolentes dicti ordinis niſi huiuſmodi prælatorum ſalubribus monitis acquieſcant excōmunicare capere ligare & carceri tradere (ſi videbitur expedire) poſsint & valeant vt habetur in conſtitutio. ſeu ſtatutis ordinis generalibus in. c. de correctione delinquentium. 13 *Excōmunicatio.* *Correctio.*

MARTINVS. 5. ſtatuit, vt nullus religioſus ex quibuſcunque ordinibus mendicantium, cuiuſcunque ſtatus conditionis vel religionis exiſtat, quomodocunq; vel qualitercunque poſsit vel debeat virtute cuiuſcunque licentiæ aut indulti apoſtolici in genere vel in ſpecie, ab ordinibus huiuſmodi mendicantium ad monaſticos ordines tranſferri nec admitti aut recipi (ordine 14 *Pro omnibus fratribus mendicantibus.*

Cartuſienſium duntaxat excepto) ſub pena excõmunicationis, in quam tàm recipientes quã recepti ipſo facto incurrant, & à qua à nemine niſi à Romano põtifice, duntaxat (præter quã in mortis articulo) excõicati huiuſmodi abſolutionis beneficium poſſint quomodolibet obtinere. B. fo. 88. Et ffo. 171. conce. 400.

Excõmunicatio.

15 *Pro fratr. min. obſer. & conuentua.*

EVGENIVS. 4. & Pius. 2. ſtatuerunt quod ſi quis prælatorum vel fratrum minorum tàm conuentualiũ quã de obſeruantia nuncupatorũ aliquẽ fratrem fugitiuũ ſeu apoſtatã receperit, ab officio cui præeſt ſuſpenſus & ad actus legitimos exercendos inhabilis fiat eo ipſo. Et quod huiuſmodi frater fugitiuus à ſuo prælato vbicunque repeti ac pro crimine & leuitate aut alia ſuæ fuge cauſa, corrigi & puniri poſſit. Ac quod ſi poſtquã punitus & correctus fuerit recedere voluerit, petere debeat licentiam, prout alias ordinatum eſt. Nec de cætero à quouis fratrum de obſeruantia repeti poſſit, niſi fortè conſtiterit eum ad frugem melioris vitæ redire voluiſſe. Et decreuit inſuper quod ſi quis prælatorũ vel fratrum prædictorum, ſuper reſtitutione fugitiuorum huiuſmodi requiſitus, illam facere noluerit, in ſuſpenſionis & inhabilitatis prædictæ ſententiam incidat eo ipſo. B. fo. 6. Et ffo. 90. conce. 197. Circa hoc videatur infr. §. ſequenti. & 19.

Correctio.

Licentiare fratres.

16 PIVS. 2. ſtatuit quod prætextu cuiuſuis licentiæ conceſſionis etiam per ipſum & ſedem apoſtolicã generaliter vel ſpecialiter cuicunque ſub quacunque forma vel expreſſione verborũ datæ, etiam ſi talis fuerit quod de eius tenore & nomine. &c. ſpecialis ſpecifica & expreſſa mentio habenda fuerit, nullus prælatus aut conuentus vel ſingularis perſona, tã eccleſiaſtica quã mundana recipiat aut recipere faciat audeat vel præſumat aliquẽ de fratribus mino. obſeruantiæ recedentẽ ab aliquo conuentu ſiue loco, niſi ipſe frater de licentia ſui ſuperioris prȩlati in ſcriptis cõceſſa & facta receſſerit. In qua de loco vnde receſſerit & de perſona ſiue loco ad quẽ accedere voluerit, ſpecialis & expreſſa mentio fiat, decernens irritum & inane quicquid ſecus factũ vel attentatum fuerit B, fo, 27. Et ffo. 111. conce. 238.

Licentiare fratres.

Idem Pius fecit quandam copioſam prouiſionē contra omnes principes & duces ac alios magnates fauentes apoſtatis & aliis fratribus inobedientibus ordinis Carmelitarū, mandans procedere contra ipſos per cenſuras eccleſiaſticas & inuocationē brachij ſecularis. B. fo.91.Et ffo.172.conce.404. *Ex priuilegiis fratrum Carmelitarū.*

Idem Pius conceſſit generali & aliis prælatis inferioribus ordinis carmelitarum prædicti, vt omnes & ſingu- 17
los apoſtatas criminoſos incorrigibiles aut delinquentes fratres eiuſdem ordinis, quos iuxta ordinis inſtituta & conſuetudines commodè punire nequiuerint, non ſolum penis in ſtatutis ordinis contentis, ſed etiam (ſi eorum demerita & exceſſus id exegerint) arctioribus penis poſſint illos, tàm per ſe quā per locorum ordinarios & eorum officiales ſeu alios miniſtros capere & carcerali cuſtodiæ mancipare, ac torquere & torqueri facere & punire. Ita tamen quod ſi eorundem fratrum exceſſus adeo graues & enormes fuerint, quod illorum occaſione quęſtionibus ſubdi debeant vel tormentis (citra tamen vltimi ſupplicij mutilationiſque mēbrorū penas) quæſtionibus huiuſmodi ſubijci nequeant vel torqueri, niſi cū duorū ex fratribus antiquioribus dicti ordinis, ad hoc per ſuperiores deputatorū præſentia & aſſenſu. B. fo.92. Et ffo.175.conce.409. *Correctio. Nota.*

PAVLVS. 2. ſtatuit quod fratres mi. conuentuales 18
nequeant recipere aliquos fratres de obſer. transfugas ſeu ad eoś fugientes, niſi oſtenderint literas licentiæ à prçlato ſuo per eos obtentas, in quibus contineatur nomen conuentus à quo receſſerint, & illius ad quem remiſſi ſunt, etiam ſub prętextu cuiuſcunque licentiæ ſuper hoc ipſis fratribus conuentualibus eorumque prçlatis ab apoſtolica ſede conceſſæ, quam quo ad hoc penitus reuocauit, ſed illos ad prçlatos ſuos remittere teneantur. Et vice verſa prohibuit ne fratres de obſer. recipiant ſcādaloſos & criminoſos fratres conuentuales & diſciplinam ordinis ſubterfugientes, ſed illos ſimiliter ad prçlatos ſuos remittere debeant, ſeruata tamen forma per Eugenium .4.& Pium.2. tradita, ſcilicet ſupra in conceſſione.14.&.15. *Pro fratribus obſeruātibus & conuentualibus.*

Licentiare fratres. Et voluit quod contra facientes & eis dantes cõſilium auxilium vel fauorem publicè vel occultè directè vel indirectè, cuiuſcunque ſtatus gradus vel dignitatis fuerint in ordine, excõmunicationis ſententiã incurrant, à qua non poſsint niſi à Romamo pontifice(præterquã in articulo mortis) abſolutionis beneficium obtinere. B.fo.9.Et ffo.94.conce.202.

Excõmunicatio.

19 INNOCENTIVS. 8. confirmauit literas Sixti.4. inſerendo illas de verbo ad verbum, in quibus ſtatuit quod quicunque frater minor regularis obſeruantiæ, abſque licentia generalis vel prouincialis ſui præſumpſerit recedere ab eorum obedientia ſeu apoſtatare ipſo facto excommunicationis ſententia ligatus ſit. Quam ſententiam voluit vt ſimiliter incurrant recipientes huiuſmodi fratres, non obſtantibus quibuſcunque priuilegiis & literis apoſtolicis in genere vel in ſpecie quibuſlibet locis vel perſonis per ſedẽ apoſtolicã cõceſsis, & impoſterum concedendis. B.fo.37.Et ffo.121.conce. 256.

Excõmunicatio.

20 ALEXANDER.6. edidit quandam bullam magnã in qua copioſiſsimæ & ſufficientiſsimæ prouidit contra fratres apoſtatas aut exemptos vel ad alios ordines trãſlatos abſque licentia prælatorum ordinis & obſeruantiæ noſtræ. Et quia longum foret explicare omnes clauſulas in ea contentas, ideò ſufficiet remittere ad illam B.fo.14.Et ffo.98.conce.209,

21 IVLIVS.2.confirmauit literas Alexandri. 6.immediatè ſuprapoſitas, prohibentes fratres poſſe commorari extra domos ſui ordinis, nec ſe de vna prouincia vel cuſtodia ad aliam transferre, etiam prætextu literarum apoſtolicarum.B.ffo.210.conce. 513.

22 Idem Iulius dum eſſet cardinalis & protector ordinis minorum, fecit authoritate apoſtolica quendam proceſſum contra fratres dicti ordinis de obſer. tranſferentes ſe ad conuentuales vel alias quomodocunque recedentes ab obedientia obſeruantiæ. Et quia huiuſmodi proceſſus multum valet in hac materia, ideò oportet illum videre ad longum.B.fo.72. Et ffo.155.cõce.374,

Idem Iulius promulgauit ſententiam excõmunicationis contra fratres ordinis prædicatorum diſcedentes ab ordine ſuo ſine licentia ſuorum prælatorum, nõ obſtante quocunque priuilegio apoſtolico. Quam excommunicationem ſimiliter incurrunt detinentes huiuſmodi fratres ſecum in ſuis monaſteriis vel eccleſiis, niſi eos eiecerint poſtquã eis denunciatum fuerit.B.ffo. 237.conce.554. 23 *Pro fratribus prædicatorum. Excõmunicatio.*

Idem Iulius præcepit generali fratrum Auguſtinenſium in virtute ſanctæ obedientiæ, vt fratres ſui ordinis cuiuſcunque conditionis fuerint, qui ab obedientia exierint aut habitum reliquerint, quacunque authoritate id fecerint niſi ad arctiorem regulam vbi actu obſeruanter viuant tranſierint, vigore quarumcunque literarum apoſtolicarum, etiam ſi protector ordinis illas viderit, & etiam ſi concedenda aſſeruerit, eos ad ordinem & ad ordinis loca reuocet, & bullas auferat, & habitum ſacrilege relictum reſumere cogat inuocato ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis. Decreuit inſuper motu proprio & ex certa ſcientia, vt fratres q̃ ab ordine receſſerint, aut habitum reliquerint tunc vel impoſterum, niſi poſt mandatum dicti generalis, infra dies octo mãdato proximos ad obedientiam redierint, habitumque perpetuo geſtandum reſumpſerint excommunicationis latẽ ſententiæ penam incurrant, à qua abſolui niſi aut per ſummum pontificem aut morte interueniente non poſsint. Voluit etiam & decreuit, eandem penam ſubire omnes qui illis auxilium, conſilium aut fauorẽ præſtiterint, Ac decreuit irritum & inane quicquid ſuper his à quocunque quauis cauſa ſiue ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. B.ffo. 267. conce. 595. Et fffo.76.conce.226. 24 *Pro fratribus Auguſtineſium* *Excõmunicatio.*

Idem Iulius confirmauit decretum Martini. 5. vt nemo de ordine prædicto, ad aliquem aliorum ordinũ (occaſione arctioris regulæ) tranſire poſſit. Voluitque vt quiſquis in dicta religione, ſiue profeſſus ſiue ad ſacros ordines promotus fuerit (quam promotionẽ profeſſionis loco & eſſe & haberi ſtatuit) habitum dicti ordinis relinquere aut mutare nulla authoritate poſſit, 25 *Pro auguſtineſibus. Ordines ſacri. Profeſſio.*

niſi dimiſſionem literaſque à generali ordinis obtinuerit.B.ffo.269.conce.694.

26 *Excōmunicatio.* Idem Iulius diſtrictè præcepit vniuerſis fratribus ordinis minorum ſub excommunicationis latæ ſentētiæ pena,ne aliquem fratrem ordi.min. de obſeruantia aliquo modo vel cauſa, recipere vel retinere præſumant, ſine expreſſa & ſpeciali licentia ſedis apoſtolicæ, à volente tranſire ad illos ſpecialiter obtenta. Non obſtantibus quibuſcunque in fauorem dictorum fratrum minorum cōceſſis.B.fffo.12.conce.48.

27 *Excōmunicatio.* Leo 10. dedit fratribus minoribus ſuper huiuſmodi materia, duas magnas prouiſiones in duobus breuibus quæ priùs diuerſis tēporibus conceſſerat, ac poſtea inſimul de nouo conceſſit cum aliquibus additionibus. In quibus breuibus prouidet pleniſſimè contra fratres apoſtatātes,aut ab obedientia ordinis qualitercunque recedentes abſque licentia prælatorū, inſerendo ferè omnia quæ omnes ſui anteceſſores circa hoc diſpoſuerūt, ita quod in hac materia non reperitur tā grandis prouiſio facta B.fffo.50.conce.146.vſque ad 151.cōceſſionē.

28 *Correctio.* Idem Leo conceſſit, vt prælati ordinis mino. obſeruantiæ,& alij fratres quibus ipſi cōmiſerint, capere poſſint per ſe vel manu aliquorum ſecularium, quoſcunque fratres extra obedientiā obſeruantiæ vagantes,ſiue portent habitū ſiue non,& eos detinere quouſque oſtendāt ſe eſſe alterius obedientiæ.B.fffo.62.conce.202.

29 Idem Leo conceſſit omnibus fratribus minoribus regularis obſeruantiæ, vt ipſi perpetuis futuris temporibus, poſſint recuperare fratres qui quomodocunque de ſua obedientia exierint, & illos ad regularem ſuam vitam reducere,non obſtante quod dicti fratres habeāt quaſcunque literas apoſtolicas, etiam ſi in eis ſit derogatum omnibus conceſſionibus in fauorem prædictorum fratrum regularis obſeruantiæ & contra dictos apoſtatas habitis.Et voluit quod etiam ſi in literis dictarū exēptionū ſint iudices deputati executores, & etiā ſi dicti iudices vel eorū aliqui fulminauerint cenſuras, nihilominus dicti fratres mino.poſſint recuperare corrigere caſtigare & retinere ſuos fratres. Hoc tamen

in foro conſcientiæ tantum. De foro verò contentioſo quando iudices ad petitiones illorum contra dictos fratres procederint, eſſent examinandæ literæ exemptionum ſuarum, cum literis reuocatoriis ordini conceſſis & tunc eſſet ſtandum fortioribus.o.ffo.94. cõce.297. *Correctio.*

BAPTIZARE.

GREGORIVS. 9. conceſſit fratribus minoribus in terris ſaracenorum & paganorum proficiſcentibus pro zelo fidei chriſtianæ, vt poſſint illarum partiũ homines per miniſterium exhortationis ſuæ ad vnitatem fidei chriſtianæ conuerti cupientes, recipere & baptizare.B.fo.20.Et ffo.22.conce.4. 1 *Pro terris infidelium*

Idem Gregorius conceſſit iterum hoc idem latiùs, cum multis aliis attinentibus ad conuerſionem infidelium.b.ffo.257.conce.641. 2

Aduertendum eſt quod in capitulo generali meclinienſi facta eſt ſequens declaratio. *Collector.*

Item fuit declaratum quod frater ſacerdos in extrema neceſſitate poſſit paruulo dare ſacramentum baptiſmatis,dummodo non adſit alius ſacerdos,etiam in præſentia virorum ſecularium laicorum. Et quod in regula prohibetur ne fratres fiant compatres.&c. intelligendum eſt quo ad eleuationem de fonte baptiſmatis, non quo ad baptizationem prædictam. Quia vt dictum eſt in caſu neceſſitatis abſente ſacerdote ſeculari vel alterius profeſſionis, benè poſſunt fratres noſtri ſacerdotes baptizare.fo.228.tracta.3.Et ffo.247.tracta.2. *Capituli generale.*

BENEDICERE ECCLESIASTICA.

Diſtinctio materiæ infraſcriptæ.

Quo ad benedictionem rerum eccleſiaſticarum continentur multa & varia in priuilegiis fratrum. Et iſtorum aliqua pertinent ſolum ad Epiſcopos. Hæc autem continentur infra. §. 2. cum remiſsione ibi addita, & in.§.3.&.5.&.6.&.13.&.14. *Collector.*

ſanctæ Claræ & ſancti Dominici, niſi pro eleemoſina petenda & prædicatione facienda, prout dicit Nicolaus 3. in declaratione regulæ, excepta conceſſione ſuprapoſita Eugenij, quæ tamen (vt prędictum eſt) videtur limitata & reſtricta per ſubſequentes conceſſiones ſtrictas ſuorum ſucceſſorum. Ita ꝙ ſi abſque aliquo ſcrupulo vellet aliquis frater ire ad monaſteria monialium ſancti Benedicti vel ſancti Bernardi aut ſancti Spiritus ſeu ſancti Iacobi reliquarũue conſimilium quæ nō ſunt ſanctę Claræ aut ſancti Dominici pro viſitatione ſpirituali conſanguinearum vel pro aliis quibuſcũque cauſis neceſſariis excepta prædicatione & eleemoſinæ petitione, oporteret habere licentiā à miniſtro prouinciali.

Aduertendum eſt etiam quod in illis caſibus in quibus dicitur quod guardiani poſſint dare licentiā ad accedendum ad monaſtetia &c. poſſunt à ſuis ſuperioribus prohiberi, prout frequenter fit tam ab ipſis quàm à capitulis generalibus vel prouincialibus aut cuſtodialibus. Aduertendum eſt inſuper quod poſt omnes prefatas conceſſiones, in quibus authoritas accedendi ad monaſteria remittitur ad ſuperiores fratrum, factæ ſunt aliquæ ordinationes generales in variis capitulis generalibus. Prima ordinatio in capitulo generali in oppido Florenciaci celebrato ſic dicit.

Statutum generale. Item fratres de licentia ſuorum prelatorum & cum cauſa legitima poſſunt accedere ad monaſteria monialium & incluſarum cuiuſcunque ordinis etiam ſanctæ Clarę. Et nedum ad eccleſiam ſed ad cratem etiam & loquutorium, dum tamen fiat de licentia vicarij illius domus vel eius ſuperioris petita & obtenta. Hæc habentur in mo. 2. expreſſionis 2. tractatu ffo. 245.

Statutum generale. Secunda ordinatio facta eſt in capitulo generali Maclinienſi, ſub tali forma.

Item quod confeſſores monialium poſſunt licentiare fratres ad eos declinantes, vt poſſint ad cratem accedere, & ad loca vbi ſeculares conueniunt. Hæc habentur vbi ſupra ffo. 247. Et fo. 228. in 3. tractatu.

Statutum generale. Attamen poſtea in capitulo Burdegalenſi facta eſt alia ordinatio præfatas reſtringens ſub tali tenore.

Omnibus fratribus cuiuſcunque conditionis exiſtẽt ſub legitimorũ actuum priuationis pena, firmiter inhibetur, ne cum aliqua moniali colloquium habeant niſi pro qualibet vice licentiam ſpecialem à miniſtro prouinciali in ſcriptis habeant.

Vltimate verò in ſtatutis generalibus totius ordinis in capitulo generali Burgẽſi facta eſt ſequẽs ordinatio. *Statutum generale.*

Miniſtri prouinciales vel cuſtodes curam habentes monialium ſanctæ Claræ, in ſuis prouideant capitulis, qui fratres & quando ad earum ſeruitium habeant deputari. Ita quod alij fratres ad ipſarum vel aliarum etiam tertij ordinis in congregatione viuẽtium, noſtræ curæ ſubiectarum monialium loca, abſque ipſius capituli vel miniſtri licentia inſcriptis determinate habita, accedere aut loqui non preſumant. Contrafacientes à ſuis ſuperioribus grauiter puniantur.

Iſta autem ordinatio debet nunc ſolummodo obſeruari, quia fuit authoritate apoſtolica facta.

Eſt tamen aduertendum circa huiuſmodi ſtatutum quod licet non faciat mentionem niſi de monialibus ſanctæ Claræ & tertiæ regulæ non tamen propter hoc remouet prohibitionem Nicolai 3. ſuprapoſitam §. j. immo idem iudicium eſt habendum quoad hoc reſpectu aliarum monialium, quia ſcilicet nullus poteſt eis loqui, nec ad ipſarum loca accedere abſque prefata licentia inſcriptis. *Collector.*

ALTARE.

HONORIVS 4. conceſſit vt ſi diœceſani requiſiti à fratribus minoribus debita humilitate noluerint in eccleſiis eorum primarium lapidem ponere, ac eccleſias vel oratoria & altaria ſua conſecrare, vel id facere vltra quatuor menſes diſtulerint, poſſint predicti fratres per quoſcunque voluerint Epiſcopos (gratiam & communionem apoſtolice ſedis habentes) premiſſis recipere. B. fo. 17. Et ff o. 101. conce. 112. 1 *Edificare Cõſecrare*

CLEMENS 4. conceſſit ꝙ in locis vbi fratres degũt, poſſint habere oratoria, in quibus cum altari portatili 2 *Celebrare diuina.*

poſſint miſſarum ſolennia, & alia diuina officia celebrare, ac etiam eccleſiaſtica recipere ſacramenta. B. fo. 56. Et ffo. 140. conce. 313.

3 SIXTVS 4. conceſſit eiſdem fratribus, vt non ſolum in oratoriis & locis quibus degunt, ſed etiã in quo uis alio loco congruenti & honeſto poſſint ſuper altari portatili, miſſas libere & licite celebrare. B. fo. 59. Et ffo. 143. conce. 344.

4 Idem Sixtus conceſſit quædam alia pertinentia ad altaria. Et hæc habentur infra in dictione Benedicere in §. 5. & 6.

5 *Celebrare* ALEXANDER 6. fecit quandam conceſſionem circa hanc materiam quæ habetur in dictione Celebrare. §. 10.

6 *Reliquias* *Cõſecrare.* Idem Alexander conceſſit vt fratres mi. poſſint ſine aliquo ſcrupulo alicuius cenſuræ mittere reliquias extra vrbem Romam pro conſecratione altarium, & lapides cuiuſcunque generis, ſiue conſecratos ſiue non. O. ffo. 70. conce. 174. Et fffo. 99. conce. 357.

Collector. Vltra omnia prædicta, vide nonnulla alia pertinentia ad altaria, infra in dictione Benedicere. §. 12. & 13.

APPELLARE.

1 *Correctio.* BONIFACIVS 8. ſtatuit vt ad correctiones & punitiones frarrum ordinis mi. delinquentium infligendas, prelati ordinis eiuſdem rimulis & apicibus iuris poſtpoſitis, libere procedere valeant, ſecundum con ſuetudines approbatas, & generalia facta & fiẽda ipſius ordinis inſtituta. Et quod prædictis fratribus non liceat ab eiſdẽ correctionibus aliquatenus appellare, preuia tamen in hac deliberatione & maturitate debita obſeruatis. B. fo. 125. Et ffo. 202. conce. 499.

Collector. Circa materiam appellationis aduerte, quod Sixtus 4. conceſſit quod generalis fratrum Carmelitarum ac etiam Auguſtinenſium poſſit exercere ſuum officium reiecta quauis ſuorum ſubditorum appellatione, prout habetur late infra in dictione Generalis. §. 10.

Diſtinctio materiæ apoſtatarum ab ordine.

SCIENDVM eſt quod circa fratres apoſtatãtes ab ordine ſeu à religione,ſunt multa & varia ſtatuta & ordinata per plures ſummos pontifices.Et iſtorum aliqua pertinent ad excommunicationem & alias penas quas huiuſmodi fratres incurrunt, ſeu quæ contra eos poſſunt per prelatos inferri. Hæc autem continentur infra in omnibus §. vbi in margine eſt poſita hæc dictio Excommunicatio,Alia pertinent ad eorundem apoſtatarum reductionem & correctionem. Et hæc habentur infra vbicunque in margine ponitur hæc dictio Correctio. Nonnulla verò ſpectant ad formam & modum licentiandi aut eiiciendi tales fratres vel alios conſimiles ab ordine. Iſta autem habentur etiam infra in omnibus. §.qui in margine habent ſequentes dictiones, ſcilicet Eiecti ab ordine,vel licentiare fratres. *Collector.*

GREGORIVS 9.ſtatuit quod poſt factam profeſſionem nullus fratrum ordinis minorum audeat relinquere predictum ordinem, nec relinquentem ſit licitum alicui retinere ſub excommunicationis pena. B.ffo.201.conce.493. 1

INNOCENTIVS 4.prohibuit diſtricte,ne egreſſi ab ordine noſtro propio ſuo motu, aut expulſi pro ſuis culpis & demeritis, preſumant prędicare aut docere vel confeſſiones audire (niſi de licentia Papæ aut prelatorum noſtrorum) ad alium tranſierint ordinem. Et voluit quod ſi fortè contra huiuſmodi prohibitionem aliquid attentauerint, poſſint generalis & prouinciales ordinis in illos excommunicationis ſententiam promulgare. B. fo.36. Et ffo. 120. conce. 261. De hoc vide infra. §. 10. 2 *Eiecti ab ordine. Predicatio. Confeſſio. Excõmunicatio.*

Idem Innocentius præcepit omnibus Eccleſiarum prelatis, vt omnino euitent fratres minores diſcedentes ab ordine poſt profeſſionem, preſertim ſi ſint excõmunicatione notati.At quod illos(cùm requiſiti fuerint à miniſtris & cuſtodibus) denunciari faciant fore excommunicatos,vt cum demum ſe cognouerint inter homines humano ſolatio, ad ordinem ſuum & ad reddendum deo votum quod in eius ſuſceptione deuoue- 3 *Excõmunicatio.*

rant,reuertantur.B.fo.37.Et ffo.121.conce.263.

4 *Excõmunicatio.* Idem Innocentius decreuit, quod retinentes fratres minores ſine licentia recedentes,ſint ipſo facto excommunicati.b.ffo.260.conce.651.

5 *Excõmunicatio.* *Correctio.* Idem Innocentius cõceſſit,quod generalis & prouinciales miniſtri ac cuſtodes & cæteri fratres ordinis minorum poſſint apoſtatas & inſolentes dicti ordinis excommunicare, ligare,capere & carceri mancipare, ſi videbitur expedire. B.fo.37. Et ffo.121.conce 264.

6 *Prohibitio* ALEXANDER 4. præcepit in virtute ſanctæ obedientiæ, ac diſtricte inhibuit quibuſcunque prelaris ſuperioribus fratrum mino.ne aliquibus fratribus dicti ordinis aſſerentibus ſe non poſſe ipſius ordinis obſeruantias ſuſtinere concedant licentiã tranſeundi ad ordinem ſancti Benedicti vel Cartuſienſium, niſi ſub ea *Licẽtiare fratres.* conditione,quod in ordine ad quem licẽtiantur debeãt permanere. Quod ſi contra fecerint ſcilicet tranſeundo ad minorem ſeu minus ſtrictum ordinẽ, vel (quod abſit) ad ſeculum reuertantur, voluit dictus pontifex ꝙ præfati prelati poſsint circa tales rigorem ordinis exercere. Ac inſuper decreuit vt quicquid circa cõceſsionem huiuſmodi licentiæ ſecus factum fuerit, irritum ſit & inane.b.fo.26.Et ffo.28.conce.22.

7 *Prohibitio* CLEMENS 4. inhibuit ne quis poſt profeſsionem in ordine noſtro factam ſine generalis vel prouincialis ſui licentia diſcedat ab ipſo ordine,ac quod diſcedentẽ abſque cautione literarum id eſt licentia inſcriptis aliе*Licẽtiare fratres.* rius huiuſmodi prelatorum, prætextu alicuius priuilegij apoſtolice ſedis,nullus audeat retinere.Quodque ſi fortè retinere præſumpſerit, poſsint generalis & prouinciales miniſtri dunraxat contra ipſos fratres diſcedentes ſententiam excommunicationis promulgare B. *Excõmunicatio.* fo.57.Et ffo.141. conce.327.

Collector. *Pro guardianis & vicariis eorum.* Aduertendum eſt quod in mari magno fratrum prædicatorum conceditur ſupradicta facultas non ſolum generali & prouincialibus, ſed etiam ſingulis prioribus conuentuum & eorum vicariis. Et ideo ratione cõmunicationis priuilegiorum poterunt gaudere huiuſmodi facultate,reſpectu fratrum minorum guardia-

ni & eorum vicarij quando. ſ. ſunt præſidentes domorum fratrum. Et ſimiliter intelligendum eſt quandocunque fit mentio de vicariis. Additur etiam in præfato mari magno prædicatorum, quod detinentes fratres diſcedētes, ſecū vel in monaſteriis aut eccleſiis ſuis, niſi eos eiecerint poſtquam eis denunciatum fuerit, ſint excommunicati. B. ffo. 237. conce. 554. *Excōmunicatio.*

Attende inſuper circa præfata quod in mari magno fratrum carmelitarum additur quædā magna clauſula ſcilicet quod poſſint prælati ordinis promulgare ſententiam in retinentes fratres diſcedētes ſeu apoſtatas, ſiue tales retinentes ſint laici vel clerici. Et hæc eſt valdè magna authoritas conceſſa prælatis ordinis. Et credo quod alibi non inueniatur ſimilis. B. ffo. 183. cō. 452. *Collector.* *Nota.*

8 Idem Clemens ſtatuit quod ſi aliqui de fratribus prædicti ordinis, poſt obtentam licentiam à ſede apoſtolica ſeu à Prælatis eiuſdem ordinis, ad religionem aliam tranſeundi, infra duos vel tres menſes ſe ad aliam religionem ſuæ ſaluti congruam non contulerint, & ipſius non ſuſceperint habitum regularem, licitum ſit generali & prouincialibus miniſtris ac vices eorum gerentibus, contra ipſos tanquam contra alios prædicti ordinis apoſtatas procedere ſecundum quod honeſtati ipſius ordinis viderint expedire. B. fo. 57. Et ffo. 142. conce. 327. *Excōmunicatio.*

Quo ad ſupradictam conceſſionem eſt notandum quod in mari magno fratrum prædicatorum conceditur quod non ſolū generalis & prouinciales ac eorum vices gerentes poſſint procedere contra fratres ſupradictos, verumetiam ſinguli priores & eorum vices gerentes. Ac per conſequens virtute communicationis ptiuilegiorum, poterunt ſimiliter facere Guardiani fratrum minorum & qui ipſorum vices habuerint. B. ffo. 238. conce. 555. *Collector.* *Pro guardia & vic.*

9 Idem Clemens conceſſit Generali & prouincialibus miniſtris, vt poſſint apoſtatas dicti ordinis excommunicare capere ligare incarcerare, & alias ſubdere rigori diſciplinæ, tàm per ſeipſos quā etiam per alios. Et hoc in quocumque habitu eos contigerit reperiri, *Correctio.* *Excōmunicatio.*

inuocato ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis B.fo.58.Et ffo.141.conce 328.

Collector. Nota. Aduerte quod in mari magno fratrum carmelitarum in.§.Apoſtotatas quoq; veſtri ordinis &c,additur quod præfati fratres apoſtate poſſint capi & incarcerari &c.in quocunq; loco, etiã ſi in curia romana inueniri eos contigerit,in qua ſicut extra poſſint prælati ordinis ſuper ſuos ſubditos ratione ꝓfeſſionis tã tacite quam expreſſe emiſſe,tãquã ordinarij ꝓcedere. Et hæc cõceſſio credo ꝙ nõ reperiatur alibi.B. ffo.186.conce. 470.

10 Eiecti ab ordine. Idem Clemens inhibuit, ne fratres quos ab ordine ꝓ ſuis culpis per generalem vel prouinciales miniſtros aut cuſtodes expelli contigerit, vel qui egreſſi fuerint proprio ſuo motu.prædicare cõfeſſiones audire ſeu docere præſumãt, niſi ad alium ordinẽ in quo licite exercentur huiuſmodi officia tranſierint eum præfata licentia. Et quod ſi forte cõtra huiuſmodi ĩhibitionẽ aliquid

Prædicatio ſuper ꝑmiſſis temere attentare præſumpſerint, miniſtri

Confeſſio. & cuſtodes ac eorũ vicarij,in illos quos infra fines ſuarũ ꝓuinciarũ & cuſtodiarũ(iuxta cõſuetudinẽ dicti ordinis)diſtractos inuenerint talia præſumẽtes,monitiõe

Excõmunicatio. præmiſſa authoritate apoſtolica,excõmunicationis ſententiã valeant ꝓmulgare.B fo.58.Et ffo.141.cõce.329.

Collector. Attẽde quod in mari magno fratrũ carmelitarum,auctoritas in cõceſsione immediate ſuprapoſita cõtenta extẽditur etiã ad priores locales & eorum vicarios. Et ſic ꝓpter cõicationem priuilegiorũ poterũt guardiani & vicarij fratrum mino. vti cõſimili authoritate.B. ffo.

Pro guardianis & vicariis. 186.cõce.471.Ac ſimiliter in mari magno fratrũ prædicatorum cõceditur præfata authoritas ſingulis prioribus, cõuẽtualibus & eorum vicariis.Ita ꝙ ſemper parificãtˀ quo ad iſta priores cõuẽtuales &eorum vicarij,niſi vbi expreſſe diſtinguit priores cõuentuales à prouincialibus quod tamẽ nunquã reperitur factũ de guardianis & vicariis fratrum mino.B.ffo.238.conce.557.

11 Eiecti ab ordine. Idem Clemens ſtatuit, vt eiectos à prædicto ordine vel egreſſos, qui à receptione in eodem ordine (ſuis culpis exigentibus) ſe reddiderint indignos, & alij fratres eiuſdem ordinis qui ex rationabili cau-

ſa ad quoſcunque ordines approbatos (præterquam ad beati Auguſtini tēplatiorum & hoſpitalariorū ac aliorum religioſorum arma portantium) ad vitandam occaſionem euagandi tranſire voluerint, generalis & prouinciales miniſtri cum ſuis teſtimonialibus literis, authoritate apoſtolica liberam habeant licentiandi facultatem. Et diſtricte inhibet ne tales ad alium ordinem aliter tranſire vel aliqui eos recipere ſeu retinere præſumant abſque licentia ſpeciali ſedis apoſtolicæ faciente de hoc plenam mentionem. B. fo. 58. Et ffo. 141. conc. 330. & 331. *Licentiare fratres.*

12 Nicolavs. 4. ſtatuit & ordinauit, vt fratres ordinis mino. qui poſt profeſsionem ab eis in ipſo ordine factam, ad quoſcunque ordines, petita vel nō petita, obtenta vel non obtenta à ſuis ſuperioribus licentia, immediate ſeu per alium vel alios ordines mediate tranſierint vel etiam extra illos, ad nullam omnino adminiſtrationem vel officium curam animarum habentē, nec etiam ad aliquam dignitatem vel prælaturam ſeu perſonatum quoquomodo poſsint aſſumi, abſque apoſtolicæ ſedis ſpeciali licentia, per ipſius ſedis patentes literas conceſſa, facientes plenam certā & determinatā de ſtatuto & ordinatione huiuſmodi mentionem, decernens irritum & inane quicquid ſecus fuerit attentatum. B. fo. 28. Et ffo. 111. conce. 239. *Promotio ad dignitates.*

13 Bonifacivs. 8. conceſsit prælatis ordinis min. vt apoſtatas & inſolentes dicti ordinis niſi huiuſmodi prælatorum ſalubribus monitis acquieſcant excōmunicare capere ligare & carceri tradere (ſi videbitur expedire) poſsint & valeant vt habetur in conſtitutio. ſeu ſtatutis ordinis generalibus in. c. de correctione delinquentium. *Excōmunicatio.* *Correctio.*

14 Martinvs. 5. ſtatuit, vt nullus religioſus ex quibuſcunque ordinibus mendicantium, cuiuſcunque ſtatus conditionis vel religionis exiſtat, quomodocunq; vel qualitercunque poſsit vel debeat virtute cuiuſcunque licentiæ aut indulti apoſtolici in genere vel in ſpecie, ab ordinibus huiuſmodi mendicantium ad monaſticos ordines tranſferri nec admitti aut recipi (ordine *Pro omnibus fratribus mendicantibus.*

Cartuſienſium duntaxat excepto) ſub pena excõmunicationis, in quam tã m recipientes quã recepti ipſo facto incurrant, & à qua à nemine niſi à Romano põtifi-
Excõmunicatio. ce, duntaxat (præter quã in mortis articulo) excõicati huiuſmodi abſolutionis beneficium poſſint quomodo-
15 libet obtinere. B. fo. 88. Et ffo. 171. conce. 400.

Pro fratr. min. obſer. & cõuentua. Evgenivs. 4. & Pius. 2. ſtatuerunt quod ſi quis prælatorum vel fratrum minorum tàm conuentualiũ quã de obſeruantia nuncupatorũ aliquẽ fratrem fugitiuũ ſeu apoſtatã receperit, ab officio cui præeſt ſuſpenſus & ad actus legitimos exercendos inhabilis fiat eo ipſo. Et quod huiuſmodi frater fugitiuus à ſuo prælato vbicunque repeti ac pro crimine & leuitate aut alia ſuæ fuge cauſa, corrigi & puniri poſſit. Ac quod ſi poſtquã punitus & correctus fuerit recedere voluerit, petere de-
Correctio. beat licentiam, prout alias ordinatum eſt. Nec de cætero à quouis fratrum de obſeruantia repeti poſſit, niſi
Licentia re fratres. fortè conſtiterit eum ad frugem melioris vitæ redire voluiſſe. Et decreuit inſuper quod ſi quis prælatorũ vel fratrum prædictorum, ſuper reſtitutione fugitiuorum huiuſmodi requiſitus, illam facere noluerit, in ſuſpenſionis & inhabilitatis prædictæ ſententiam incidat eo ipſo. B. fo. 6. Et ffo. 90. conce. 197. Circa hoc videatur infr. §. ſequenti. &. 19.

16 Pivs. 2. ſtatuit quod prætextu cuiuſuis licentiæ conceſſionis etiam per ipſum & ſedem apoſtolicã generaliter vel ſpecialiter cuicunque ſub quacunque forma vel
Licentia re fratres. expreſſione verborũ datæ, etiam ſi talis fuerit quod de eius tenore & nomine. &c. ſpecialis ſpecifica & expreſſa mentio habenda fuerit, nullus prælatus aut conuentus vel ſingularis perſona, tã eccleſiaſtica quã mundana recipiat aut recipere faciat audeat vel præſumat aliquẽ de fratribus mino. obſeruantiæ recedentẽ ab aliquo conuentu ſiue loco, niſi ipſe frater de licentia ſui ſuperioris prælati in ſcriptis cõceſſa & facta receſſerit. In qua de loco vnde receſſerit & de perſona ſiue loco ad quẽ accedere voluerit, ſpecialis & expreſſa mentio fiat, decernens irritum & inane quicquid ſecus factũ vel attentatum fuerit B. fo, 27. Et ffo. 111. conce. 238.

Idem Pius fecit quandam copioſam prouiſionē contra omnes principes & duces ac alios magnates fauentes apoſtatis & aliis fratribus inobedientibus ordinis Carmelitarū, mandans procedere contra ipſos per cenſuras eccleſiaſticas & inuocationē brachij ſecularis. B. fo.91.Et ffo.172.conce.404. *Ex priuilegiis fratrum Carmelitarū.*

Idem Pius conceſſit generali & aliis prælatis inferioribus ordinis carmelitarum prædicti, vt omnes & ſingulos apoſtatas criminoſos incorrigibiles aut delinquentes fratres eiuſdem ordinis, quos iuxta ordinis inſtituta & conſuetudines commodè punire nequiuerint, non ſolum penis in ſtatutis ordinis contentis, ſed etiam (ſi eorum demerita & exceſſus id exegerint) arctioribus penis poſſint illos, tàm per ſe quā per locorum ordinarios & eorum officiales ſeu alios miniſtros capere & carcerali cuſtodiæ mancipare, ac torquere & torqueri facere & punire. Ita tamen quod ſi eorundem fratrum exceſſus adeo graues & enormes fuerint, quod illorum occaſione quęſtionibus ſubdi debeant vel tormentis (citra tamen vltimi ſupplicij mutilationiſque mēbrorū penas) quæſtionibus huiuſmodi ſubijci nequeant vel torqueri, niſi cū duorū ex fratribus antiquioribus dicti ordinis, ad hoc per ſuperiores deputatorū præſentia & aſſenſu. B. fo.92. Et ffo.175. conce.409. 17 *Correctio. Nota.*

PAVLVS. 2. ſtatuit quod fratres mi. conuentuales nequeant recipere aliquos fratres de obſer. transfugas ſeu ad eoś fugientes, niſi oſtenderint literas licentiæ à prælato ſuo per eos obtentas, in quibus contineatur nomen conuentus à quo receſſerint, & illius ad quem remiſſi ſunt, etiam ſub prętextu cuiuſcunque licentiæ ſuper hoc ipſis fratribus conuentualibus eorumque pręlatis ab apoſtolica ſede conceſſæ, quam quo ad hoc penitus reuocauit, ſed illos ad pręlatos ſuos remittere teneantur. Et vice verſa prohibuit ne fratres de obſer. recipiant ſcādaloſos & criminoſos fratres conuentuales & diſciplinam ordinis ſubterfugientes, ſed illos ſimiliter ad pręlatos ſuos remittere debeant, ſeruata tamen forma per Eugenium .4. & Pium. 2. tradita, ſcilicet ſupra in conceſſione. 14. & . 15. 18 *Pro fratribus obſeruātibus & conuentualibus.*

Licentiare fratres. Et voluit quod contra facientes & eis dantes cōſilium auxilium vel fauorem publicè vel occultè directè vel indirectè, cuiuſcunque ſtatus gradus vel dignitatis fuerint in ordine, excōmunicationis ſententiā incurrant, à qua non poſsint niſi à Romamo pontifice (præterquā in articulo mortis) abſolutionis beneficium obtinere. B.fo.9. Et ffo.94.conce.202.

Excōmunicatio.

19 INNOCENTIVS. 8. confirmauit literas Sixti.4. inſerendo illas de verbo ad verbum, in quibus ſtatuit quod quicunque frater minor regularis obſeruantiæ, abſque licentia generalis vel prouincialis ſui præſumpſerit recedere ab eorum obedientia ſeu apoſtatare ipſo facto excommunicationis ſententia ligatus ſit. Quam ſententiam voluit vt ſimiliter incurrant recipientes huiuſmodi fratres, non obſtantibus quibuſcunque priuilegiis & literis apoſtolicis in genere vel in ſpecie quibuſlibet locis vel perſonis per ſedē apoſtolicā cōceſsis, & impoſterum concedendis. B.fo.37. Et ffo.121.conce. 256.

Excōmunicatio.

20 ALEXANDER.6. edidit quandam bullam magnā in qua copioſiſsimæ & ſufficientiſsimæ prouidit contra fratres apoſtatas aut exemptos vel ad alios ordines trāſlatos abſque licentia prælatorum ordinis & obſeruantiæ noſtræ. Et quia longum foret explicare omnes clauſulas in ea contentas, ideò ſufficiet remittere ad illam B.fo.14. Et ffo.98.conce.209.

21 IVLIVS.2. confirmauit literas Alexandri. 6. immediatè ſuprapoſitas, prohibentes fratres poſſe commorari extra domos ſui ordinis, nec ſe de vna prouincia vel cuſtodia ad aliam transferre, etiam prætextu literarum apoſtolicarum. B.ffo.210.conce.513.

22 Idem Iulius dum eſſet cardinalis & protector ordinis minorum, fecit authoritate apoſtolica quendam proceſſum contra fratres dicti ordinis de obſer. transferentes ſe ad conuentuales vel alias quomodocunque recedentes ab obedientia obſeruantiæ. Et quia huiuſmodi proceſſus multum valet in hac materia, ideò oportet illum videre ad longum. B.fo.72. Et ffo.155.cōce.374.

Idem Iulius promulgauit ſententiam excõmunica- 23 *Pro fratribus prædicatorum.*
tionis contra fratres ordinis prædicatorum diſceden-
tes ab ordine ſuo ſine licentia ſuorum prælatorum, nõ
obſtante quocunque priuilegio apoſtolico. Quam ex- *Excõmunicatio.*
communicationem ſimiliter incurrunt detinentes hu-
iuſmodi fratres ſecum in ſuis monaſteriis vel eccleſiis,
niſi eos eiecerint poſtquã eis denunciatum fuerit.B.ffo.
237.conce.554.

Idem Iulius præcepit generali fratrum Auguſtinen- 24 *Pro fratribus Auguſtinẽſium*
ſium in virtute ſanctæ obedientiæ, vt fratres ſui ordi-
nis cuiuſcunque conditionis fuerint, qui ab obedientia
exierint aut habitum reliquerint, quacunque authorita
te id fecerint niſi ad arctiorem regulam vbi actu obſer-
uanter viuant tranſierint, vigore quarumcunque litera-
rum apoſtolicarum, etiam ſi protector ordinis illas vi-
derit,& etiam ſi concedenda aſſeruerit, eos ad ordinem
& ad ordinis loca reuocet, & bullas auferat,& habitum
ſacrilege relictum reſumere cogat inuocato ſi opus fue
rit auxilio brachij ſecularis. Decreuit inſuper motu *Excõmunicatio.*
proprio & ex certa ſcientia, vt fratres q ab ordine receſ-
ſerint, aut habitum reliquerint tunc vel impoſterum,
niſi poſt mandatum dicti generalis, infra dies octo mã-
dato proximos ad obedientiam redierint, habitumque
perpetuo geſtandum reſumpſerint excommunicatio-
nis latè ſententiæ penam incurrant, à qua abſolui niſi
aut per ſummum pontificem aut morte interueniente
non poſsint. Voluit etiam & decreuit, eandem penam
ſubire omnes qui illis auxilium, conſilium aut fauorẽ
præſtiterint. Ac decreuit irritum & inane quicquid ſu-
per his à quocunque quauis cauſa ſiue ſcienter vel igno
ranter contigerit attentari.B.ffo. 267. conce. 595. Et
fffo.76.conce.226.

Idem Iulius confirmauit decretum Martini. 5. vt 25 *Pro auguſtinẽſibus.*
nemo de ordine prædicto, ad aliquem aliorum ordinũ
(occaſione arctioris regulæ) tranſire poſſit. Voluitque *Ordines ſacri.*
vt quiſquis in dicta religione ſiue profeſſus ſiue ad ſa-
cros ordines promotus fuerit (quam promotionẽ pro- *Profeſſio.*
feſſionis loco & eſſe & haberi ſtatuit) habitum dicti or
dinis relinquere aut mutare nulla authoritate poſſit,

niſi dimiſſionem literaſque à generali ordinis obtinuerit.B.ffo.269.conce.694.

26 *Excōmunicatio.* Idem Iulius diſtrictè præcepit vniuerſis fratribus ordinis minorum ſub excommunicationis latæ ſentētiæ pena,ne aliquem fratrem ordi.min. de obſeruantia aliquo modo vel cauſa, recipere vel retinere præſumant, ſine expreſſa & ſpeciali licentia ſedis apoſtolicæ, à volente tranſire ad illos ſpecialiter obtenta. Non obſtantibus quibuſcunque in fauorem dictorum fratrum minorum cōceſſis.B.fffo.12.conce.48.

27 *Excōmunicatio.* LEO 10. dedit fratribus minoribus ſuper huiuſmodi materia, duas magnas prouiſiones in duobus breuibus quæ priùs diuerſis tēporibus conceſſerat, ac poſtea inſimul de nouo conceſſit cum aliquibus additionibus. In quibus breuibus prouidet pleniſſimè contra fratres apoſtatātes,aut ab obedientia ordinis qualitercunque recedentes abſque licentia prælaroſū, inſerendo ferè omnia quæ omnes ſui anteceſſores circa hoc diſpoſuerūt, ita quod in hac materia non reperitur tā grandis prouiſio facta.B.fffo.50.conce.146.vſque ad 151.cōceſſionē.

28 *Correctio.* Idem Leo conceſſit, vt prælati ordinis mino. obſeruantiæ,& alij fratres quibus ipſi cōmiſerint, capere poſſint per ſe vel manu aliquorum ſeculariū, quoſcunque fratres extra obedientiā obſeruantiæ vagantes,ſiue portent habitū ſiue non,& eos detinere quouſque oſtendāt ſe eſſe alterius obedientiæ.B.fffo.62.conce.202.

29 Idem Leo conceſſit omnibus fratribus minoribus regularis obſeruantiæ, vt ipſi perpetuis futuris temporibus, poſſint recuperare fratres qui quomodocunque de ſua obedientia exierint, & illos ad regularem ſuam vitam reducere,non obſtante quod dicti fratres habeāt quaſcunque literas apoſtolicas, etiam ſi in eis ſit derogatum omnibus conceſſionibus in fauorem prædictorum fratrum regularis obſeruantiæ & contra dictos apoſtatas habitis.Et voluit quod etiam ſi in literis dictarū exēptionū ſint iudices deputati executores, & etiā ſi dicti iudices vel eorū aliqui fulminauerint cenſuras, nihilominus dicti fratres mino.poſſint recuperare corrigere caſtigare & retinere ſuos fratres. Hoc tamen

in foro conſcientiæ tantum. De foro verò contentioſo quando iudices ad petitiones illorum contra dictos fratres procederint, eſſent examinandæ literæ exemptionum ſuarum, cum literis reuocatoriis ordini conceſſis & tunc eſſet ſtandum fortioribus.o.ffo.94. cõce.297. *Correctio.*

BAPTIZARE.

GREGORIVS. 9. conceſſit fratribus minoribus in terris ſaracenorum & paganorum proficiſcentibus pro zelo fidei chriſtianæ, vt poſſint illarum partiũ homines per miniſterium exhortationis ſuæ ad vnitatem fidei chriſtianæ conuerti cupientes, recipere & baptizare.B.fo.20.Er ffo.22.conce.4. 1 *Pro terris infidelium*

Idem Gregorius conceſſit iterum hoc idem latiùs, cum multis aliis attinentibus ad conuerſionem infidelium.b.ffo.257.conce.641. 2

Aduertendum eſt quod in capitulo generali meclinienſi facta eſt ſequens declaratio. *Collector.*

Item fuit declaratum quod frater ſacerdos in extrema neceſſitate poſſit paruulo dare ſacramentum baptiſmatis,dummodo non adſit alius ſacerdos,etiam in præſentia virorum ſecularium laicorum. Et quod in regula prohibetur ne fratres fiant compatres.&c. intelligendum eſt quo ad eleuationem de fonte baptiſmatis, non quo ad baptizationem prædictam. Quia vt dictum eſt in caſu neceſsitatis abſente ſacerdote ſeculari vel alterius profeſſionis, benè poſſunt fratres noſtri ſacerdotes baptizare.fo.228.tracta.3.Et ffo.247.tracta.2. *Capitulũ generale.*

BENEDICERE ECCLESIASTICA.

Diſtinctio materiæ infraſcriptæ.

Quo ad benedictionem rerum eccleſiaſticarum continentur multa & varia in priuilegiis fratrum. Et iſtorum aliqua pertinent ſolum ad Epiſcopos. Hæc autem continentur infra. §. 2. cum remiſsione ibi addita, & in.§.3.&.5.&. 6.&.13.&.14. *Collector.*

Alia ſpectant ad prælatos fratrum. Iſta verò habentur infra §.7.&.8.&.9.&.10.&.11.ac.12. Reliqua concernunt omnes fratres ſacerdotes. Et iſta reperiuntur infra.§.1 &.4.&.12. propè medium.

1 *Pro terris infidelium* GREGORIVS.9. conceſsit, quod fratres mi. præſbiteri in terris infidelium exiſtentes poſsint veſtes ſacerdotales altaris pallia & corporalia (cum neceſſe eis fuerit) benedicere, vbi catholicorum epiſcoporum copia non habetur. B.ffo.157.conce.641.

2 HONORIVS.4. fecit quandam conceſsionem quæ aliqualiter pertinet ad hanc materiam quæ conceſsio poſita eſt ſupra in dictione. Altare. § 1. Vide illam quia ſequens conceſsio, quæ hîc ponitur facit mentionem de ipſa.

3 *Ex priuil. carmeli.* IOANNES.22. conceſsit fratribus Carmelitis idem quod ſupra nobis fuerat conceſſum & aliquantulum latiùs, dicens quod ſi locorum ordinarij à fratribus humiliter requiſiti, noluerint ſeu recuſauerint indebite cemiteria eorum benedicere ſeu etiam conſecrare, poſſint huiuſmodi cemiteria per aliquem antiſtitem gratiam & communionem ſedis apoſtolicæ habētem quotiens opus fuerit facere benedici ac etiam conſecrari. B.fo.89. Et ffo.172.conce.402. *Epiſcopi. Cōſecrare.*

4 *Ornamenta altaris.* SIXTVS.4. conceſsit fratribus minorum obſeruantiæ ſacerdotibus vt poſsint benedicere paramenta altaris & miſſalia ac indumenta, exceptis corporalibus duntaxat. o.fo.63. Et ffo. 67. conceſsione.107. Et fffo. 96.conce.322.

5 *Ex priuil. Carmeli. Epiſcopi Cōſecrare.* Idem Sixtus conceſsit fratribus Carmelitis, vt pro conſecrationibus altarium vel eccleſiarum, & pro oleo ſancto ac quolibet eccleſiaſtico ſacramento, nullus ſub obtentu cuiuſlibet conſuetudinis vel alio modo, quicquam audeat extorquere, ſed hæc omnia eis gratis epiſcopi dioceſani (vt tenentur) libere & gratioſe impendant alioquin liceat prædictis fratribus quoſcūque maluerint catholicos adire antiſtites, gratiā & cōmunionem apoſtolicæ ſedis habentes, qui apoſtolica freti authoritate eiſdem fratribus quæ poſtulauerint impendant. Et quod ſi ſedes dioceſanorum epiſcoporū

fortè

fortè vacauerit, interim omnia eccleſiaſtica ſacramenta à vicinis epiſcopis libere & abſque contradictione ſuſcipere poſſint ita tamen quod ex hoc in poſteriū propriis epiſcopis nullum preiudicium generetur. B. fo. 100. Et ffo. 183. conce. 454.

Idem Sixtus conceſsit prefatis fratribus, vt quando propriorum epiſcoporum copiam non habuerint, & aliqui epiſcopi habentes gratiam & communionem ſedis apoſtolice, de quibus plenam notitiam habeant, per eos tranſire contigerit, ab eis benedictionem vaſorum & veſtium & conſecrationem altarium authoritate ſedis apoſtolice recipere valeant. B. fo. 100. Et ffo. 183. conce. 455. 6 *Vaſa eccleſiaſtica.* *Cōſecrare.*

INNOCENTIVS 8. cōceſsit quod generales & prouinciales fratrum minorum obſeruantiæ poſsint benedicere corporalia. o. fo. 65. Et ffo. 69. conce. 157. 7 *Corporalia.*

Idem Innocentius conceſsit fratribus Auguſtinenſibus quarundam congregationum obſer. quod vicarius generalis illarum & viſitatores poſsint benedicere ornamenta eccleſiaſtica & etiam corporalia. b. fffo. 101. conce. 399. 8 *Pro Auguſtineſibus.*

IVLIVS 2. conceſsit ordini minimorum vt generalis illius necnon & prouinciales & eorum vicarij poſſint & valeant benedicere corporalia & alia ornamenta eccleſiaſtica ſuorum locorum & domorum præter calices & patenas. B. fffo. 8. conce. 26. 9 *Pro omnibus orna. eccleſiæ.*

Idem Iulius conceſſit præfatis fratribus minimis ꝙ generalis & viſitatores (quos ipſi vigiles appellant) ac prouinciales & eorum vices gerentes, poſſint omnes & ſingulas eiuſdem ordinis eccleſias, cemiteria, capitula, & oratoria ſolenni benedictione benedicere. B. fffo. 8. conce. 29. 10 *Pro eccleſiis & cemiteriis.*

Idem Iulius conceſſit præfatis prelatis ordinis minimorum, vt poſſint reconciliare ſuas eccleſias ſanguinis ſiue ſeminis effuſione ſiue alias quomodocunque pollutas, quoties opus fuerit, aqua tamen prius per aliquem catholicum antiſtitem (vt moris eſt) benedicta. B. fffo. 8. conce. 30. Circa prædicta vide ſequentem conceſſionem quæ multò latior eſt præſertim in fine. 11 *Reconciliatio eccleſiarum.*

12 *Nota. Pro eccleſiis & cemiteriis & omnibus ornamentis eccleſiæ.* Leo 10. conceſſit generalibus & prouincialibus ac cuſtodibus necnon & guardianis fratrum min. obſer. pro tempore exiſtentibus, vt omnia & ſingula eiuſdem ordinis, & obſeruantiæ eccleſias, cemiteria, capitula, & oratoria vbicunque exiſtentia, tam recepta quàm recipienda, ac paramenta & ornamenta & alia quæcunque ad diuinum cultum & vſum fratrum neceſſaria, in quibus chriſma non interuenit, pro eorundem fratrum vſu tantum, ſolenni benedictione valeant benedicere. Et voluit quod hoc idem poſſint alij fratres eiuſdē ordinis, qui ad hoc in capitulis generalibus deputati fuerint, *Reconciliatio eccleſiarum.* Ac quod ſimiliter poſſint reconciliare eccleſias &c. quæ quomodolibet ſanguinis vel ſeminis effuſione pollutæ fuerint. Et hoc cum aqua per prædictos prælatos benedicta, præſertim in locis remotis, vbi epiſcopum aquam benedicentem per duas dietas adire non potuerint. B. fffo 26. conce. 55.

13 *Epiſcopi Cōſecrare* Idem Leo conceſſit fratribus min. vt quilibet catholicus epiſcopus poſſit conſecrare eccleſias eorum & altaria & cemiteria, calices, & ornamenta & omnes alios actus epiſcopales exercere in locis, & perſonis fratrum prædicatorum obſeruantiæ, dioceſani loci, vel cuiuſuis alterius licentia minimè requiſita. O. fffo. 60. conce. 179.

14 *Epiſcopi Cōſecrare* Idem Leo poſtea in concilio Lateranēſi ſtatuit, quod fratres nequeant ab alieno Epiſcopo conſecrationem eccleſiæ, vel altaris, aut cemiterij benedictionem petere, ſeu in eccleſiis per eos pro tempore edificandis, pri- *Edificare.* mum lapidem per alienū Epiſcopum poni facere poſſint, niſi vbi ordinarius bis aut ter (cū debitis reuerentia & inſtantia) requiſitus, ſine legitima cauſa, id recuſauerit. B. fffo. 26. conce 79.

Collector. Aduertendum eſt, quod in foro conſcientiæ poſſunt fratres (non obſtante huiuſmodi prohibitione & reſtrictione concilij lateraneñ.) vti conceſſionibus ſupradictis, quia idem Leo poſtea conceſſit oraculo viuæ vocis, quod fratres mino. obſeruan. poſſint libere vti omnibus eis conceſſis ante præfatum concilium, vt ponitur infra in dictione Concilinm §. fi. &. 7.

Vltra ſupradicta eſt ſciendũ, quod circa huiuſmodi materiã bñ lectionis rerũ eccleſiaſticarũ reperitur quod dam ſtatutũ generale factũ in capitulo Mechlinienſi ſub forma ſequenti. *Collector.*

Generale capitulũ determinauit & pcepit, q ſoli prouinciales habeãt bñ licere corporalia. Et iidẽ prouinciales cuſtodes, guardiani, alia ornamẽta & nõ alij, & ſolũ pro fratribus, monialibus & tertiariis, & nullo modo p aliis extra ordinẽ, Sic enim fuit conceſſum per ſummũ pontificem. fo. 227. tractatu. 3. Et ffo. 246. tractatu. 2. *Capitulũ generale.*

BONA.

Diſtinctio materiæ bonorum attinentium ad fratres, vel moniales.

Reſpectu bonorũ temporalium reperiuntur nõnulla in priuilegiis fratrũ mi. & aliorum mendicantiũ, quorũ aliqua tangunt bona quorũ poſſeſſionem vel vſum obtinent ijdem fratres. Et hæc habentur. j. §. 1 & 5. & 6. & 7. & 8. Et. j. in dictione Vendere, & in dictione Cõmutare. Alia verò cõcernunt bona acquirenda per viã eleemoſynæ. Et de hoc continentur multa j. in dictione eleemoſinas, ac nõnulla in dictione canonica portio & in hac dictione Bona §. 2. & 4. & 12. Reliqua autẽ ſpectãt ad bona monialium. Et quo ad hæc habẽtur etiã. j. §. 6. & 7. & 9 & 11. Necnõ. s. in dictione Abbatiſſa. §. penul. & vlti. Et tã quo ad fratres quã quo ad moniales, vide infra in dictione Decimæ. Et in dictione Exẽptio. Et in dictione Hæreditas. Et in dictione Legata. *Collector.*

ALEXANDER. 4 ſtatuit & precepit, vt quandocunque aliqui fratres ordinis mi. fuerint promoti ad epiſcopalem vel alias ſuperiores vel inferiores dignitates, teneantur huiuſmodi fratres ſic promoti, libros & alia quæ ipſos promotionis ſuæ tempore habuiſſe ſeu habere conſtiterit, reſignare generali ſeu prouincialibus miniſtris, ſemota qualibet dilatione. b. fo. 24. Et ffo. 24. conce. 12. 1 *Epiſcopi. Exempti.*

Idem Alexander conceſſit, quod de malæ acquiſitis & incertis relictis, poſſint fratres mi. recipere quæcunque 2 *Eleemoſinas.*

eis data fuerint ac quod de illis quæ eorundem fratrum diſpoſitioni relinquuntur, libere valeant ordinare & diſponere.b.ffo.26.conce.16.

3 *Reſtitutio* Idem Alexander conceſſit vniuerſis exequutoribus teſtamentorum, vt de male ablatis & illicite acquiſitis, quæ teſtatores neſcientes quibus talium reſtitutio fieri debeat, necnon de his quæ iidem teſtatores indiſtincte non expreſſis perſonis vel locis eorundem teſtamentorum exequutoribus arbitrio, in pios vſus eroganda
Eleemoſinas. commiſerunt, poſſint indigentiis fratrum mi. prouidere non obſtante contradictione prelatorum eccleſiaſticorum & aliquotũ aliorum.b.fo.25. Et ffo.28.cõce.21.

4 *Nouitij. Reſtitutio* CLEMENS 4. conceſſit vt quando aliqui aſſumentium habitum fratrum mi. fuerint obligati ad reſtitutionem aliquorum bonorum diuerſis perſonis, quæ ſciri & inueniri non poſſunt, miniſtri & cuſtodes & eorum vicarij eorumque ſinguli in locis ſibi commiſsis poſsint bona huiuſmodi in pios vſus conuertere, prout ſecundum deum viderint expedire.B.fo.58.Et ffo.141. conce.334.

5 *Edificare eccleſias et mõaſteria* Idem Clemens conceſsit fratribus mi. vt cum de prioribus locis ſuis ad alia loca ſe tranſferunt, poſsint tam omnem edificiorum materiam locorum quæ dimittunt (dedicatis eccleſiis duntaxat exceptis) quam libros, calices & paramenta, ſecum ad alia loca transferre, ac edificia ipſa cum ſolo & aliis ad eadem loca pertinentiis (præter eccleſias) per perſonas ad hoc à ſede apoſtolica deputatas vendere, ipſorumque precium in aliorum locorum ad quæ dicti fratres ſe tranſferunt edificationem, ſeu alias in eorum vtilitatem cõuertere, ſecundum quod eis melius videbitur expedire. B. fo.58. ffo.142.conce.340.

6 *Eccleſie ac monaſteria monialium.* SIXTVS 4. ſtatuit vt cum contigerit monaſteria monialium ſanctæ Claræ monialibus deſtitui, adeo vt de illorum reformatione ſpes nulla ſuperſit, illa quæ ſic deſtituta exiſtunt & deſtitui contigerit in futurum cum eorum bonis omnibus perpetuis vſibus fratrum domus dicti ordinis eiſdem deſtitutis monaſteriis propinquioribus applicentur, ita vt fratres ipſi poſsint de

illis & eorundem monaſteriorum ſtructuris & edificijs pro eorum vtilitate diſponere, prouiſo tamen quod illorum eccleſiæ & oratoria ad prophanos vſus non redigantur, ſed in illis quandoque diuina celebrentur officia. B. fo. 50. Et ff. fo. 144. conce. 349.

Hoc idem habetur quaſi ad literam in mari magno Carmelitarum. ff. fo. 182. conce. 443. Et in mari magno prædicatorum. ffo. 241. conce. 582. Et in mari magno Auguſtinenſium. ffo. 250. conce. 633. *Collector.*

ALEXANDER 6. fecit quandam conceſsionem circa applicationem bonorum conuentuum clauſtralium monaſterijs ſanctæ Claræ committens illam Archiepiſcopo Toletano, ſed quia illa conceſsio fuit ſpecialis pro regnis hiſpaniarũ, & expirauit per mortem illius Archiepiſcopi quo ad futura, non ſpecificatur hic amplius, habetur tamen ffo. 258 conce. 643. 7 *Pro monaſteriis ſanctæ Claræ*

Idem Alexander confirmauit literas predeceſſorum ſuorum qui proprietatem bonorum collatorum fratribus mi. vel eorum ordini in ius & proprietatem Romanæ eccleſiæ receperunt. B. fff. fo. 75. conce. 125. 8 *Paupertas* *Collector.*

Hæc conceſsio non nihil videtur conferre pro confirmatione decretalis. Exiit qui ſeminat, & contra extrauagantes Ioannis 22. aduerſantis vere paupertati fratrum minorum & Apoſtolorum & Chriſti.

Aduertendum eſt circa prædicta, quod in actis capituli generalis meclinienſis reperitur ſequens clauſula. *Collector.*

Capitulum generale declarauit quod Papa Ioannes 22. reuocauit ante mortem ſuam quicquid dixerat ſeu fecerat contrariũ eccleſiæ & determinationi Romanorum pontificum, quare conſtitutiones quas fecerat cõtra noſtras declarationes ſcilicet Nicolai 3. & Clementis 5. nullius ſunt roboris vel momenti. fo. 227. tracta. 3. Et ffo. 246. tracta. 2. *Capitulũ generale.*

IVLIVS 2. conceſsit miniſtro generali poſſe applicare bona monialium ſanctæ Claræ volentium reformari monaſterijs ordinis minorum, ſaltem conuentibus quorum curæ fuerint commiſſa talia monaſteria ſeu eorum moniales. b. ffo. 58. conce. 70. 9 *Reformatio.*

Idem Iulius præcepit omnibus Chriſti fidelibus vt

10 *Pro Auguſtinenſibus.* nemo ipſorum, bona ordinis Sancti Auguſtini occupare, vel damnificare audeat, quod tam de attinentibus ad perſonas fratrũ quã de pertinentibus ad loca ſeu conuentus & poſſeſſiones eorundẽ intelligi voluit. Et quod ſi contrarium facientes admoniti à fratribus prædicti ordinis non reſtituerint omnia integre, aut vexare deſtiterint infra tridui ſpacium, excõmunicationis ſententiam incurrant, à qua non niſi per ſummum pontificẽ abſolui poſſint. B. ffo. 76. conce. 227. *Excõmunicatio.*

11 *Pro monialibus.* LEO. 10. fecit duas conceſſiones, circa modum quo alienari poſſunt bona monaſteriorum Sanctæ Claræ aut tertij ordinis, prout habetur ſupra in dictione Abbatiſſa. § .9. &. 10.

12 *Pro bonis apoſtatarũ.* Idem Leo conceſſit vt quãdocunque acciderit quod fratres ordinis mi. extra obedientiam euagantes obſeruantiæ, fuerint capti, aut ſponte redierint ad ordinem, qui aliqua bona habuerint quæ tempore apoſtaſiæ diuerſis viis acquiſierint, poſſint prælati ordinis & alij fratres quibus ipſi commiſerint, accipere talia bona & ea exigere à quibuſcunque perſonis ea detinentibus, & illis vti, ſi talia ſint quorum vſum liceat fratribus habere, vel ſi huiuſmodi non ſint, quibus in propria ſpecie fratribus vti liceat, vt ſunt pecuniæ, veſtes ſeculares, & ſimilia, quod fiat de talibus rebus, ſicut fieri mandatur in declarationibus ſuæ regulæ de ſimilibus, quando ſibi ab aliquibus dantur, vel in teſtamentis legantur. Et cõceſſit quod ſi oportuerit huiuſmodi bona in iudicio petere poſſit hoc facere procurator vel ſindicus ordini deputatus auctoritate ſedis apoſtolicæ, vel alius amicus ſpiritualis fratrum, qui ab aliquo prælato ordinis ad hoc fuerit nominatus. B. ffo. 62. conce. 203.

CANONICA PORTIO.

1 INNOCENTIVS. 4. conceſſit quod de his quæ in ornamentis, aut pro eis vel pro fabricis ſeu luminaribus vel anniuerſariis 7. 20. 30 aliiſque ad perpetuũ diuinum cultum fratribus mi. in teſtamentis legantur, nullam canonicam portionem ſoluere teneantur dom-

modo in fraudem epiſcoporum & præſbiterorum parrochialium non fiat b. fo.22. *Legata.*

ALEXANDER. 4. conceſſit idem quod Innocentius. 4. præfatus conceſſerat, addens quod nec etiam de pictantiis ad ſuſtentationem fratrum, aut de indumentis eiſdem legatis teneantur dare aliquam portionem. *Legata.* 2
Et decreuit irritas eſſe & inanes quaſcunque cenſuras cõtra fratres ſeu cõtra benefactores huiuſmodi, vel hæredes, aut exequutores illorũ promulgatas. b. fo. 24.

CLEMENS. 4. conceſſit omnia quæ ſupradicti duo pontifices anteceſſores ſui conceſſerãt, addens aliqua alia in mari magno ſub verbis ſequentibus. Concedimus vobis vt de his quæ in ornamentis, aut per eis, aut libris fabrica, luminarib⁹, anniuerſario. 7. 20. 30. aut aliis ad perpetuum diuinũ cultum, ſeu pro pictantiis aut victu ad ſuſtentationem veſtram, vel indumentis, necnon pro annuis cenſibus redimendis ad quorum ſolutionem aliquæ domus veſtri ordinis obligatæ noſcuntur, & de domibus, prædiis, hortis, aliiſque locis vobis ſecundum inſtituta veſtri ordinis oportunis, aut de his quæ pro huiuſmodi domibus, prædiis, locis & hortis emendis vobis legantur (dummodo præmiſſa non conuertentur in vſus alios, ſed in illos duntaxat pro quibus relinquuntur, aut alios etiam qui in hac conceſſione vel indulgentia continentur) nulli canonicam portionem aliquam teneamini exhibere. Et ne qui à vobis vel vltimarum exequutoribus voluntatum, ſeu decedentium hæredibus, de præmiſſis aliquid exigere vel extorquere præſumant, diſtrictius inhibemus. B. fo. 58. Et ff. 142. conce. 339. 3 *Legata.*

NICOLAVS. 5. fecit quandam copioſiſſimam conceſſionem in hac materia fratribus carmelitanis, quam poſtea Sixtus. 4. confirmauit, ac de nouo conceſſit, prout habetur infra. §. 8. 4 *Nota.*

SIXTVS. 4. declarauit, quod canonica portio ſeu iuſtitia eccleſiarum parrochialium habet locum duntaxat eo caſu, quo apud loca fratrum mi. corpora defunctorum ſepeliuntur, ſed ſi non apud eos ſed apud alios mendicantiũ ordinum profeſſores corpora ipſa conti- 5 *Quãdo habeat locũ iuſtitia eccleſiarum.*

gerit ſepeliri, tunc ex his quæ ad fratres prædictos apud quos talia corpora non ſepeliuntur de bonis defunctorum quomodolibet obuenient quouis particulari vel vniuerſali titulo directè vel per obliquum nullam canonicam portionem dare teneantur. Nec ſimiliter aliqua portio debeatur de his quæ ad certos vſus & determinatos eiſdem fratribus vel eorum domibus, in genere vel in ſpecie etiam de bonis eorum quorum cadauera apud eos contigerit ſepeliri. Nec etiam in caſibus in quibus per ſupradicti Clementis, & aliorum prędeceſſorum ſpecialia priuilegia fratres ipſi ab huiuſmodi ſolutione quartæ ſunt exempti. Nec aliquo caſu de candelis quæ ad manus fratribus dantur quarta aliqua quomodolibet detrahatur. In reliquis vero caſibus quam in præmiſſis in quibus quarta huiuſmodi ſoluenda veniret voluit vt conuentiones (ſi quæ ſunt inter fratres prædictos & locorum ordinarios ac eccleſiarum rectores iniræ) laudabiles & honeſtè impoſterum obſeruentur. Et inſuper addit quod ſi fortè per ipſum Sixtum vel ſedem apoſtolicam de piè legatis & diſpoſitis & relictis in genere vel in ſpecie decima vel alia portio ſeu quota alteri piè vel non piæ cauſæ ex quauis cauſa hactenus conceſſa foret aut impoſterum concedi & ſolui aut dari & mandari contingeret fratres prædictos & illorum domos ac eis legata & relicta aut alias in eorum fauorem diſpoſita in conceſſione & mandatis huiuſmodi decreuit & voluit non includi, niſi de ipſis & præſenti decreto ac volũtate (non per generales clauſulas quæ etiam ſpecialem mentionem importare viderentur) ſed vera & ſpecifica mentio fiat in eiſdem. B. fo. 60. Et ffo. 143. conce. 346.

Quarta. *Conuentiones.* *Decima.* *Legata.*

6 Idem Sixtus in mari magno fratrum ordinis prædicatorum confirmauit conceſſionem Gregorij. 11. qui eximit eoſdem fratres à canonica portione quaſi totaliter, quia ſolum de funeralibus non exemit illos. B. ffo. 238 conce. 566.

Ex priuil. fratrũ prædica.

7 Idem Sixtus in præfato mari magno prædicatorum conceſſit quod non ſolum de his quæ pro ornamentis legantur & aliis (vt ſupra dictum eſt) non teneantur

Legata. Nota.

ſoluere aliquam portionem canonicam, ſed nec etiam de illis quæ abſolute legantur in teſtamentis vel alias pro fratrum neceſſitatibus conferuntur. B. ffo. 238. conce. 566.

Aduerte quod hæc conceſſio eſt valdè notabilis, quia omnes aliæ conceſſiones de hac materia loquentes dicebant ſolum de his quæ ad certos vſus (vt pro fabrica &c.) legabantur, ſed in hac conceſsione datur exemptio tàm ab his quæ ad certos vſus, quam ab aliis quæ abſolutæ ſine ſpecificatione legari contigerit. *Collector.*

Idem Sixtus in mari magno Carmelitarum inſeruit & confirmauit quandam bullam Nicolai. 5. in qua latiſsimæ & copioſsimæ exemit illos à ſolutione cuiuſcunque canonicæ portionis. Et iſta eſt melior & copioſior conceſsio, quam ſit in omnibus priuilegiis fratrum mendicantium in materia iſta. Nam dicit quod non ſolum non teneantur ſoluere quartam aut canonicā portionem de omnibus in ſupradictis conceſsionibus cōtentis, ſed nec etiam de funeralibus oblationibus, nec ſimiliter de his quæ abſolutæ eis quomodocunque legantur aut largiuntur. Non obſtante clementina. Dudum de ſepulturis, & aliis quibuſcunque in contrarium facientibus, & cum decreto irritanti. B. fo. 86. Et ffo. 169. cōce. 395. Approbatio autem Sixti habetur. fo. 98. Et ffo. 181. conce. 436. 8 *Ex priuil. Carmeli.* *Nota.* *Quarta.*

ALEXANDER. 6. omnia priuilegia conceſſa ordinibus mendicantium conceſsit fratribus mino. regularis obſeruant. ac ſi eis ſpecialiter eſſent cōceſſa etiam quo ad exemptionem à ſolutione quartæ locorum ordinariis & parrochialium eccleſiarum rectoribus debitæ, à qua eos pro potiori cautela exemit. B. fo. 76. Et ffo. 159. conce. 378. 9 *Quarta.*

IVLIVS. 2. conceſsit fratribus ordinis mino. vt de hortis & virgultis & aliis quibuſcunque bonis eiuſdem ordinis domibus & earum eccleſiis huiuſmodi pro tēpore relictis & legatis ac ſuper luminaribus & aliis rebus diuino cultui pro tempore dedicatis, decimas aut oblationes aliquas (etiam ex noualibus) aut quartam ex funeralibus ſoluere minimè teneantur, nec ad id à 10 *Pro fratribus minimis.* *Legata.* *Quarta.*

quo quam cuiuſuis dignitatis aut nobilitatis exiſtat valeant quomodolibet coarctari. B. fffo. 11. conce. 38.

11 *Quarta.* Idem Iulius communicauit fratribus mino. obſeruā. omnia priuilegia aliorum ordinum mendicantium illaque de nouo conceſſit, & exemit eos expreſſe abſolutione quartæ &c. B. fffo. 12. conce. 49.

12 *Quarta.* LEO. 10. motu proprio & ex certa ſcientia literas prædictas Iulij. 2. & in eis contenta quæcunque approbauit innouauit & confirmauit ac plenum firmitatis robur obtinere decreuit, & potiori pro cautela præmiſſa omnia de nouo conceſſit & indulſit, ſuper quibus dedit cōſeruatores, apponendo magnas non obſtantias. B. fffo. 17. conce. 57.

Collector. Vltra omnia ſupradicta eſt ſciendum quod ſuper huiuſmodi materia quartæ fuit ventilata cauſa in rota romanæ curiæ inter epiſcopum & capitulum eccleſiæ zamoreñ. ex vna, & fratres mino. obſeruantiæ conuentus *Quarta.* ſancti Franciſci zamoreñ. ex alia parte, & fuit lata ſententia diffinitiua & executoria in fauorem prædictorū fratrum expedita, prout habetur ad longum. ffo. 77.

CAPITV. GENERA. AC PROVINCIA.

1 *Capitulū generale.* EVGENIVS. 4. ſtatuit vt in capitulis generalibus fratrū mi. obſer. fierent tales ordinationes, per quas omnes fratres prædicti quorūcunque locorum & quarumcunque prouinciarū ad vnum eundēque modū *Statuta.* viuendi (quantum fieri poteſt) reducantur, tā in circa habitus geſtationē quā circa fratrū receptionē & alia quæcunque. B. fo. 28. Et ffo. 112. conce. 241.

2 *Capitulū generale. Declarare, Ieiunium* Idem Eugenius conceſſit capitulo generali facultatem ordinandi & declarandi in quibus locis & prouinciis fratres debeant ieiunia regulæ in cibis quadrageſimalibus obſeruare, & in quibus debeant patrum conſuetudines imitari, vel aliter ſe habere. B. fo. 28. ffo. 112. conce. 242.

3 *Capitulū p̄uinciale.* SIXTVS. 4. conceſſit & ordinauit quod fratres mi. non niſi duo tantum prouincialia capitula de triennio in triennium tenere & celebrare obligentur. Nō obſtā-

te bulla Eugenij. 4. ſtatuentis, vt ſingulis annis prouinciale capitulum celebraretur in qualibet prouincia. B. fo. 45. Et ffo. 129. conce. 289.

4 Capitulũ generale & prouinciale.

Leo 10 conceſſit capitulo generali, vt (præmiſſa debita diſcuſſione) poſſit concedere illis prouinciis, quibus vtile & expediens viſum fuerit, vel ſemel tantum de triennio in triennium celebrent capitulum prouinciale. O. ffo. 59 conce. 168.

5

Idem Leo fecit iterũ eandem conceſſionem per breue cõmittens hoc generalibus cũ eorũ capitulis pro tẽpore celebrandis B. ffo. 54. conce. 153.

6 Miniſter generalis.

Idem Leo in bulla vnionis ſtatuit vt miniſter generalis primo triennio ſui officij celebrare teneatur vnum capitulum generale in partibus quibus in ſuo ſexẽnio non erit commiſſarius generalis .i. in partibus vnde ipſe fuerit aſſumptus, ad quod conueniant vocales illarũ partium à quibus aſſumptus fuerit, Et quod ſimiliter aliud capitulum in partibus in quibus aſſumptus nõ fuerit, per ſe vel per ſuum cõmiſſariũ (ad quod omnes vocales illarũ partiũ accedere teneãtur) celebrare debeat, Aut quod ſuper hoc fiat quod generalis miniſter cũ capitulo generali iudicauerit faciẽdũ. B. ffo. 29. cõce. 96. Capitulũ generale.

7 Prouinciales & cuſtodes.

Idẽ Leo in prædicta bulla vnionis ſtatuit, quod miniſtri prouinciales poſſint infra triennium ſui officij à ſuis capitulis prouincialibus, quæ ſecundũ regulã & conſuetudinem celebrabũtur (ſi minus vtiles inuenti fuerint) ab officiis prouincialatus abſolui, Et ꝙ idem iudicium de cuſtodibus per omnia habeatur. B. ffo. 30. cõce. 97.

CASVS RESERVATI.

Diſtinctio materiæ caſuum reſeruatorum.

Collector.

Quantum ad illa, quæ circa materiam caſuũ reſeruatorũ reperiuntur in priuilegiis fratrum, eſt cõſiderãdum quod huiuſmodi caſus ſunt in duplici differentia. Quidã enim reſpiciunt perſonas fratrum ſolũmodo. Et hi habentur ſupra in dictione Abſolutio ordinaria quo ad fratres in omnibus fere paragraphis. Et in dictione Abſolutio quoad fratres extraordinaria in omnibus. §.

Reliqui verò caſus concernunt perſonas ſeculares, qualiter.ſ. poſſint abſolui ab huiuſmodi caſibus per fratres confeſſores, necnon quot & quales ſint præfati caſus, tã qui reſeruantur epiſcopis quàm Papæ. Iſti autẽ continẽtur ſupra in dictione Abſolutio quo ad ſeculares ferè in omnibus. § preſertim in illis in quibus poſitum eſt in margine, Caſus reſeruati papæ vel epiſcopis. De quo etiam vide infra in dictione Excõmunicatio vbi ponũtur caſus bullæ cenæ Domini, ac nonnulli alij papales.

CELEBRATIO DIVINORVM.

Collector. Diſtinctio materiæ celebrationis diuinorum.

Circa celebrationem diuinorum ſunt multa & varia ſtatuta & cõceſſa in priuilegiis, quæ vt faciliùs intelligi ac reperiri valeant, ſubſequenti ordine diſtinguere vrſum eſt. Primo enim aliqua iſtorum attinent ad celebrationem horarum canonicarum, Et hæc habentur infra in dictione officium diuinum. Secundo alia pertinent ad celebrationem miſſarum, Iſta autem ſunt multiplicia, & habentur ſub variis dictionibus, prout infra in dictione Miſſa ſit diſtincta & ad propria loca remiſſa. Et in ſpeciali illa quæ concernunt locum & tempus ſeu horam celebrandi continentur in hac dictione Celebratio diuinorum, ſicut notulæ in marginibus poſitæ oſtẽdunt euidenter. Tertio ſunt multa alia quæ tangunt generaliter celebrationem diuinorum tàm horarum canonicarum quàm Miſſarum pro tempore interdicti, Hæc autem continetur ad longum in dictione interdictum, prout ibidem reperientur diſtincta.

1 *Locus celebrationis diuinorũ.* CLEMENS. 4. conceſſit quod in locis vbi fratres degunt poſſint habere oratoria in quibus cum altari portatili poſſint miſſarum ſolennia & alia diuina officia celebrare. B. fo. 56. Et ffo. 140. conce. 313.

2 *Locus celebrationis.* Idem Clemens prohibuit ne quis in eccleſiis fratrum minor. Miſſarum ſolennia, vel pro animabus eorũ qui ad loca eorum tumulandi feruntur ibidem exequias celebrare ſine eorundem fratrum aſſenſu & voluntate præſumant. B. fo. 58. Et ffo. 141. conce. 236.

EVGENIVS.4.conceſſit quod fratres mino. poſſint 3
celebrare miſſam vſque ad nonam ſine ſcrupulo con- *Tempus*
ſcientiæ.o.ffo.102.conce.418. *celebra.*

PIVS.2. cõceſsit quod generalis poſsit dare autho- 4
ritatem celebrandi per vnam horam antè auroram eis *Tempus*
quibus ſibi videbitur apoſtolica authoritate.o. ffo.97. *celebra.*
conce.346.

SIXTVS.4. conceſsit eiſdẽ fratribus, vt non ſolum 5
in oratoriis & locis quibus degunt, ſed etiam in quouis *Locus cele*
alio loco congruẽti & honeſto poſsint ſuper altari por *bratio.*
tatili, Miſſas libere & licite celebrare.B. fo. 59. Et ffo.
143.conce.344.

Idem Sixtus conceſsit quod fratres mino.obſer.ſacer 6
dotes, cauſa neceſsitatis, poſsint antè & poſt horam ſta- *Tempus*
tutam ab eccleſia celebrare.o.fo.63. Et ffo. 67. conce. *celebra.*
109. Et fffo.96.conce 324.

INNOCENTIVS. 8. conceſsit fratribus ordinis 7
prædicatorum congregationis Hiſpaniæ reformatis, *Tempus ce*
& minoribus per communicationem priuilegiorum, *lebra.*
quod poſsint celebrare per horam antè diem & per ho
ram poſt meridiem.o.fo.16.Et ffo. 76. conce. 194. Et
fffo.101.conce.393.

Idem Innocentius conceſsit fratribus Auguſtinenſi- 8
bus quod expleto matutinali officio, etiam antè lucis *Tempus*
auroram poſsint celebrare.b.fffo 141.conce.399. *celebra.*

ALEXANDER.6. conceſsit ad remouendum ſcru- *Modus ce*
pulum conſcientiæ, quod poſsimus celebrare cum pla- *lebrandi.*
nellis de corio ſine calcaneo.o. ffo.70 . conce. 173. Et
fffo 99.conceſsio.370.

Idem Alexander conceſsit fratres poſſe celebrare in 9
cameris ſecularium vel plateis dato quod non videan- *Locus ce-*
tur loca inhoneſta, quia in cameris dormiunt coiugati, *lebrationis*
& in plateis fiunt multa prophana.o.ffo.70.conce.173.
Et fffo.99.conceſsio.371.

LEO.10 conceſsit fratribus mino.obſeruantiæ vt de *Tempus*
licentia ſuorum ſuperiorum (quorum conſciẽtiis re- *celebra.*
mittit quomodo fratres debeant vti hac gratia) poſsint
celebrare illico poſt matutinum & poſt meridiem pre-
ſertim diebus quando eſt de audienda Miſſa præceptũ,

quando fratres habent ambulare, ſiue quando de via veniunt,& non poſſunt antè meridiem applicare ad locū vbi cōmodè poſſint Miſſam audire,ſiue honeſtè celebrare. De æſtate verò quando noctes ſunt breuiores, etiam antè matutinum chori vel infra,dū nodo celebraturus illud per ſe aut cum ſocio dixerit, prout conſuetū eſt in ordine cum prima.o.fffo.92.conce 275.

Collector. Qualiter autem poſſint & debeant fratres celebrare tempore interdicti,ac etiam quando ſuſpenditur interdictum in feſtiuitatibus ſanctorū ſui ordinis, vel alias, vide infra in dictione Interdictum.

CLAVSVRA MONIALIVM.

VRBANVS.4. ſtatuit qualiter moniales. S. Claræ ſecundam regulam (quā ipſe ordinauit) profeſſæ, teneantur ſeruare clauſuram monaſteriorum ſuorum, ſub forma ſequenti.

Ex ſecūda regula. S. Claræ. Omni namque tempore vitæ ſuæ, hanc vitam profitentes, clauſæ manere firmiter teneantur infra murorū ambitum ad intrinſecam clauſuram monaſterij deputum,niſi forſan (quod abſit) ſuperuenerit ineuitabilis & periculoſa neceſsitas,ſicut exuſtionis ignis, vel incurſus hoſtilis ſeu alicuius huiuſmodi,quæ dilationē nullo caperet modo ad egrediendi licentiam poſtulandum.

Caſus in quibus moniales poſſunt egredi clauſuram. In quibus caſibus transferant ſe ſorores ad locum aliū competentem,in quo (quātum commodè fieri poterit) clauſæ morentur, quouſque eis de monaſterio ſit proviſum. Et præter huiuſmodi neceſsitatis euidentiam nulla eis conceditur licentia vel facultas extra prædictā clauſuram vlterius exeundi,niſi fortè (de mandato aut authoritate Cardinalis Romanæ Eccleſiæ, cui à ſede apoſtolica generaliter fuerit iſte ordo commiſsus) ad aliquem locum aliquæ mitterētur cauſa plantādi vel edificandi eandem religionem, vel reformandi aliquod monaſterium eiuſdem ordinis ſeu cauſa regiminis, aut correctionis,aut alicuius valdè euidentis, & grauis diſpendij euitādi, vel niſi de eiuſdem Cardinalis mandato,aut authoritate monaſterio primo rationabili cauſa

relicto,totus conuentus ad monaſterium aliud ſe tranſferret.b.fo.284.in 2.tracta. 3. Et ffo. 294. in tracta.rubrica.2.

Aduertēdum eſt circa prædicta, quod propter nullam aliam cauſam poteſt exire aliqua de prædictis monialibus extra clauſuram ſuorum monaſteriorum,niſi præ habitā licentia & diſpenſatione ſedis apoſtolicæ, etiam ratione infirmitatis cōmunis, Vnde ſuper hoc conſulti multi doctores famoſi vniuerſitatis Salmantinæ præmiſſa diligenti & exactiſſima diſcutione ac deliberatione, ita debere obſeruari concluſerunt prout patet in quæſtione & deciſione infraſcripta. *Collectio*

Quæritur vtrum miniſter generalis, aut prouincialis ſeu viſitator, vel commiſſarius ordinis fratrum minorū habens curam monialium.S. Claræ valeat quandā monialem vnius monaſterij (ſecundam regulam.S. Claræ profeſſam) ad aliud eiuſdem ordinis monaſterium, cauſa alicuius grauis infirmitatis curādæ,licentiare, Et licet dubia pro vtraque parte altercata luceſcunt clariùs, redimendi tamen temporis gratia, non hinc inde alterabitur, ſed negatiua tanquā vera apertis fundabit̃ iuribus & rationibus,modo ſequenti. *Quæſtio notabilis.* *Reſponſio.*

Ex primo in rubrica ſecunda eiuſdem regulæ continetur, prout ſuprapoſitum eſt, quod moniales illam vitam profitentes firmiter teneantur manere in clauſura toto tempore vitæ ſuæ,preter quam ſi euenerint certi caſus fortuiti,ibi expreſſi, vt incendij,belli & huiuſmodi.Poſtea narratis fortuitis, excipit etiam alios non fortuitos tenoris ſequentis. Niſi forte de mandato cardinalis Romanæ eccleſiæ,cui generaliter iſte ordo à ſede apoſtolica fuerit commiſſus, ad aliquem locum aliquando mitteretur cauſa plātandi vel edificandi eandem religionem vel reformandi aliquod monaſteriū eiuſdem ordinis, ſeu cauſa regiminis, aut correctionis aut alicuius valdè euidentis & grauis diſpendij euitādi &c.Cū ergo ad huiuſmodi licētiā obtinendam requiratur mādatū cardinalis in præſentiarū protectoris ordinis & dictus Reuerēdus pr̃ miniſter prouincialis.N.nec ali⁹ frater officium viſitatoris exercens, nō habeat manda- *Prima probatio.*

tum niſi ſolummodo de viſitando reformando corrigē do & caſtigando, non autem de licentiando. Igitur eam licentiare non poteſt.

Secunda probatio. Secundo ad hoc quod dictus Cardinalis protector poſsit prædictam monialem licentiare, oportet vt ſit ad huc in caſibus ſuperioribus ſibi commiſsis, ſed grauiter infirmari non eſt de caſibus ſibi commiſsis, ergo &c. Et quod non ſit de eis probatur, quia ipſi ſunt certi caſus poſiti expreſsim & nominatim, & in fine dicit, vel alicuius valdè euidentis & grauis diſpendij euitandi. Et quod non ſit de expreſſe nominatis patet cum iſte caſus inter ſuperiores non ſit poſitus. Quod non veniat etiam appellatione valdè euidentis & grauis diſpendij euitandi (licet quilibet ſani intellectus poſſet comprehendere) tamen probatur ſic. Si hæc monialis eſſet peſte vulnerata ne corrumperetur tota domus videretur licentiari debere extra clauſuram curandam, quod ſi nō fieret videretur valdè euidens & grauè diſpendium, quod vt euitaretur deberet licentiari. Idem de notabili lepra tali videlicet quod ſi eſſet perſona ſecularis iure poſſet extrahi de populo & mitti ad domos in campis ſeparatas. Vel (quod abſit) de lepra ſeu morbo morum, & ſic de aliis infirmitatibus contagioſis, ex quibus toti communitati ex vnius infirmitate poſſet venire corruptio. Sed de aliis infirmitatibus non contagioſis, quanquam dicatur quod locus eſt illi infirmitati contrarius, vel quod aquæ ſunt groſſæ vel ſimilia, poteſt reſponderi quod ſi locus eſt humidus habitet infirma in alto. Si valdè ſiccus in inferioribus, & ſi aquæ ſunt groſſe coquātur. Et ſi non eſt copia medicorum, ſit contenta cum illis vel illo, qui communiter ſufficit ciuibus, & ſic debet ſufficere religioſis & ſimilia. Vnde propter huiuſmodi infirmitates ſic vel ſic curandas non poteſt vllo pacto dici quod admittitur vel euitatur valdè euidens & graue diſpendium. Ad quod ponderanda ſunt verba. ſ. valdè euidentes & graues, quia ſunt duo termini & copulatiue poſiti, & ponuntur diuiſim ratione illius coniunctionis, & iuxta ea q̄ notātur in rubrica. ff. de iuris & facti ignorantia. Et ſic requiritur quod iſtud diſpēdiū nō

Nota.

ſolum

ſolum ſit valdè euidens, ſed etiam quod ſit grauè. Sed cum reuera nec ſit valdè euidẽs nec grauè, dico hoc, non reſpectu perſonę, nam reſpectu perſonę benè poteſt eſſe valdè euidens & grauè, ſed dico reſpectu cõmunitatis, quod debet ſic conſiderari ratione illius verbi, euitandi, quod de ſui natura requirit duplices perſonas ſ. perſonam quæ vitetur, & perſonam à qua euitetur, vt patet per textum & quæ ibi trahuntur, in. c. Illud, de cleri. excõmu. mini. Et in ca. Nulli de ſententia excõicationis, cum aliis multis iuribus, quæ ad præfatum propoſitum adduci poſſent niſi ob prolixitatem vitandam. Igitur. R. P. miniſter prouincialis ſeu viſitator prædictã monialem licentiare non poteſt.

Tertia probatio. Tertio conſiderandum eſt quod papa in omnibus locis regulæ, vbi aliquid contra clauſuram exceptauit, ſiue in caſibus fortuitis, ſiue non fortuitis, nunquam habuit conſiderationem ad aliquam perſonam particularem. Et eſt veri ſimile, immo iuridicium, quod ſi voluiſſet, expreſſiſſet. Vnde cum in omnibus ſuis exceptionibus, Papa ſemper conſuluerit & prouiderit communitati, benè colligitur quod voluit commoditatem communitatis, aliquando præferri clauſuræ. Sed cũ nuſquã in tota regula reperiatur (nec etiam in vno tantummodo caſu) cõmoditati perſonę particularis ſicut cõmoditati cõmunitatis conſulere vel prouidere, apertè patet quod cõmoditatẽ ſeu conſolationem perſonæ particularis nullo pacto voluit præferri clauſuræ. Igitur reuerendus pater miniſter prouincialis aut viſitator ſeu cõmiſſarius. N. nullatenus abſque ſpeciali licentia ſedis apoſtolicæ prædictam monialem licentiare poteſt.

Quarta probatio. Præterea & quarto in dicta ſecunda regula eſt quædam rubrica. ſ. duodecima tenoris ſequentis, De infirmis verò cura & diligentia maxima habeatur, & ſecundum quod poſſibile fuerit & decuerit, tàm in cibariis quæ earum requirit infirmitas, quàm in aliis neceſſariis in feruore charitatis benignè ac ſollicitè eis per omnia ſeruiatur. Quæ infirmæ proprium habeant lectum (ſi vnquam fieri poteſt) vbi à ſanis maneãt ſeparatæ, ne illarum ordinem valeant confundere vel turbare,

Ex qua rubrica duo clariſſime colliguntur. Primum in fauorem proximi præcedentis fundamēti. ſ.quod adeo cōmunitatem in ſua ſpirituali ſanitate Papa conſeruare vult, quod præcepit vt moniales corporaliter infirmæ taliter curentur quod ſanas in diuinis beneplacitis vacantes nullo modo valeant confundere vel turbare, Et ita cōmoditatem cōmunem ſemper conſiderauit nunquā autem particularem, Secundum eſt quod in hac rubrica Papa loquitur de grauibus infirmitatibus curandis quod patet quia dicit quod curētur maxima cura & maxima diligentia cū ſollicitudine & per omnia & ſimilia verba. Vnde ſequitur euidēter quod ſummus pontifex intellexit de grauibus infirmitatibus, aliter enim eſſet minùs proportionatum referri ad infirmitates leues ſed ad graues, cum ſecundū iura & omnimodam veritatem maxima maximis referantur. Et ſi prouidetur ad infirmitates graues curandas (quod negari non poteſt) clare conſtat quod ille caſus.ſ. valdè euidentis & grauis diſpendij euitandi non obtinet locū niſi in infirmitatibus contagioſis, vt ante dictum eſt, Et ſic dictus R.P.M prædictam monialem licentiare non poteſt.

Quinta probatio. Quinto & finaliter, licet omnia ſupradicta non militarent, quæ iuridice militant, non curemus quærere multas diſputationes cum excuſari poſſunt, nam vbi eſt caſus legis non eſt quæſtio iuris, vt in l.ancilla. C.de furtis, Textus eſt expreſſus in propoſito in c. vnico de ſtatu regul.lib.vj. cuius verba talia ſunt. Periculoſo & deteſtabili quarundam monialium &c. Inferius ſequitur vbi facit. *Nota.* Sancimus vniuerſas & ſingulas moniales præſentes atque futuras cuiuſcunque religionis ſint vel ordinis, in quibuſlibet mundi partibus exiſtentes, ſub perpetua in ſuis monaſteriis debere de cætero permanere clauſura. Ita quod nulli earū religionem tacite vel expreſſe profeſſe ſit vel eſſe valeat quacunque ratione vel cauſa (niſi fortè tanto & tali morbo euidenter earū aliquam laborare conſtaret, quod non poſſet cum aliis abſque graui periculo ſeu ſcandalo cōmorari (monaſteria ipſa deinceps egrediendi facultas. Ex quibus verbis clare conſtat licentiam huiuſmodi authoritate apo-

ſtolica eſſe prohibitam. Nec obſtat ſi aliquis dicat quod hoc poteſt intelligi de exeundo ad domos ſecularium ne ſecularibus moniales illecebris inuoluantur & non ad aliud monaſterium cauſa curandi vel huiuſmodi. Nam glo. non curat de ſimilibus interpretationibus, ſed intelligit textum iſtum de exitu ſimpliciter & abſolute, dicens quod nec ad aliud monaſterium cauſa curandi vel huiuſmodi, ſed quod ſit in perpetua clauſula præter quã in duobus caſibus quos excipit, quorũ noſter nullus eſt. Igitur R.P.M. prædictam monialem licentiare non poteſt, vt multipliciter & euidenter probatum eſt per prædicta.

Ex prædictis infertur euidenter, quod nullatenus poteſt aliquis prædictorum prælatorũ abſque licentia ſedis apoſtolice mutare aliquã monialem ſuæ curæ ſubiectam de monaſterio in quo profeſſa eſt vel de alio ad quod legitime tranſlata eſt ad aliud monaſteriũ vt ibi habeat curã infirmarum, vel vt pulſet organa, vel propter alias conſimiles cauſas, niſi ſolum pro cauſis expreſſis per Vrbanum vt ſupra poſitum eſt.

COMMISSARII.

LEO 10. ſtatuit vt quando generalis miniſter electus fuerit de ciſmontanis, inſtituat in partibus vltramontanis vnum generalem commiſſarium ab eiſdem vltramontanis fratribus eligendum, cui miniſter generalis ſuper præfatos fratres vltramontanos vices ſuas committat, prout capitulo generali expedire videbitur, Ita tamen quod commiſſarius præfato miniſtro generali omnimode ſubiiciatur, vt cæteri dicti ordinis prælati ſubiiciuntur, ac illi per omnia ſecundum regulam obedire teneantur. Dum verò miniſter generalis fuerit ex vltramontanis fratribus electus, tunc pariformiter commiſſarium generalem ciſmontanum inſtituere debet parimodo quo de vltramontano commiſſario ſuperius dictum & ſtatutum eſt. Qui quidem commiſſarius generalis per triennium ſolum generalis commiſſionis fungetur officio quo triennio

1 De cõmiſſario generali.

elapſo nouus cõmiſſarius per miniſtrum generalem in capitulo generali vt ſupra eligendus (ſecundũ quod vltramontanis vel ciſmontanis de cõmiſſario fuerit prouidendum) inſtitui debeat. B. ffo. 29. conce. 95.

Idẽ Leo fecit quoddã decretũ, aduerſus cõmiſſarios cruciatę, prout habetur in dictiõe cruciata. §. 4. vide ibi.

COMMVNICATIO PRIVILEGIORVM.

Diſtinctio materiæ communicationis priuilegiorum fratrum mendicantium.

Collector. Aduertendũ quod reſpectu cõicationis priuilegiorũ factæ ſunt multæ ac variæ conceſſiones omnibus ordinibus fratrum mendicantium quæ inferius annotãtur. Sed attendere oportet quod illę quæ ſpecialiter concernunt fratres minores & moniales ac tertiarios eorum curæ ſubiectos ponuntur primo. Illæ autẽ conceſſiones quæ tangunt fratres ordinis prædicatorũ ponuntur ſecundo loco. Illę verò cõceſſiones quæ ſpectãt ad fratres Auguſtinenſes necnon ad ſuos tertiarios ponuntur cõſequenter in tertio loco. Quædam autem cõceſſio quæ pertinet ad fratres Carmelitanos, ponitur quarto loco. Alia inſuper conceſſio attinens ad fratres ordinis minimorum ponitur quinto loco. Sed pro omnibus mendicantibus inſimul habetur quædam alia conceſſio, quæ ponitur in fine omnium.

Pro fratribus minoribus ac etiã prædicatoribus.

1 SIXTVS. 4. conceſſit profeſſoribus ordinis minor. vt conceſſis fratribus prædicatoribus, & eiuſdem prædicatorum ordinis fratribus, vt conceſſis prædictis fratribus minoribus priuilegiis indulgentiis gratiis fauoribus & indultis, tàm ſpiritualibus quã temporalibus, à Romanis pontificibus prædeceſſoribus ſuis & aliis authoritatem habentibus (quæ omnia ac ſi nominatim exprimerentur haberi voluit pro expreſſis) potiri & gaudere poſſint & debeant perpetuis futuris temporibus in omnibus & per omnia prorſus & ſine vlla differentia perinde ac ſi quæ vni ex ordinibus prædictis ſunt conceſſa vtrique ſimul nominatim conceſſa

fuiſſent aut concederentur impoſterum. Et voluit quod ea quæ de magiſtro generali & prouincialibus prioribus dicti ordinis prædicatorum ac monaſteriis monialium ſub eorundem fratrum prædicatorum cura, & ſecundum ipſius ordinis inſtituta viuentium ſunt ſtatuta in generali & prouincialibus miniſtris & vicariis dicti ordinis minorum & monaſteriis monialium ſanctæ Claræ & ecõtra cenſeantur eſſe ſtatuta B.fo.61. Et ffo.144.conce.354.

Idem Sixtus in bulla Aurea, omnes & ſingulas gratias conceſſiones & peccatorum remiſſiones immunitates exemptiones facultates priuilegia & indulta ſpiritualia & temporalia qualiacunque ſint hæremitarum ſancti Auguſtini & Carmelitarum & Seruorum ſanctæ Mariæ fratrum ordinibus & eorum Eccleſiis & oratoriis ac domibus prioribus fratribus & ſororibus conuerſis & oblatis & vtriuſque ſexus perſonis de pœnitentia nuncupatis, à prædeceſſoribus ſuis Romanis põtificibus & ab eodem Sixto aut aliis authoritatem habentibus (quæ omnia ac ſi nominatim exprimerentur haberi voluit pro ſufficienter expreſſis) coniunctim vel diuiſim in genere vel in communi conceſſa, eiſdem vel eorum cuilibet prædicatorum & minorum fratrum ordinibus domibus eccleſiis oratoriis generali magiſtro miniſtro prioribus & miniſtris prouincialibus cõuentualibus prioribus & guardianis ſororibus oblatis conuerſis & vtriuſque ſexus tertij ordinis ſeu de pœnitentia nuncupatis & aliis eorundem ordinum perſonis de nouo conceſſit, & in eis locum habere voluit, ac ſi eiſdem nominatim directè & expreſſe conceſſa fuiſſent. B.fo.66. Et ffo.149.conce.367.

2 Pro fratribus minoribus & prædicatorib⁹ & eis ſubiectis.

Idem Sixtus conceſſit ſeu communicauit fratribus & ſororibus trium ordinum beati Franciſci omnia priuilegia tàm ſpiritualia quã temporalia, omneſque indulgentias cæteris mendicantium ordinibus conceſſas tàm in cõmuni quã in particulari eorumque eccleſiis & locis quibuſcunque. b.ffo.109.conce.494.

3 Pro tribus ordinibus ſancti Frãciſci.

Idem Sixtus cõceſsit ꝙ ſorores ſ. Claræ ſub obediẽtia fratrũ mi.obſer.exiſtentes gaudeant omnibus priuile-

4 Pro monialibus S. Claræ.

giis exemptionibus & gratiis conceſſis in genere ſororibus reformatis ſororis colete.o.fffo.96.conce.338.

5 INNOCENTIVS 8. conceſſit quod omnia indulta gratiæ ac priuilegia conceſſa & concedenda fratribus familiæ ciſmontanæ cenſeantur etiam conceſſa vltramontanis & econuerſo.o.fo.64. Et ffo.68. conce.135. Et fffo.69.conce.145.

Pro tertiariis in particulari viuentibus.

6 Idem Innocentius extendit ſeu communicauit gratias & indulta conceſſa fratribus & ſororibus tertij ordinis in communi viuentibus etiam illis qui viuunt in particulari.o.fo.64.Et ffo.69.conce.146.Et fffo.100. conce.375.

Qualiter præfata conceſſio ſit intelligenda ponitur in dictione tertiarij poſt omnes conceſſiones, vide ibi.

Ampla communicatio priuileg.

7 ALEXANDER. 6. conceſſit fratribus mi.regularis obſeruantiæ, vt omnibus & ſingulis gratiis & priuilegiis,libertatibus,immunitatibus,& indultis ſpiritualibus & temporalibus tam fratrum prædicatorum quã heremitarũ ſancti Auguſtini & beatæ Mariæ de monte carmeli omnibuſque aliis mendicantibus per ſedem apoſtolicam vel legatos eiuſdem etiam per literas apoſtolicas mare magnum nuncupatas hactenus conceſſis (quorum tenores ac ſi de verbo ad verbum inſerentur haberi voluit pro ſufficienter expreſſis) vti potiri & gaudere libere & licite poſſint & debeant in omnibus & per oĩa, perinde acſi prædictis fratribus mino. ſpecifice cõceſſa fuiſſent.B.fo.76.Et ffo.159.cõce.378.

8 IVLIVS 2. conceſſit fratribus mi. conſimilẽ cõmunicationẽ priuilegiorum aliorũ ordinum mendicantiũ ad literã ponendo verba quæ Alexander 6.poſuerat in conceſſione cõmunicationis in §.7. immediate præcedenti annotata.B.fffo.12.conce.49.

Pro fratribus citra & vltramõtanis.

quicquid in contrarium attentatum fuerit ſit eo ipſo ir-
ritum & inane. B.fffo.32.conce.108.

Idem Leo ſtatuit quod nulla domus ſeu conuentus 3
fratrum minorum conuentualium poſſit transferri
ad obedientiam fratrum obſeruantiæ in qua fuerint mi
nus quam decem fratres, ſed ſi fuerint plures. ſ à decem
vſque ad viginti non poſſit etiam transferri niſi tres par
tes fratrum talis domus conſenſerint, Si autem fuerint

Refor. Conuentuū. à viginti & ſupra vſque ad quemcunque numerum, nequeant etiam reformari niſi duæ partes prædictorum fratrū conſentiant. Et voluit quod in quocunque præfatorū duorū caſuū miniſter generalis & prouinciales poſſint (quacunque conditione nō obſtante) domos fratrū conuentualium & illarum fratres huiuſmodi libere & licite recipere. B. fffo. 32. conce. 110.

4 Idem Leo conceſſit ſingulis fratribus conuentualibus ad generalem & prouinciales miniſtros tranſire volentibus, vt ab eorum ſuperiore priùs petita licet non *Licentia.* obtenta licentia liberam tranſeundi licentiam & facultatem. B. ff fo. 32. conce. 111.

5 *Reformatio fratrū conuentualium.* Idem Leo ſtatuit, quod illi ex fratribus conuentualibus qui vitam reformatam ſub generali ſeu prouincialium magiſtrorum cura ducere voluerint ſub eorum regimine permanere poſſint, dummodo aliquo ſigno notabili diſtinctiuo diſtinguantur & diſcernantur ab obſeruantibus qui vitam regularem ſub generali ſeu prouincialibus miniſtris ducunt, prout generalis miniſter & magiſter inter ſe conuenerint. B. fffo. 32. conce. 112.

6 *Proceſſiones.* Idem Leo ſtatuit qualiter fratres min. conuentuales ſe debeant habere cum fratribus obſeruan. eiuſdem ordinis in proceſsionibus & aliis locis publicis, prout habere infra in dictione Proceſsiones. §. 3. & 4.

7 *Prohibitio. Excōmunicatio.* Idem Leo motu proprio mandauit in virtute ſanctæ obedientiæ ac ſub excommunicationis latæ ſententiæ & priuationis officiorum penis ipſo facto incurrendis generali & prouincialibus magiſtris prædictorum fratrum conuentualium, quatenus dictos ſubditos ſuos moneant & compellant ne prædicent aut diſputent vel maledica verba iactare præſumant contra decreta & ordinata per ipſummet Leonem in capitulo generaliſſimo Romæ vltimo celebrato. ſ. in bullis vnionis & cōcordiæ. B. fffo. 35 conce. 120.

8 Idem Leo præcepit vniuerſis & ſingulis patriarchis archiepiſcopis & epiſcopis in virtute ſanctæ obedientię ac ſub pena interdicti ingreſſus eccleſiæ ac ſuſpenſionis à diuinis, inferioribus verò prælatis ſub excommunicationis

tionis latæ ſententiæ penis ipſo facto incurrendis à qui- *Excommunicatio.*
bus non niſi per Romanum pontificem (præterquam
in mortis articulo) poſſint abſolui, vt quoties à fratrib⁹
regularis obſeruantiæ requiſiti fuerint, moneant per
eorum literas patentes prædictos fratres conuentuales
ſub pena amiſſionis priuilegiorum eis per dictam bul- *Concordia*
lam concordiæ conceſſorum, vt prædictam bullam cō-
cordiæ ac omnia & ſingula in ea contenta cum effectu
obſeruent, & vt in euentum in quem eis conſtiterit eos
contrauenisse declarent eos penam priuationis huiuſ-
modi incurriſſe. Ac ex tunc fratres ipſos conuentuales
omnimodè ſubiectioni correctioni & obedientiæ ge-
neralis & prouincialium miniſtrorum in ſuis prouin-
ciis reſpectiuè perpetuò (iuxta formam literarum capi-
tuli generaliſſimi) ſubiectos eſſe, inhibendo tàm gene-
rali quam prouincialibus magiſtris, ne de dictis fratri-
bus conuentualibus vel eorum domibus & locis vlla-
tenus (niſi quantum à miniſtris generali & prouinciali-
bus illis fuerit conceſſum) ſe intromittant vllo modo. *Reformatio.*
Qui quidem miniſtri generalis & prouinciales ad om-
nimodam dictorum conuentualium reformationem
etiam per fauores regum & principum & communi-
tatum inſudare teneantur, bonis tamen immobilibus
dictorum conuentuū per generalem & prouinciales mi- *Bona immobili.*
niſtros reformandorum pro vna quarta eccleſiæ cathe-
drali ſeu diœceſi in qua dicti conuentus ſiti fuerint pro
duabus verò in expeditionem cruciatæ contra infideles
pro reliqua autem quarta partibus in reparationem di-
ctorum conuentuum (ipſo facto quo ad obedientiam
dictorum miniſtrorum reducti fuerint) per eos applica-
tis. B. ffo. 39. conce. 127.

Vide aliquid tangens conuentuales fratres infra in
dictione Eleemoſynas. §. 5. &. 9 ſ qualiter eis prohibitū
ſit ne petant eleemoſynas ſub nomine obſeruantium.

Vide etiam qualiter fratres cōuētuales poſſint puniri *Collectio.*
à fratribus obſeruātibus ꝗ in dictione Correctio. §. 4.

Item qualiter fratres conuentuales qui prius fuerunt de obſeruantia nequeant ſuccedere ſuis propinquis, vide infra in dictione Hæredes. §. 5. &. 6.

1 *Generalis miniſter.* INNOCENTIVS. 4. ſtatuit ſeu conceſsit, vt vniuerſos fratres minores, qui morantur in obſequiis aliquorum (illis duntaxat exceptis, qui fuerint ad legatorum ſedis apoſtolicæ ſeruitia deputati) poſsit & valeat generalis dicti ordinis liberè viſitare, corrigere, & amouere, ac alios pro eis ſubſtituere, prout ſecundũ deum viderit expedire, non obſtantibus literis ſeu indultis ſedis apoſtolicæ quibuſcunque. B. fo. 29. Et ffo. 113. conce. 245.

2 *Miniſtri prouin.* ALEXANDER. 4. conceſsit, quod ſi aliqui fratres minores aſsignati fuerint à ſede apoſtolica Archiepiſcopis vel Epiſcopis, poſsint miniſtri & eorũ vicarij eos corrigere, & ad ordinẽ reuocare. Et quod non teneantur prælati ordinis aliquos fratres aſsignare prædictis Epiſcopis ſeu Archiepiſcopis virtute quarumcunque literarum apoſtolicarum non facientium expreſſam mentionem de iſtis. b. fo. 24.

3 *Generalis & prouin. miniſtri.* CLEMENS. 4. ſtatuit quod generalis & prouinciales miniſtri & eorum vicarij illos ex fratribus minoribus de quibus authoritate literarũ ſedis apoſtolicæ vel legatorũ ipſius, Archiepiſcopis vel Epiſcopis, & aliis quibuſcunque prouiſum fuerit, corrigere poſsint, ac etiã (non obſtante contradictione aliqua) eos ad ordinẽ ſuum reuocare. Et quod nec per literas eiuſdẽ ſedis, aut legatorũ ipſius aliquos de fratribus prędictis teneantur prælati ordinis Archiepiſcopis & Epiſcopis, aut aliis perſonis in ſocios deputare, niſi dictæ litteræ de indulto huiuſmodi & ordinatione expreſſam facerent mentionẽ, ac alias id honeſtati ordinis & ſaluti illorũ viderint expedire. B fo. 57. & ffo. 151. conce 324.

Collector. Idem habetur in mari magno Carmelitarum. ffo. 185. conce 467. Et in mari magno prædicatorum. ffo. 237. conce. 552.

4 *De apoſtatis.* Idem Clemens ſtatuit qualiter generalis & prouinciales miniſtri poſsint, & debeãt corrigere fratres apoſtatas, vt habetur. s. in dictione Apoſtatæ. §. 8. & 9.

5 GREGORIVS. 11. ſtatuit qualiter omnes & ſinguli fratres ordinum mendicãtium, qui fuerint capellani

ſedis apoſtolicæ poſsint corrigi per ſuperiores dictorum ordinũ, prout habetur in dictione exẽpti fratres §.2.vide ibi.

BONIFACIVS.8. conceſsit, vt prælati ordinis mi. ad correctiones & punitiones fratrum eiuſdem ordinis delinquentium infligendas, ad quos eędem ſpectare noſcuntur (rimulis & apicibus iuris poſtpoſitis) libere procedere valeant ſecundum conſuetudines approbatas, & generalia ſtatuta ipſius ordinis facta & facienda. Ac inſuper voluit non licere prædictis fratribus ab eiſdem correctionibus & punitionibus aliquatenus appellare, præuia tamen in hoc deliberatione, ac maturitate debita obſeruatis B. fo 125. Et ffo.202. conce.499. 6 *Prelati.* *Appellare.*

Idem Bonifacius ſtatuit qualiter fratres minores apoſtatãtes debeãt corrigi, vt habetur ſupra in dictione Apoſtatæ. §.13. 7

EVGENIVS.4.& Pius.2. ordinauerunt aliqua circa correctiones fratrum minorum, tãm conuentualiũ quã obſeruantium, prout poſitum eſt in dictione Apoſtatæ § 152. Et quo ad Carmelitanos §.16. vbi ſ. 8

NICOLAVS. 5. conceſsit miniſtro generali pro tempore exiſtenti, quod omnes & ſingulos fratres ſiue in monaſteriis monialium, ſiue in aliis domibus, conuentibus, hæremitoriis, & locis dicti ordinis commorantes, etiam ab obedientia, viſitatione, & correctione dicti miniſtri per ſpecialia ſedis indulta ſe exemptos eſſe (præter regulæ & ſtatutorum dicti ordinis formam) prætendentes, non obſtantibus quibuſcunque priuilegiis, exemptionibus indultis, & literis apoſtolicis eis, eorumque monaſteriis, ſiue domibus, conuentibus, locis præfatis & hæremitoriis per ſedem apoſtolicam in genere vel in ſpecie conceſsis, de quibus in his litteris habenda eſſet mentio ſpecialis, poſsit iuxta conſtitutiones & regularia inſtituta antiqua dicti ordinis corrigere, viſitare, punire, & emendare, ac in criminibus grauioribus, ſi res ipſa exegerit (cum moderamine tamẽ) torturæ ſubijcere poſsit & valeat dictus miniſter generalis. b. ffo.47. conce.50. 9 *Generalis miniſter.* *Exempti fratres.* *Torquere fratres.*

10 SIXTVS.4. ſtatuit in bulla aurea, quod magiſter generalis prædicatorum & miniſter generalis fratrũ min. poſſint geſta per fratres ſuorum ordinum reſpectiuè, qui ſunt inquiſitores hæreticæ prauitatis examinare, & quærelas contra illos propoſitas audire, ac ſuper illis quãtum eis iuſtum & æquum videbitur ſtatuere & ordinare. Et ſi eos in aliquo deliquiſſe inuenerint, illos iuxta exceſſuum exigentiam, etiam per eorum ab officio amotionem ac alias corrigere & punire. B.fo.66. Et ffo.149.conce.366.

Inquiſitores hæreſis. Pro fratribus prædi. & min.

11 INNOCENTIVS. 8. conceſſit vicario generali fratrum ordinis prædicatorũ de obſeruantia congregationis prouinciæ Hiſpaniæ quod correctio fratrũ dictæ cõgregationis vndecumque ad terminos præſidentiũ conuentuũ reformatorum venientiũ iuxta conſtitutiones dicti ordinis fieri debeat, & ad eoſdem præſidentes pertineat, Non obſtantibus quibuſcunque priuilegiis indultis & literis apoſtolicis ſcholaſtico & vniuerſitati Salmantinæ ac quibuſcunque vniuerſitatibus per ſedem apoſtolicam conceſſis, quæ aduerſus præſentes noluit in aliquo ſuffragari poſſe, dũmodo propter correctiones huiuſmodi faciendas ſtudium fratrum corrigendorũ non impediatur.b.ffo.76.conce.194.

Partic. pro Hiſpa.

Cõtra conuentuales fratres ſtudentes.

Hæc conceſſio deſeruit etiam fratribus minoribus partiũ Hiſpaniarum, vt virtute cõmunicationis priuilegiorũ de qua ſupra in dictione Communicatio priuileg.§.10. poſſint ſimiliter corrigere fratres eiuſdem ordinis, præſertim Salmanticæ & compluti, vbi cauſa ſtudij ſunt fratres conuentuales.

Collecta. Nota.

12 ALEXANDER.6. conceſſit quod non obſtante capitulo vniuerſitatis de ſententia excommunicationis prælati noſtri poſſint percutere per alium (cauſa correctionis) & non cogantur cum propria perſona, etiam ſi neceſſitas non vrgeat.o. ffo. 70. conce.375. Et fffo. 99.conce.359.

Excõmunicatio.

13 LEO. 10. conceſſit idem quod Alexander præfatus, & adhuc clariùs.ſ. vt quando aliquem fratrẽ cauſa correctionis vel abſolutionis oportet verberare poſſint prælati ordinis mi. de obſeruantia & eorum cõmiſſarij

manu vicarij vel cuiuſuis alterius fratris ſubditi eum verberare ſeu diſciplinare, non obſtante capitulo Vniuerſitatis de ſenten. excommu. o. fffo. 93. conce. 292.

CORPORALIA.

CALIXTVS. 3. conceſſit quod fratres minores laici poſſint tangere & lauare corporalia. o. fffo. 101. conce. 398. 1

Vide aliam conceſ. præfati Calixti in dictione Ornamenta eccleſiaſtica. §. 3. *Collector.*

SIXTVS. 4. conceſſit quod omnes fratres clerici & laici poſſint tangere ſine ſcrupulo conſcientię calices & corporalia & alia paramenta cum reuerentia tamen. o. fffo. 97. conce. 363. 2 *Fratres laici.*

Idem Sixtus conceſſit omnibus monialibus ſanctæ Claræ ac ſororibus tertij ordinis curę fratrũ mi. cõmiſſis quod poſſint tangere & lauare ſacros pãnos exceptis corporalibus. Et poſtmodũ idẽ Sixt⁹ cõceſſit, vt omnes ſorores ſupraſcriptæ ſub clauſura & congregatione viuentes etiã corporalia & purificatoria tangere poſſint, dummodo ſteterint lota a fratribus. o fo. 62. Et fffo. 76. conce. 98. Et fffo. 95. conce. 318. 3 *Pro monialibus.*

Qualiter prælati ordinis mi. quandoq; aliqui alij fratres poſſint benedicere corporalia vide ſupra in dictione Benedicere. §. 1. & . 7. & . 8. & . 11. *Collector.*

CREDO.

SIXTVS. 4. conceſſit quod fratres min. poſſint dicere credo in ſolẽnitatibus ſanctorũ ſui ordinis & ſanctæ Claræ. o. fo. 63. Et no. 66. cõc. 118. Et fffo. 96. cõc. 329. 1 *Pro ſanctis ordinis.*

Idẽ Sixtus conceſſit, quod prædicti fratres poſſint dicere credo in octaua beati Franciſci o. fo. 63. Et ffo. 68. conce. 133. Et fffo. 200. conce. 180. 2

Attamen vtrum hæc conceſſio debeat intelligi tantũ de die octauo vel de omnibus diebus infra octauam dubium videtur, ſaluo tamen meliori iudicio poſſet dici quod de omnibus diebus infra octauam intelligen- *Collector.*

da ſit, nam non reperitur quod aliquando ſecundum vſum Romanum dicatur credo in die octauo alicuius feſtiuitatis ratione eiuſdem feſtiuitatis, & quod non dicatur in aliis diebus infra octauam.

CRVCIATA.

1 *Miniſtri generalis, & prouin.* CLEMENS.4 ſtatuit quod fratres mi. qui ad prædicandum crucem, ſeu cruciatam, ſeu ad alia huiuſmodi negocia fuerint à ſede apoſtolica deputati, poſſit generalis miniſter remouere, ſeu reuocare & penitus transferre ipſiſque quod ſuperſedeant iniungere, aliosque ſubſtituere cum expedire viderit, & in eos ſi contrà venerint, cenſurā eccleſiaſticam exercere. Ac quod, quilibet miniſter prouincialis, vel eius vicarius eiuſdem ordinis, ipſum poſſit in ſuā prouincia circa fratres ſuos, quibus ab eadem ſede ſimilia contigerit committi, non obſtantibus aliquibus litteris vel Indultis apoſtolicis, quæ de hoc non fecerint mentionem. B. fo. 57. Et ſto. 141 coccc. 326.

2 INNOCENTIVS.8. declarauit fratres mino. non poſſe nec debere eligere confeſſores virtute bullæ cru- *Abſolutio.* ciatæ &c. vt habetur late ſupra in dictione Abſolutio ordinaria quo ad fratres. § 12.

3 LEO.10. prohibuit & declarauit, quod nullus fratrum mino regularis obſeruantiæ poſſit accipere bullas cru- *Abſolutio.* ciatæ &c. vt ſupra eſt poſitum in dictione Abſolutio ordinaria quo ad fratres. §.17, &.38, vide ibi & nota

4 bene.

Cōtra cōmiſſarios cruciatæ. Idem Leo motu proprio & ex certa ſcientia præcepit vniuerſis & ſingulis cuiuſcunque cruciatæ commiſſariis pro tempore exiſtentibus, & aliis quibuſuis perſonis quacunque etiam archiepiſcopali, & epiſcopali dignitate fulgentibus, in virtute ſanctæ obedientiæ, ac *Excōmunicatio.* epiſcopis & ſuperioribus ſub prohibitione ingreſſus eccleſiæ, aliis vero ſub excommunicationis latæ ſententiæ ac priuationis officiorum ſuorum & inhabilitatis ad illa & alia impoſterum obtinenda penis (ipſo facto abſque vlteriori declaratione) incurrendis, ne de cæt

ro perpetuis futuris temporibus aliquos fratres ordinis min. de obſer. extra eorum conuentus ſeu domos ſine ſuorum ſuperiorum & prælatorum expreſſa licentia extrahere, ſeu ad prædicandum cruciatam, aut quaſcunque alias indulgentias ſeu litteras apoſtolicas deſtinare, aut alterius facultatis prætextu moleſtare perturbare aut inquietare, ſeu à prędictis fratribus aliquid exigere, vel gratias facultates aut libertates ſeu indulgentias & peccatorũ remiſſiones eis necnon monialibus ſanctæ Claræ tam primæ quam ſecundæ regulæ, ac tertij ordinis beati Franciſci ſororibus ſub obedientia prælatorum dicti ordinis minorum degentibus ſine illorum licentia cõcedere aut impartiri. B. fffo. 48. conce. 144. *Pro monia & tertiariis.*

Idem Leo præcepit fratribus & monialibus ac ſororibus præfatis, ne gratiis indulgentiis libertatibus immunitatibus quæ in bullis cruciatæ, aut aliis conſimilibus continentur, quouis quæſito colore contra obedientiam ordinis prædicti, ſine ſpeciali licentia ſuorum prælatorum vllo modo vti (ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna) præſumant. B. fffo. 48. conce. 144. *Prohibitio.* *Excõmunicatio.*

Aduertẽdum eſt circa prædicta, quod cum per bullas cruciatę vel alias ſimiles concedatur omnibus chriſti fidelibus confeſſionale perpetuum, vt de non reſeruatis papæ poſſint toties quoties voluerint abſolui per confeſſorem quemcunque ad libitum eligendum merito quærendum videtur, vtrum religioſi ſine licentia ſuorũ prælatorum poſſint prædictas bullas accipere, & conceſſionibus ſeu facultatibus in eis contentis vti. *Collector.* *Queſtio.*

Ad hoc autem prælati religioſorũ & omnes zelũ religionis habẽtes dicunt quod non & rationẽ aſsignant, Quia neque eſt nec eſſe debet intentio põtificis aliquid concedere vnde ordinis diſciplina collabi contingat, præſertim cum prohibitum ſit per litteras apoſtolicas & per regulas ac ſtatuta religionum, ne fratres confiteri poſsint peccata ſua perſonis extra ſuum ordinẽ ſine licẽtia ſuorũ prælatorũ. Itẽ quia ſi hoc liceret fratribus, quodammodo eximerentur ab obedientia prælatorum *Prima reſponſio.*

ſuorũ confitendo peccata ſua cui vellent. Eximerentur etiam à voto paupertatis procurando pecunias ad contribuendum pro huiuſmodi bullis ſine licentia, immo contra obedientiam prælatorum & contra ſuum votũ, in quo papæ non licet diſpenſare, prout ad litteram dicit. c. Cum ad monaſterium, de ſtatu regu. Etiam ex his daretur occaſio fractionis tertij voti. ſ. caſtitatis, prout experti dicere poſſunt.

Secũda reſponſio.

Attamen alij volunt contrariam partem rationibus apparentibus munitam defendere, præcipuè quia aliquando in prædictis bullis cõtinetur quod illas poſſint accipere religioſi etiam ſine licentia ſuorũ prælatorum.

Vltima reſponſio.

Ad quæſtionem reſpondetur vltimatæ, quod etiam ſi huiuſmodi bullæ in hoc nõ eſſent ſubrepticiæ ſicut ſunt prout pontifices poſtea declarant dicentes nunquam talem intentionem habuiſſe, cum non ſolum generaliter ſed nec alicui in particulari talia concederentur, videlicet quòd aliquis ſpreta regulari diſciplina & paupertatis voto quæreret pecunias ad contribuendum & accipiendum prædictas bullas abſque particulari neceſſitate pro qua non eſſet ordini conceſſa facultas, adhuc non poſſent per ipſas abſolui ſine licentia ſuorum prælatorum, cum non poſſint dicere quod hoc ibi expreſſe fratribus concedatur. Et propterea prælati ad obuiandum malitiis & proteruitatibus aliquorum, ſtatim cum talis cruciata vel ſimiles bullæ publicantur recurrunt ad pontificem, vt declaret religioſos vti prædictis non poſſe ſine licentia prælatorum. Et ita factum fuit tempore Sixti. 4. Innocentij. 8. Alexandri. 6. Iulij. 2. Et Leonis. 10. prout in libris ordinis patet. Et adhuc aliqui prędictorum pontificum dixerunt expreſſe, quod nũquàm habuerunt intentionem quòd fratres ſine licentia prælatorũ accipere poſſent prędictas bullas, & minus quod ipſis vterentur. Quinimmo impoſuerunt cenſuras religioſis maribus & fœminis ne talibus vterentur, ſicut fecit Leo. 10 vbi patet ſupra. §. 5. Et in tantum eſt hoc verum quo ad fratres mino. quod licet alij religioſi (forte de licentia ſuorũ prælatorũ) poſſint prædictas bullas accipere & eleemoſinam pro ipſis accipiendis procu-

Cõfirma. reſpõſio ſupra ſcrip.

rare fratres tamen mi.cũ ſit eis ſtrictiſſime ſub ꝓcepto ꝓhibitũ, ne pecunias vel denarios recipiãt aut ꝓcurẽt, niſi pro veris & certis neceſſitatibus, niſi ſibi occurreret aliqua talis neceſſitas, cui ſubleuãdæ non ſufficeiẽt priuilegia ordinis, nullo modo valerẽt nec licentia prælatorum ſufficeret, vt poſſent procurare pecuniã ad accipiendam bullam, Et ita declarauit Leo.10.O.ſſſo. 60. conce.178. dicens, quod in caſu talis neceſſitatis de licentia prouincialium & cuſtodum poſſint fratres accipere dictas bullas, Qui quidem prouincialis & cuſtos debet examinare prædictam neceſſitatem an ſit talis quod in ipſa poſſit diſpenſari. Nam licet ſolum regula concedat facultatem quærendi pecuniam pro fratribus induendis & infirmis curandis &c. ſatis infirmus eſt qui habet animæ ægritudinem non poſſibilem aliter curari quàm per bullam. Non tamen propterea negatur, quin pontifex poſſet bene informatus concedere alicui religioſo, vt confiteretur cui vellet, tamen dico quod per generalem conceſſionem nunquam hoc intẽdit facere, cum velit conſeruare religiones & non deſtruere. Et ſi dubitas de hoc dico tibi quod hoc ſufficit vt accipias partem ſecuriorẽ, prout dicit glo. in capitulo vnico. de ſcrutinio & ordine faciendo &c. iuuenis de ſponſalibus. Et ideo non committas te periculo in his præſertim quæ animam tangunt.

CVSTODES.

CLEMENS.4. ſtatuit in mari magno, ꝙ cuſtodes & guardiani qui ſecundum ſtatuta ordinis fratrũ mi. aliter quam per electionem inſtituuntur poſt ipſam inſtitutionem ſeu prouiſionem de ipſis factam curam animarum fratrum ſibi ſubditorum ipſius ordinis habeant, ipſoſque ligare ac ſoluere poſſint iuxta ipſius ordinis inſtituta. B.fo.56. Et ſſo.139. conce.309. 1

Circa præfatam conceſſionem vide ſupra in dictione Abſolutio ordinaria quo ad fratres poſt. §.3.

NICOLAVS 4. ſtatuit & declarauit, vt cum electio generalis miniſtri fuerit facienda cuſtodes vniuſcuiuſ- 2 Collector.

Pro electione generalis miniſtri. que prouinciæ vnum ex ſeipſis conſtituant, ac ei ſuas vices committant, ipſumque ad locum in quo electio eadem fuerit celebranda tranſmittant. Et quod is qui ſic ab ipſis cuſtodibus cõſtitutus extiterit vnam vocem dũtaxat pro ſe & eis omnibus habeat & intelligatur habere, ac pro vna voce tantummodo ab aliis admittatur. Hoc autem voluit ita obſeruari, etiam ſi cuſtodes alicuius prouinciæ ſint præſentes in huiuſmodi generali capitulo, vbi electio generalis debeat celebrari b.fo 31. Et ffo.32 conce 32.

Collector. Aduerte quod huiuſmodi ſtatutum iam vacat propter ſtatutum Leonis.10.inferius annotatum.

3 LEO.10.in bulla vnionis ſtatuit, quod electio miniſtri generalis quæ ſecundum regulam à miniſtris prouincialibus & cuſtodibus fieri debet liberè & abſque vllo ſcrupulo celebretur per prouinciales & diſcretos fratrum de familia, ſeu de obſeruantia, quos veros miniſtros eſſe ac diſcretos ipſorum ſimiliter veros eſſe cuſtodes declarauit B.ffo.29.conce.94.

DARE.

1 NICOLAVS.3.ſtatuit ſeu cõceſsit in declaratione regulę quę incipit, Exiit qui ſeminat &c. quod de rebus nobilibus vel parum valentibus liceat fratribus minoribus pietatis ſeu deuotionis intuitu vel pio alia honeſta & rationabili cauſa obtẽta ſuper hoc prius ſuorum ſuperiorum licentia iuxta quod inter fratres in generali vel prouincialibus capitulis tã de ipſis rebus vilibus ſeu parum valentibus & earum valore quam etiam de præfata licentia.ſ.à quibus & qualiter ſit habẽda extiterit ordinatum intra & extra ordinem aliis elargiri. B.fo.5.tracta.2. Et ffo.10.tracta.2.

Pauptas. *Pro rebus vilibus.*

2 LEO.10.ſupradictã cõceſsionẽ ampliando conceſsit, ꝙ non ſolũ generalis & prouinciales ac cuſtodes in ſuis capitulis, ſed etiã ipſi ac eorũ generales cõmiſſarij extra capitula poſsint arbitrari quæ res debeant viles & parui valoris reputari ad hoc vt res huiuſmodi poſsint dari intra & extra ordinẽ & ſuis ſubditis ad dandũ & recipien-

Pauper. *Ampli. conceſſ ſupraſ.rip.*

dum licentiam concederet, prout eis ſecundum Deum videbitur expedire. O.ffo.59.conce.175.

Aduertendum quod in capitulo generali Meclinienſi facta eſt circa prædicta ſequens determinatio. *Collector.*

Item quod fratres nullo modo ſecundum intentionẽ regulæ aut declarationes ſummorum pontificũ poſsint dare aliqua quantumcunque vilia aliis ſiue fratribus ſiue ſecularibus, nec recipere alia abſque licentia ſuorum prælatorũ. Habetur hoc fo 228.tractatu.3. Et ffo.246. in.2.tractatu. *Statutum ca.gene.*

DECIMÆ.

1

CLEMENS. 4. conceſsit fratribus mi. vt de hortis & virgultis ſuis nulli decimã teneantur exhibere, ac diſtricte inhibuit ne quis ab eis de præmiſsis aliquid exigere vel extorquere præſumat. B. fo 58. Et ffo.141. conce.334. Vide infra.§ 6.declarationem Sixti.4. & ampliationem eiuſdem. *Collector.*

2

BONIFACIVS.8 conceſsit vniuerſis & ſingulis abbatiſsis & conuentibus monialium incluſarum ſanctæ Claræ, vt ad præſtationem decimarũ de quibuſcunque poſſeſsionibus & omnibus aliis bonis quæ habuerint vel ad contribuendum in procurationibus quorumlibet ordinariorum ac etiam legatorum & nunciorum ſedis apoſtolicæ & quibuſlibet taliis & collectis & ad exhibendum pedagia telonea & alias exactiones quibuſuis regibus & principibus ſeu aliis perſonis minime teneantur, nec ad id compelli aliqualiter valeant. B. fo.38. Et ffo.122.conce.267. *Pro moniam ſanctæ Claræ.*

De hoc vide amplius infra.§ 8 & 9. *Collector.*

3

EVGENIVS.4 dedit pleniſsimam exemptionem monialibus ſanctæ Claræ, dicitque ibi inter alia ꝙ vult illas eſſe liberas ab omni decimarum ſubſidiorum, gabellarum & aliorum huiuſmodi ſolutione & contributione. b.ffo.41.conce.46. *Pro moniam ſanctæ Claræ.*

4

Idem Eugenius contulit aliam pleniſsimam exemptionem à decimis &c. fratribus & monialibus ordinis prædicatorum inſerendo bullam Martini 5. Et Bonifa- *Pro fratr. & mo or di. predi.*

cij.9.qui hoc idem prius fecerant.Sub nomine Martini habetur. b.ffo.262.conce. 681.Et ſub nomine Eugenij.B.fffo.80.conce.240.

5 Idem Eugenius conceſſit fratribus mino.obſer. quod non teneantur facere conſcientiàm de decimis in confeſſionibus &c.prout habetur ſupra in dictione Abſolutio quo ad ſeculares,2.in.§.2.

Abſolutio.

6 Sixtvs.4.extendens conceſſionem Clementis ſupra poſitam dicit ſic in mari magno. Indultum verò eiuſdem Clementis prædeceſſoris de decimis non ſoluendis ad quæcũq; bona dictorum fratrũ, & quaſcunq; decimas etiam quas vulgus papales appellat,& apoſtolica ſedes pro chriſtianæ fidei defenſione aut aliis immi nentibus perſæpe neceſſitatibus indicit, & quæcunque alia onera motu proprio & ex certa ſciẽtia extendimus decernentes ipſos fratres mi.(etiam ſi per quoſcunque exemptos & mendicantes ſolui mandarentur cum quibuſuis derogatoriis & fortioribus clauſulis)ad illarum ſolutionem non teneri,&ab illarum ſolutione ceſſando cenſuras & pœnas aliquas non incurrere, niſi præſentibus(nõ per generales aut alias clauſulas ſpecialem mẽtionem importantes) ſit alias derogatum ſpecifice earum de verbo ad verbum inſerto tenore.B.fo.60. Et ffo.143.conce.347.

Exactiones.

Collector. Idem habetur in mari magno Carmelitarũ. ffo. 169. conce.369.Et ffo.183.conce.450. Et additur fo. 96. Et ffo.179.cõce.424.quod nec de datiis vel pedagiis(etiã ſi per principes vel alios dominos temporales imponãtur)aliquid ſoluere teneantur.Et idem in mari magno prædicatorum.ffo.240.conce.579.

7 Idem Sixtus ſtatuit & ordinauit ac conceſsit abbatiſſis conuentibus & monialibus ſanctæ Claræ, quod de quibuſcunque terris & poſſeſsionibus ad eas legitime pertinentibus & ſpectãtibus quas etiam per alios quam eorundem monaſteriorum ſeruitores & ſubditos excoli & cultiuari faciunt decimas vel primitias (auctoritate tamen apoſtolica non impoſitas) quibuſuis perſonis cuiuſuis dignitatis gradus ſtatus ordinis vel conditionis fuerint ſoluere minimè teneantur. Nec ipſæ aut

Pro moni. ſanctæ Claræ.

ipſarum terrarum & poſſeſsionum coloni ſeu cultores ob ſolutionem decimarum primitiarum aut cenſus huiuſmodi per quempiam moleſtati poſſint, aut propterea contra eos procedi & pœnæ aliquæ promulgari valeant. Ac inſuper decreuit irritum & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquã quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contingat attentari, Non obſtantibus conſtitutionibus &c. B. fo. 35. Et ffo. 118. conce. 258.

Leo. 10. approbauit & innouauit quaſdam litteras Alexandri. 6. qui latiſsime conceſſerat monialibus. ſ. Claræ exemptionem à ſolutione decimarum &c. vt ſupra, ac inſuper voluit vt prædictæ moniales & ſorores tertij ordinis in congregatione ſub cura & regimine fratrum minorum regularis obſeruantiæ viuẽtes ac illarum monaſteria domus & loca quæcunque quorum fructus redditus & prouentus pro monialium & ſororum ac aliarum perſonarum in illis pro tempore degentium commoda ſuſtentatione non ſufficiunt ad ſolutionem cuiuſuis decimæ ſeu taxæ vel collectæ aut exactionis per ſedem apoſtolicam vel eius legatos ſeu nuntios aut quoſcunque alios quauis auctoritate fungentes pro fidei tuitione ſeu expeditione contra turcas vel recuperatione terræ ſanctę aut quauis alia vrgentiſſima cauſa impoſitæ (etiam prætextu quarumuis cenſurarum & pœnarum eccleſiaſticarum in litteris exactionis huiuſmodi appoſitarum) cogi aut compelli nequeant, Et hoc voluit diſtricte obſeruari ſub pœna excommunicationis, quam contra facientes ipſo facto incurrant, & à qua non niſi per romanum pontificem pro tempore exiſtentem abſolui poſſint. Ac decreuit irritum & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter vel ignorãter contigerit attentati. B. fffo. 48. conce. 143. 8 *Pro moniа. ſ. Claræ & tertiariũ.* *Excõmunicatio.*

Idem Leo approbauit ac de nouo conceſſit priuilegium Eugenij. 4. & Sixti. 4. per quod moniales S. Claræ eximuntur pleniſſime à ſolutione decimarum ſuatum terrarum & poſſeſsionum etiam illarum quas per colonos faciunt cultiuari ac etiam à gabellis & pe- 9 *Pro moniа. ſanctæ Claræ.*

dagiis vt ſupra poſitum eſt in. § 3.& 8. Super quo etiã dat cõſeruatores omnes prælatos eccleſiaſticos B. ſſo. 44.conce 140.

10 Idem Leo in cõcilio Lateranenſi ſtatuit,quod fratres *Denega. abſolu.* confeſſores teneantur hortari & monere(etiã ſub onere conſcientiarum ſuarũ) illos quorũ confeſsiones pro tẽpore audierint cuiuſcunque ſtatus & conditionis fuerint ad ſoluendum decimas ſiue aliam bonorũ ſuorum ſeu fructuum quo tam in locis in quibus decimæ ipſæ aut ſimilia ſolui conſueuerunt ipſiſque illas ſoluere recuſantibus abſolutionem denegare, & quod ſuper hoc requiſiti,id populo etiam publicè prædicare & perſuadere teneantur.B.fffo.26.conce 82.

DECLARARE ET DETERMINARE.

1 *De rebus vilibus.* NICOLAVS.3. qualiter commiſerit declarationẽ rerũ viliũ & parui valoris ad hoc vt fratres minores intra & extra ordinẽ poſsint illas dare & quomodo Leo.10 ampliauit huiuſmodi conceſsionẽ poſitũ eſt ſupra in dictione Dare.§.1.&.2.v debi.

2 *Cap̃ generale. Ieiunium.* EVGENIVS.4.conceſsit capitulo generali fratrum mino.facultatem ordinandi & declarandi in quibus locis & prouinciis fratres debeant ieiunia regulæ in cibis quadrageſimal bus obſeruare,& in quibus debeant patrum cõſuetudines imitari vel aliter ſe habere.B.fo.28. Et ffo.112.conceſsione.242.

3 *Pro fratr. predica. Priuilegia* INNOCENTIVS 8 conceſsit quod vicarius generalis ordinis prædicatorũ de obſeruantia congregationis hiſpaniæ cum aliqua perſona in dignitate eccleſiaſtica conſtituta & duobus aliis iuriſconſultis habeant auctoritatem & facultatem interpretandi dubia quæ occurrerint ſuper gratiis & priuilegiis tam ordini, quam congregationi prædictis conceſsis.& quod fratres dictę congregationis ſecure poſsint ſtare declarationibus per eoſdem faciendis.o.ffo 76.conce 195.Et ffo.101. conce.394.

Collector. Vide circa prædicta in dictione Priuilegia §.11.

4 LEO.10. conceſsit quod capitulũ generale duntaxat

habeat auctoritatem declarandi dubia quæ occurrerint circa diuini officij celebratione͂. O.fffo.59.conce.176. *Officium diuinum.*
Vide ſupraſcriptam conceſſionem latiùs in dictione Officium diuinum.§.19. 5
Idem Leo conceſsit quod in rebus dubiis & ſcrupulis conſcientias fratrum mi.ſubditoru͂ tangentibus generalis vel prouinciales ſeu cuſtodes cu͂ conſilio aliquoru͂ patrum (ſi res magnæ importantiæ fuerint) poſsint auctoritate ſuæ ſanctitatis determinare in ſcrupulis & rebus huiuſmodi ac ꝙ eorum determinationis ſubditi ſecura conſcientia poſsint & debeant ſtare. O.fffo.59. conce.172. *Scrupuloſi fratres.*
Vide in ſequenti conceſsione ampliationem præcedentis conceſsionis. *Collector.*
6 Idem Leo poſtea conceſsit quod omnes fratres qui ſunt nimis ſcrupuloſi poſsint in omnibus dubiis ſuam conſcientiam tam gentibus ſecura conſcientia ſtare determinationi ſui guardiani vel cuiuſcunque alterius prælati.o fffo.93.conce.287. *Scrupuloſi fratres.*
7 Idem Leo ampliauit conceſsionem Nicolai.3 ſupra poſitam §.1.vt habetur latè in dictione Dare §.1.&.2. *De rebus vili.*
8 Idem Leo conceſsit vt generalis & quilibet prouincialis in ſuis capitulis poſsint declarare vtrum ab vſu alicuius conceſsionis viuæ vocis oraculo factæ debeant fratres abſtinere &c.vt habetur latè in dictione Oracula, vide ibi & bene nota in §.3. *Oracula viue vocis.*
De declarationibus ac determinationibus variis factis à diuerſis ſummis pontificibus tam ſuper regulā quam ſuper multis aliis non fit hic mentio,quia nimis longum & inutilè foret omnia illa referre,& quia iuxta diuerſitatem materiarum ſuper quibus factæ fuerunt ſub diuerſis etiam ponuntur locis ſeu dictionibus huius compendij. *Collector.*

DISPENSATIO.

Diſtinctio materiæ diſpenſationum.
Circa ea quæ in priuilegiis fratrum mendicantium reperiuntur conceſſa quo ad materiam diſpenſationum *Collector.*

eſt aduertẽdum quod aliqua illorum attinent ſolum ad perſonas fratrum & alia ad perſonas ſecularium quando prædictis fratribus confitentur. Attinentia ad fratres pro ſuis perſonis ſunt in duplici differentia, nam quædam pertinent ad diſpenſationem faciendam in confeſsionibus, & hæc inſimul cum conceſsionibus abſolutionum pertinentibus ad eoſdem fratres poſita ſunt ſupra in dictione. Abſolutio quo ad fratres, vbicunque in marginibus reperta fuerit hæc dictio Diſpẽſatio. Alia vero quæ tangunt diſpenſationem quæ fieri poteſt extra confeſsionem ſacramentalem ponuntur hic infra. §.8.&.10.&.11.&.12.& 13.&. 20.&. 21. Aliqua autem quæ ſpectant ad moniales continentur infra. §.6. & 19. Illa verò quæ pertinent ad perſonas ſeculares habentur ſupra in dictione. Abſolutio quo ad ſeculares. 1.in. §. 19. Et in dictione Abſolutio quo ad ſeculares. 2.in. §.11. Et ſimiliter habentur nonnulla hîc infra. §.1.&.2.& 16.

1 *Infideles Irregularitates.* GREGORIVS. 9. conceſsit fratribus minoribus in terris quorumcunque infidelium exiſtentibus vt cum irregularibus poſsint diſpenſare in illis caſibus in quibus ſolent legati ſedis apoſtolicæ diſpenſare. b. ffo.257.conce.641.

2 *Pro fratr. prædicato. Infideles Irregulares.* NICOLAVS.4. conceſsit fratribus ordinis prædicatorum in terris infidelium exiſtentibus, vt poſsint diſpenſare cum irregularibus partium illarum in caſibus in quibus ſolent legati ſedis apoſtolicæ, ac etiam cum clericis ipſarum partium patientibus defectum natalium, dummodo non ſint de adulterio vel inceſtu aut de regularibus procreati. b. ffo. 262 conce. 680.

3 CLEMENS.4. in mari magno fecit optimam conceſsionem circa diſpenſationem ſimul & abſolutionẽ, quæ poſita eſt ſupra in dictione Abſolutio ordinaria quo ad fratres. §.4.&.6.

4 *Pro fratr. prædica.* Idem Clemens conceſſit quod fratres ordinis prædicatorum proferentes ſine ſcripto ſententiam excommunicationis ſuſpenſionis vel interdicti, & infra menſem celebrantes (non obſtante conſtitutione hoc prohibente) poſſint à magiſtro generali & prioribus prouincialibus

uincialibus dicti ordinis diſpenſari impoſita eis ſuper hoc pœnitentia competenti. Et quod ſi præfati prælati, in huiuſmodi caſu exceſſerint, poſſint à confeſſoribus per ipſos electis, eodem modò diſpenſari. b. ffo. 72. conceſſione. 188.

EVGENIVS. 4. fecit quandam eximiam conceſſio- 5
nem circa diſpenſationem & abſolutionem, quæ poſita eſt etiam ſupra in dictione Abſolutio extra ordinaria
quo ad fratres. 5. 2. 6

Idem Eugenius diſpenſauit cum monialibus ſanctæ Claræ, ac tertij ordinis ſub obedientia fratrum minorũ regularis obſeruantiæ exiſtentibus, vt ſolummodo teneantur ad illa ieiũnia, ad quæ fratres dicti ordinis obſeruãtes obligati ſunt. Item ſuper ſilẽtio perpetuò præfatis monialibus ſanctæ Claræ in regula impoſito concedit generali, & prouincialibus, vt cum conſilio diſcretorum poſſint diſpenſare, ac ſimiliter in quibuſcunque aliis perpetuis. b. fo. 46. Et ffo. 42. conce. 47. *Pro monialibus. Ieiunium Silentium*

Idem Eugenius diſpenſauit cum barbitonſoribus, vbi 7
eſt conſuetudo in ſabbatis & vigiliis de ſero radere barbas. o. ffo. 101. conce. 400.

PIVS. 2. conceſsit, quod prælati ordinis mi. de obſer- 8
uantia circa ſubditos ſuos poſsint condeſcendere, ſeu diſpenſare cum debilibus & infirmis in his quæ non ſunt contraria regulæ, Et fuerunt expreſsi aliqui caſus, vt de ſotularibus in itinere, ac de æquitando, licet non ſit arcta neceſsitas, vel infirmitas. o. fo. 62. Et ffo. 65. conce. 92. Et ffo. 100. conce. 382. *Pro infirmis.*

Aduertendum eſt circa huiuſmodi conceſsionẽ quòd eſt velut propoſito ſeipſam falſificans, Nã primo dicit quod poſsit diſpenſari in his quæ non ſunt contra regulam, & poſtea explicat aliqua quæ ſunt manifeſtè contra regulam. Ponit enim exemplum in æquitatione & calciamentis &c. quæ ſunt manifeſtè de obligatoriis, & propterea videtur quòd debuit hic dici de his quæ nõ ſunt contra tria ſubſtantialia vota. Vel intelligi non eſſe contra regulam, quando eſt neceſsitas talis quæ bo 9
no modò aliter fieri non poteſt. *Collector.*

SIXTVS. 4. dedit copioſam facultatem generali & *Irregularitas.*

prouincialibus, & eorum vicariis ad diſpenſandum ſuper quibuſcunque irregularitatibus cùm fratribus ſui ordinis, exceptis tantum tribus. Vide ſupra in dictione Abſolutio ordinaria quo ad fratres. §. 10. Et in dictione Abſolutio extraordinaria quo ad fratres. §. 4.

10 *Generalis & prouin.* *Irregularitas.* Idem Sixtus conceſſit, quod generalis & prouinciales ordinis minorum poſſint diſpenſare cum fratribus ſibi ſubditis in irregularitate homicidij, dummodo tales homicidæ non ſint certi, quod ipſi actu taliter occiderunt nec pro certo ſciant, quod fuerunt tales mãdatores, vel auxiliatores homicidij, ſic quod ſine illis nullo modo fuiſſet tale homicidium perpetratum. o. fo. 63. Et ffo. 66. conce. 102. Et ffo. 95. conce. 319.

11 *Generalis miniſter.* *Irregularitas.* Idem Sixtus conceſſit, quod generalis fratrum mi. habeat authoritatem diſpenſandi in irregularitate illorũ fratrum min. qui in bellis, vel in aliis cauſis ſanguinis effuſioni interfuerunt, Et quod tales (ſi qui ſunt) dũmodo alias ſufficientes fuerint, poſſint promoueri vſque ad ſacerdotium; Et quod in caſu quo aliqui propter iuris ignorantiam de tali caſu non aduertentes promoti fuiſſent, poſſint in ſuſceptis ordinibus miniſtrare. o. fo. 64. Et ffo. 68. conce. 129. Et ffo. 96. conce. 336.

Collector. Aduerte quod hæc conceſſio videtur ſolùm facta pro illis fratribus qui tunc erant in prædicto ordine & non pro futuris, & ideò non eſſet tutum vti illa impoſterum.

12 *Generalis & prouin.* *Promotio ad ſacros ordi. & ad prelaturas* Idem Sixtus conceſſit generali, & prouinciali miniſtris & eorum vicariis authoritatem diſpenſandi cum fratribus dicti ordinis mino. patientibus defectum natalium ex adulterio, ſacrilegio, inceſtu, & quouis alio nephario & illicito coitu prouenientem, Necnon cum his qui ex quauis cauſa (præterquam homicidij voluntarij, bigamiæ, & mutilationis membrorum) irregulares forent, poſtquam ordinem ipſum profeſſi fuerint, diſpenſare, vt defectu & irregularitate huiuſmodi non obſtantibus, irregulares ipſi ad quoſcunque, etiam ſacros ordines promoueri, & in illis, etiam in altaris miniſterio miniſtrare, Et quod tàm ipſi irregulares, quàm defectum natalium patientes prædicti ad quaſcũque ad miniſtrationes & officia dicti ordinis eligi, recipi, &

aſſumi,illaque gerere,& exercere liberè & licitè valeāt. B.fo.61.Et ffo.144.conce.352.

Aduertendum eſt circa prædicta de habilitatione fratrum defectum natalium patientium, vt poſſint aſſu mi ad prælaturas ordinis, quod in ſtatutis generalibus totiùs obſeruantiæ in capitulo generali Burgenſi vltimo apoſtolica authoritate æditis continetur ſequens ſtatutum. *Collector.*

Fratres patientes defectus natalium non fiant prælati in ordine noſtro, vel vicarij ordinarij, ita quod opotteat eos tenere capitulum. Nec fiant viſitatores ordinis noſtri,aut ſororum ſanctæ Claræ,niſi cum eis fuerit per capitulum generale, ſeu commiſſarium generalem diſpenſatum,Nec prædicta diſpēſatio in prædictis ſortiatur effectum,donec ſub ſigillo autētico prouincia lis miniſtri fuerit certitudinaliter declarata. *Statutum gene.*

Idem Sixtus conceſſit magiſtro generali & prioribus prouincialibus & conuentualibus, ac eorum vicariis ordin. prædicatorum defectum natalium ex adulterio, ſacrilegio, inceſtu, & quouis alio nephario & illicito coitu prouenientem patientibus, necnon cum his qui ex quauis cauſa(præterquam homicidij voluntarij, bigamiæ,& mutilationis membrorum) irregulares forent, diſpenſandi cum dicti ordinis prædicatorū profeſſoribus,poſtquam ipſum ordinem profeſſi fuerint,vt defectu & irregularitate huiuſmodi non obſtantibus irregulares ipſi ad quoſcunque etiā ſacros ordines promoueri, & in illis etiam in altaris miniſterio miniſtrare.Et quod tā ipſi irregulares quā defectum nataliū patientes prædicti ad quaſcunque admiuiſtrationes,& officia eligi,recipi & aſſumi,illaque gerere liberè & licitè valeant.B.ffo.240.conce.575. 13 *Ex priuil. fra.predi.*

INNOCENTIVS.8.diſpenſauit cū toto ordine fratrum min.quod poſtquam fratres huiuſmodi attigerint vigeſimūtertiū ætatis annū (dū tamē ſufficientes ſint) poſſint promoueri ad ſacerdotiū & miſſas celebrare,nō obſtante iure,cæteriſque in contrariū facientibus.o.fo. 65.Et ffo.69.conce.147.Et fffo.99.conce.356. 14 *Sacerdotium.*

Aduerte ad. j. poſita in fine ſequentis conceſſionis. *Collector.*

15 *Sacerdotium.* Idem Innocentius conceſsit poſtea quòd generalis & prouinciales poſsint diſpenſare cum fratribus ſuis in vigeſimoſecundo anno completo quo ad ſacerdotium. o.fo.65.Et ffo 69.conce.158.

Collector. Aduertendum eſt circa iſtam conceſsionem & alteram immediatè ſuprapoſitam, quod poſt mortem Innocentij.8.qui prædictas conceſsiones ſeu diſpenſationes fecit, fuit ordinatum in capitulo generali Florentiaci celebrato id quod ſequitur.

Statutum gene. Sacerdotium. Inſuper cum ad ordinem ſacerdotij non debeat quis aſcendere faciliter, niſi cui ſuffragetur ætas & morum grauitas, deinceps cum aliquo non diſpenſetur vt ſacerdos efficiatur, qui vigintiquinque ætatis ſuæ annos nōdum attigerit, aut ſi caſus neceſsitatis emerſerit, propter ſacerdotum paucitatem, ſaltem qui diſpenſauerit, conſilium quatuor guardianorum ſimul requirat, qui ſupra diſpenſandi neceſsitatem debeant arbitrari quorum conſcientiæ ſint oneratæ vt quòd erit neceſſarium (penſatis vndique penſandis) ipſi conſulant. Habetur hoc.fo.126.in tractatu.3.Et ffo.245 tract.2.

Poſt hoc in capitulo generali Burgenſi in ſtatutis generalibus pro toto ordine factis propè finem primi capituli, ordinatum eſt circa ſupradicta ſub forma ſequenti.

Statutum gene. Ad ſacerdotium verò non promoueatur quis, antè quàm vigeſimumquintum annum ætatis ſuæ attigerit, & quintum annum compleuerit in religione, niſi miniſter prouincialis cum conſilio diſcretorum aliter iudicauerit faciendum.

Collector. Et quia huiuſmodi ordinationes factæ ſunt authoritate apoſtolica, ideò præfatis diſpenſationibus apoſtolicis nequeunt vti fratres minores præſertim quia prædictæ conceſſiones fuerunt oracula viuæ vocis quæ à capitulis ſuſpendi poſſunt, vt habetur infra in dictione Oracula § 3.

16 *Votum.* Idē Innocentius cōceſſit quòd cōfeſſores ordinis mi. obſeruātiæ p̄ſentati ſecūdū formā q̄ ipſe tradidit vel approbauit quæ habetur. s̄. in dictione Abſolutio quo ad ſeculares 1. in.§. 13. poſſint diſpenſare in omnibus vo-

tis in quibus poſſunt epiſcopi, exceptis votis peregrinationibus vltra duas dietas.o.fo.65.Et ffo. 69.conce. 155.Et ffo.98.conce.353.

Idem Innocentius motu proprio & ex certa ſcientia diſpẽſauit cum fratribus ordinis prædicatorum obſeruantibus congregationis hiſpaniæ ſuper poſſeſſionibus & redditibus habendis iuxta formam bullæ mare magnũ nuncupatæ auferendo maledictionẽ ſancti Dominici, & non obſtantibus conſtitutionibus dicti ordinis prohibentibus ne fratres eiuſdẽ ordinis habeant poſſeſſiones.o.ffo.76.conceſſione.195. 17 *Pro fratr. præd.*

Idẽ Innocentius diſpenſauit circa horam celebrandi miſſas, prout habetur ſupra in dictione Celebrare.§ 7. & 9. 18 *Celebrare.*

ALEXANDER.6.conceſſit ꝙ generalis fratrũ mi. poſſit diſpenſare cum bizochis viuentibus in cõgregatione quando fecerunt votum religionis ſanctæ Claræ, ꝙ remaneant ibi, ſi commodè non poſſunt intrare monaſteria ſanctæ Claræ.o.fffo.99 cõce.260.Et Sixtus.4. conceſſit quod poſſit diſpẽſari cum dictis bizochis, dũmodo ſeruent tria vota ſubſtantialia, quando non inueniunt qui velit eas acceptare. Et quod quando bono modo non poſſunt intrare monaſteria ſanctæ Claræ. ꝙ non teneantur.o fffo.99.conce.360. 19 *Votum.*

IVLIVS.2.conceſſit generalibus ordinis minorum facultatem diſpenſandi ſuper quacunque irregularitate per fratres ordinis prædicti regularis obſeruantiæ quomodolibet (præterquam ex homicidio voluntario aut præſtatione auxilij vel fauoris huiuſmodi homicidio aut ex bigamia prouenientе) ita vt illa non obſtante ad omnes ordines etiã ſacros ac etiam preſbyteratus promoueri poſſint.o.fffo.92.conce.263. 20 *Generalis miniſter. Irregularitas.*

Idem Iulius diſpenſauit cum fratribus ordinis minimorũ, vt in vigeſimo ſecũdo ſuæ ætatis anno ad preſbyteratus ordinem (alias tamen ritè) ſe promoueri facere liberè poſſint B.fffo.8.conce.23. 21 *Sacerdotium.*

LEO.10.diſpenſauit in multis circa diuinum officiũ propter ſcrupuloſos & infirmos quæ ponuntur infra in dictione Officiũ diuinũ §.16.&.17.&.18.vſque in finẽ. 22 *Officium diuinum.*

23 *Irregularitas.* Idem Leo fecit quandam eximiam conceſſionem ſuper diſpenſatione irregularitatum,ſed quia eſt temporalis.ſ.vſque ad annum.1533.ideo non ponitur hic,habetur tamen.o.ffo.91.conce.267.

Collector. Vide aliqua ad huiuſmodi materiam attinẽtia,ſupra in dictione Declarare & determinare.

ECCLESIÆ FRATRVM.

Diſtinctio materiæ eccleſiarum fratrum.

Collector. Quo ad eccleſias fratrum mendicantium multa & varia repeciuntur in priuilegiis eoiũdẽ fratrũ conceſſa & ſtatuta.Et primo ea quæ pertinent ad ędificationem huiuſmodi eccleſiarum, ponũtur in dictione Edificare. Ac etiam nonnulla ad idem pertinentia habentur in dictione Altare.Secũdo illa quæ attinẽt ad benedictionẽ ſeu conſecrationem prædictarum eccleſiarũ,poſita ſunt ſupra in dictionibus Benedicere & Conſecrare.Tertio aliqua quæ concernunt exẽptionem & immunitatẽ earundem eccleſiarum, reperientur in dictione Exẽptio. §.10.& 21.& hic infra.§.4. &.6. & 10.ac.11. Quarto ſunt aliqua quæ fratres prædicti tenẽtur ſeruare in ſuis eccleſiis reſpectu prælatorũ eccleſiæ, prout habetur infra.§.7.&.8.&.9.Vltimo inueniuntur multæ indulgẽtiæ conceſſę viſitantibus præfatas eccleſias,Sed hæc ad longum continẽtur in dictione indulgentiæ quo ad ſeculares.§.1.&.2.ac.3.Vide ibi.

1 *Cemiteria.* INNOCENTIVS.4.decreuit,vt omnes eccleſię fratrum mi.vbi conuentus exiſtunt,conuentuales vocẽtur.Et conceſſit licentiam , vt in ipſis eccleſiis ad opus fratrum , & conuerſorum , ſeu oblatorum ſuorum libere habere cemiteria poſſint,& valeãt. b.ſo.21.Et ffo. 23.conce.9.

2 *Pro fratr. Augu.* Idem Innocentius conceſſit fratribus ordinis ſancti Auguſtini,vt pro conſeciationibus altarium,ſeu eccleſiarum,ac pro oleo ſancto,& quolibet eccleſiaſtico ſacramento nullus ab eis ſub obtentu conſuetudinis, vel alio modo quicquam audeat extorquere, ſed hæc om

nia gratis eis epiſcopi diœceſani impēdant,alioquin li-ceat eis quoſcunque maluerint catholicos adire antiſti-tes gratiam & communionem apoſtolicæ ſedis haben-tes,qui apoſtolica authoritate faciant prædicta. Et vo-luit quod ſi ſedes diœceſanorū epiſcoporum forte vaca-uerint,interim omnia eccleſiaſtica ſacramenta à vicinis epiſcopis accipere libere & abſque contradictione poſ-ſint.Sic tamen vt ex hoc in poſterum propriis epiſcopis nullum præiudicium generetur.B.ffo.247.conce.605. *Epiſcopi.* *Sacra.*

Vide circa hoc infra.§.7.

3 Clemens.4.inhibuit, vt nullus eccleſias aut lo-ca fratrum mino.auſu temerario præſumat infringere, aut in illis damnabilem violentiam exercere. Et voluit quod illi qui ſecus facere præſumpſerint, ipſo facto ſen-tentiam excommunicationis incurrant,à qua non poſ-ſint abſolui niſi per ſedem apoſtolicam vel per conſer-uatores ab ea eidem ordini deputatos.B.ffo.105.con-ce.226. *Excōmu-nicatio.*

Circa hoc vide infra.§ vltimo.

4 Sixtus.4.conceſſit fratribus mi.vt in eccleſiis cu-ratis ſeu parrochialibus quas eos habere contigerit poſ-ſint per capellanum per eos pro eorum nutu ponēdum & ammonendum curam huiuſmodi exercere qui quā-diu capellanatus huiuſmodi fungetur officio ac ſi dicti ordinis minor. profeſſor exiſteret dictorum fratrum libertate & exemptione fruatur. Eccleſiæ vero præ-dictæ & illarum bona illa qua domus fratrum præ-dicti ordinis prærogatiua lætētur.B.fo.60.Et ffo.144. conce.351. *Pro eccle-ſiis parro-chialibus fra.* *Exēptio.*

Circa præfatam conceſſionem vide infra,§.6.

5 Iulius.2.conceſſit fratribus ordinis minimorum ꝙ omnes & ſingulas eccleſias & oratoria quæcūq; eiuſ-dem ordinis tam recepta quam recipienda nondū con-ſecratas ſeu conſecrata facta prius requiſitione epiſco-pis locorum eiſque recuſantibus vel negligentibus per quemlibet alium catholicum epiſcopum poſſint conſe-crari facere.B.fffo.8.conce.28. *Pro fratr. minimis.* *Cōſecrare.*

6 Leo decimus in concilio Lateranenſi ſtatuit & ordi-nauit quod epiſcopi & eorum ſuperiores & alij præla-

ti eccleſiarum poſſint viſitare eccleſias parrochiales ad fratres ratione locorum legitimè ſpectantes, quo ad ea quæ ad parrochianorum curam & ſacramentorum conſeruationem & adminiſtrationem pertinent, ſine tamen

Viſitare. viſitatorum inſolito grauamine vel impēſa. Et ſimiliter ſtatuit quod prædictarum eccleſiarum curam gerentes & circa illam delinquentes (ſi religioſi fuerint) iuxta ipſius ordinis regularia inſtituta intra ſepta regularis loci, ſeculares vero præſbyteros & fratres huiuſmodi beneficia obtinentes liberè tāquam ſuæ iuriſdictioni ſubiectos punire poſſint præfati prælati Eccleſiarū B. fFo. 25. conce. 69.

7 *Epiſcopi Benedicere.* Idem Leo in præfato concilio ſtatuit, quod fratres ab alieno epiſcopo conſecrationem eccleſiæ vel altaris aut cimiterij benedictionem petere nequeant, nec in eccleſiis per eos pro tempore ædificandis primum lapidem per alienum epiſcopum poni facere, niſi vbi ordinarius bis aut ter cum debitis reuerentia & inſtantia

Ædificare. requiſitus ſine legitima cauſa id recuſauerit. B. fFo. 26. conce. 79.

8 Idem Leo ſtatuit quod vt debitus honor matrici eccleſiæ reddatur tam fratres quam alij clerici ſeculares die ſabbati maioris hebdomadæ antequam cāpana cathedralis vel matricis eccleſiæ pulſauerit campanas in eccleſiis ſuis pulſare minimè poſſint. Contra autem facientes pœnam centum ducatorum incurrant B. fFo. 26. conce. 80.

9 *Cenſura.* Idem Leo ſtatuit, vt cenſuras per ordinarios latas & promulgatas ac in matrici eccleſia ciuitatum necnon in collegiatis & parrochialibus eccleſiis caſtrorum & oppidorum reſpectiuè ſolenniter publicatas teneantur fratres (quando ſuper hoc ab eiſdem ordinariis fuerint requiſiti) in eccleſiis domorū ſuarum publicare ac ſeruare B. fFo. 26. conce. 81.

10 *Sepultura. Exhumare.* Idem Leo conceſſit quod prælati ordinis minorum obſeruantiæ poſſint in ſuis eccleſiis & capellis exhumare corpora defunctorum, & ad alias ſepulturas in eiſdem eccleſiis ſuis transferre, de conſenſu tamen illorū quorum intereſt. B. fFo. 58. conce. 262.

Idem Leo conceſſit, quod infringentes vel aliquā violentiam in eccleſiis vel locis fratrum mi. facientes poſſint abſolui, prout poſitum eſt ſupra in dictione Abſolutio quod ad ſeculares. 2. §. vltimo. 11 *Abſolutio.*

EDIFICARE.

Diſtinctio materiæ infraſcriptæ.

Quo ad edificationem eccleſiarum & cōuentuum fratrum mi. & aliorum mendicantium reperiuntur multa & varia in priuilegiis prædicatorum fratrum quæ inferius tali ordine ponuntur. Primum nanque locū habent ea quæ ſpectāt ad fratres mi. in particulari Reliqua vero loca poſſidēt ſucceſſiue illa quæ ad alios fratres mēdicantes pertinent, prout infra videbitur. *Collectio.*

Pro fratribus ordinis minorum.

CLEMENS. 4. prohibuit fratribus ordinis prædicatorum & penitentiæ Ieſu Chriſti & carmelitarū ac ſancti Auguſtini & monialibus S. Claræ aliorūque ordinum in paupertate fundatorū ac omnibus mulierib⁹ prædictorū ordinū aut aliorū quoruncūque, ne aliquod monaſterium eccleſiam aut oratoriū ædificare ſeu conſtruere præſumant infra ſpatium trecentarū cannarum ab eccleſiis fratrum minorum menſurādarum per aërē etiam vbi alias recte menſurari loci diſpoſitio non permittit. Nulli quoque ſeculari vel religioſo cuiuſcunque profeſſionis voluit licere eccleſiam vel monaſteria ſeu oratorium iam edificatum in aliquem transferre de ordinibus memoratis infra ſpacium prædictarum trecentarum cannarum, & quamlibet iſtarum cannarum voluit octo palmorum longitudinem continere non obſtante varia locorum conſuetudine ſiue priuilegiis & litteris quibuſcunque à ſede apoſtolica ſub quacunque verborum forma conceſſis ſeu etiam concedendis quæ de præſentibus ſpecialem & expreſſam non fecerint mentionem. Præterea ſtatuit vt quicquid contra huiuſmodi ordinationis & inhibitionis tenorem ex nunc in *Prohibitio.*

antea ędificatum fuerit diruatur.b.fo.31. Et ffo.30.conce.28. Circa hoc vide infra §.8.

2 Idem Clemēs conceſsit quod liceat fratribus ordinis minorum cum de prioribus locis ſuis ad alia loca ſe transferunt, tam omnem ędificiorum materiam locorū quæ dimittunt (dedicatis eccleſiis duntaxat exceptis) quā libros calices & paramenta ſecū ad alia loca transferre. Ac ędificia ipſa cū ſolo & aliis ad eadē loca pertinentia (præter eccleſias) per perſonas à ſede apoſtolica deputatas.i.per ſindicos vendere, ipſorūq; prætium in aliorum locorum ad quę dicti fratres ſe trāsferunt ędificationem ſeu alias in eorum vtilitatem conuertere, ſecūdum quod eis melius videbitur expedire.B.fo.58.Et ffo.142.conce 340.

Vēdere.

3 CLEMENS.5.in declaratione regulæ fratrum min. declarauit non conuenire prædictis fratribus vllo modo, quod fieri faciāt, vel fieri ſuſtineāt eccleſias vel alia quæcunque ędificia quæ conſiderato fratrum inhabitātium numero exceſsiua in magnitudine & multitudine debeant reputari. Ideoque voluit quod vbique in toto ordine fratres temperatis & humilibus ædificiis ſint cōtenti, ne tantæ paupertati promiſſæ, quod patet oculis cōtrarium foris clamet.B.fo.15.tractatu 3. Et.b.ffo.16 tractatu.2.

*Paupt*as.

4 PAVLVS.2.inhibuit fratribus minori. conuentualibus ſub excommunicationis pena ipſo facto incurrēda, & à qua nequeant abſolui niſi per Romanum pontificem (præterquā in mortis articulo) ne proprio motu vel induſtria, aut per ſe vel alium ſeu alios, quouis quæſito colore, impediant fratres prædicti ordinis obſeruantes recipere domos eis oblatas, neque eiſdem moleſtiam aliquam inferre præſumant. B.ffo.94. conce.104.

Cōtra fratres cōuentuales. Excōmunicatio.

5 SIXTVS.4.cōceſsit omnibus fratribus mi.obſeruātię quod ſana conſcientia poſsint habitare domos, quas habent in ciuitatibus & caſtellis pro eorum commoditate.o.fo.63.Et ffo.66.conce.101.

6 Idem Sixtus conceſsit quod fratres mi. prædicti non obligentur in conſcientia, ſi non recipiant loca vel mo-

naſteria tam fratrum conuentualium quam etiam de nouo erigenda vel alia quæcunque etiam ſi eis præcipiatur per obedientiam,& ſub pena excommunicationis late ſententiæ & aliis cenſuris.o. fo.63. Et ffo. 67. conce.112. *Excõmunicatio.*

Idem Sixtus conceſsit generali fratrum mino. obſeruantiæ licentiam & facultatem ea loca quæ fratribus ſuis minus commoda eſſe cognouerit dimittendi in manibus ordinariorum locorum, & illa licite deferendi prout ei viſum fuerit expedire, ſuper quo eiuſdem generalis conſcientiam onerat. Et hoc voluit non obſtante conſtitutione Bonifacij.8. prohibente loca ſemel recepta deſeri, & aliis apoſtolicis conſtitutionibus cæteriſque contrariis quibuſcunque.B.fo.47. Et ffo.131.conce.193. 7 *Generalis miniſter.*

IVLIVS.2.declarauit quod coarctatio ſeu reductio trecentarum cannarum ad centum quadraginta contra fratrum prædicatorum priuilegium facta per Clementem.4.non debet nocere fratribus min.nec priuilegiorum communicationem in damnum ſed in fauorē prędictorum fratrũ mi.eſſe conceſſam.Ac potiori pro cautela prædictũ priuilegiũ Clementis trecentarũ cannarũ ſupra.§.1.poſitum & inde ſequuta quæcunque prędictis fratribus mino.confirmauit & approbauit, & quatenus opus eſſet prędictarum trecentarum cannarum priuilegium authoritate apoſtolica eiſdem fratribus min. de nouo conceſsit.B.ffo.231.conce.535. 8 *Communicatio priuileg.* *Nota.*

Idē Iulius cōceſsit fratribus mi.ꝙ ſi à principe duce marchione aut comite vt aliquã domũ dicti ordinis ędificarẽt reqſiti fuerint,domum hmõi ꝓ vſu & habitatione ꝑpetuis fratrum dicti ordinis regularis obſeruãtię conſtrui & ędificari,ac locum ꝓ hmõi cõſtructione recipere poſsint & valeant.B.fo.43.Et ffo.126.conce.378. 9

Idē Iulius approbauit cōceſsionē immediate ſuprapoſitã ſupplendo aliquos defectus q̧ in eius relatiōe interuenerãt. Ac voluit & decreuit ꝙ literæ prędictæ valeãt, & prædictis fratribus ſuffragentur nō obſtante conſtitutione Bonifacij.8.in contrarium faciente,cæteriſque contrariis quibuſcunque.B.ffo.213.conce.515. 10

11 Idē Iulius ſtatuit,quod fratres mi.qui in vna prouin-
Prouincia. cia ſecundum morem dicti ordinis viuūt nequeant edi-
ficare domos in alia prouincia quæ ſub aliena obedien-
tia exiſtant niſi de licentia generalis. Et decreuit irritū
& inane quicquid in contrarium attentari contigerit.B.
fo.43.Et ffo.126.conce.276.

12 Idem Iulius ſtatuit circa ſupradicta clarius idē quod
antea.ſ.ꝙ fratres mi.obſeruantiæ cuiuſcunque prouin-
Prouincia. ciæ ſeu cuſtodiæ in alia quacunque prouincia ſeu cuſto-
dia etiam de obſeruantia domos pro eorum vſu & ha-
bitatione non ſolum non edificent,ſed nec ab aliis qui-
buſcunque perſonis(ſine licentia generalis) edificatas
recipere valeant.B ffo.227.conce.532.

13 Leo.10.conceſſit quod adueniente caſu neceſſitatis
Pro eccleſiis fratrū & monialium. eccleſiæ tam fratrū mi quam monialiū S. Claræ obſer.
poſsint transferri,& mutari de vno loco ad aliū. Et lo-
cus prioris eccleſiæ reducti ad vſus humanos ſecūdum
commoditatem dictorum locorum & monaſteriorum,
dommodo materia edificiorum ponatur in eccleſia alia
14 o.ffo.92.conce.277.

Eccleſiæ fratrum. Idem Leo cōceſsit poſtea quod miniſtri prouinciales
ordinis mi.loca eis minus cōmoda ab ipſis nō omnino
derelicta poſt conſtitutionem Bonifacij papæ.8.cōſtru-
cta poſsint illa pro ſua deuotione tenere ſine fratribus
illa inhabitantibus ita tamē quod aliquando ea viſitēt,
cum tempus opportunū fuerit,& in eorum eccleſiis ali-
quando celebrent.O.fffo.61.conce.189.

Pro fratribus prædicatoribus.

15 Clemens.4.poſtquā conſimile priuilegium ſicut
Reſtrictio. ſuprapoſitum §.1.conceſſerat fratribus ordinis prædi-
catorum,reſtrinxit illud quo ad huiuſmodi fratres redu
cendo ad ſpacium centum quadraginta cannarū. b.ffo.
30.Et fo.31.conce.29.Vide ſupra.§.8.

Pro fratribus carmelitis.

16 Idem Clemens.4.conceſſit fratribus ordinis Carme-
litarum,ne aliqui religioſi ordinum mendicantium,ec-
cleſias ſeu quæuis loca edificare ſeu conſtruere, aut per
alios conſtructa ſeu edificata recipere, aut inhabitare
iuxta loca prædicti ordinis,infra ſpatium centum qua-

draginta cannarum menſurandarum etiam per aëra (vbi alias recte non permitteretur loci diſpoſitio menſurari) quoquomodo præſumant, decernẽs quicquid ſecus actum fuerit irritum & inane. B.fo.89. Et ffo.172. conce.403.

VRBANVS.4. conceſſit fratribus ordi.Carmelitarũ, vt ſi aliqui chriſti fideles aliqua loca ad ſe ſpectãtia, quæ feudalia ſeu cenſualia non exiſtant eis contulerint liceat eis de conſenſu dioceſanorum illa recipere, ac in eorum ſingulis eccleſiam aut oratorium cum campanili cõſtruere & inibi diuina officia celebrare. B.fo.81. Et ffo.165.conce.388. 17. *Epiſcopi.*

Aduerte quod præfata conceſsio eſt valde notabilis, ſed multomagis ampliatio eius, quæ immediate ſequitur & alia in.§.20. *Collector.*

SIXTVS.4.confirmauit ſupradictam conceſsionem Vrbani, & inſuper extendit illam ad quæcũque loca domos & eccleſias etiam parrochiales non obſtante conſtitutione Bonifacij.8. prohibente ne cuiuſuis ordinum mendicantium fratres noua loca ad habitandum recipiant, vel recepta mutare præſumant, ſine ſedis apoſtolicæ licentia ſpeciali faciente ſpecialem & expreſſam de prohibitione huiuſmodi mentionem. B fo.104. Et ffo. 187.conce.481. 18 *Ampliatio.* *Nota.*

Vide aliam conceſsionem adhuc ampliorem quæ ponitur infra.§.20. *Collector.*

Idem Sixtus prohibuit, non ſolum fratres mendicantes, verum etiam quicunque alij religioſi vel eccleſiaſticæ perſonæ vtriuſque ſexus prope domos fratrum dicti ordinis de Monte Carmelo nouas eccleſias & loca conſtruere vel alias de nouo recipere & habere poſsint infra ſpacium centum quadraginta cannarum per aërem menſurandarum, vbi alias commode per terram menſurari non poſſent. Et quod ſi quis (cuiuſuis conditionis ſtatus aut dignitatis fuerit) contra prædicta venire aut agere præſumpſerit, tam ipſe quã auxiliũ vel fauorem præſtantes ipſo facto incurrant ſententiam excommunicationis. Et nihilominus cuncta & ſingula ab eis facta, pro infectis habeantur. B. fo.100. 19 *Excõmunicatio.*

Et ffo.184.conce 457.

Pro fratribus ordinis minimorum.

20 IVLIVS.2.conceſſit fratribus ordinis mi. vt domos ſeu eccleſias loca & oratoria quæcũque pro eorum perpetuis vſu & habitatione poſſint conſtruere & ędificare, ſeu conſtrui & ædificari facere abſque alia deſuper faciẽda noua cõceſſione apoſtolica. Et quod ordinis prædicti cõſeruatores quoties opus fuerit eidem ordini minimorum, ac illius perſonis in prę miſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtant, nec prelati eccleſiaſtici quicunque (cuiuſcunque nobilitatis exiſtant) in aliquo damnificare moleſtare perturbare nec inquietare vllaten⁹ audeant ſub excommunicationis latæ ſententiæ pena inhibere poſſint. B. ffo.8. conce. 27.

Conſeruatores. *Excõmunicatio.* *Collector.*

Aduerte quod in huiuſmodi conceſſione videtur concedi, quod prędicti fratres poſſint ædificare loca ſeu cõuentus vbique, ſeu ędificata recipere abſque aliqua licẽtia, etiam ordinario aut alio prælato eccleſiaſtico cõtradicente. Hoc autem eſt quid magnum, & nuſquam alias conceſſum, ſaltem quod reperiatur in libris priuilegiorum ordinum.

Nota.

EGREDI ORDINEM VEL CLAVSVRAM.

Collector. Circa egreſsionem fratrum mino. obſer. ab ordine ſeu obedientia prælatorum continentur multa in priuilegiis prædictorum fratrum, prout habentur ſupra in dictione Apoſtatæ, & in dictione Exempti fratres particulares, ac etiam infra in ſequenti dictione Eiicere ſeu expellere ab ordine.

Quo ad egreſſum vero monialium. ſ. Claræ à clauſura ſuorum monaſteriorum in quibus caſibus liceat & in quibus non habetur ſupra in dictione Clauſura monialium. Vide ibi & nota bene.

EIICERE SEV EXPELLERE AB ORDINE.

1 *Prædicatio.*

INNOCENTIVS. 4. prohibuit diſtricte vt fratres minores, quos generalis aut prouinciales mi-

niſtri ab ordine pro ſuis culpis expellere contigerit, vel egreſsi fuerint proprio ſuo motu non præſumant prædicare ſeu confeſsiones audire vel docere, niſi de licentia ſedis apoſtolicæ: aut prædictorum miniſtrorũ ad alium tranſierint ordinem. Et voluit quod ſi contra huiuſmodi inhibitionem aliquid fuerit temere attentatum, poſsint dicti miniſtri in illos ſententiam excommunicationis promulgare. B. fo 36. Et ffo. 120. conce. 261. Cõfeſſio. Excõmunicatio.

2 Idem Innocentius conceſsit vt eiecti vel egreſsi de prædicto ordine min. poſsint tranſire ad alios ordines approbatos, Præterquã ad beati Auguſtini templariorũ hoſpitalariorum, & aliorum religioſorum arma portãtium, deferendo tamen litteras teſtimoniales generalis vel prouincialis dicti ordinis. Et inhibuit diſtrictè ne tales fratres aliter ad alium ordinem tranſeant, vel aliqui eos recipere ſeu retinere pręſumant abſque licentia ſpeciali ſedis apoſtolicæ faciente de præſentibus mentionem. B. fo. 37. Et ffo. 120. conce. 262. Licentia. Recipere fratres.

3 CLEMENS. 4. in mari magno prohibuit & ſtatuit ſupradicta per eadem verba formalia. B. fo. 58. Et ffo. 141. conceſsione. 330. & 331.

4 ALEXANDER. 6. conceſsit facultatem generalibus ordinis minorum vt per ſemetipſos duntaxat & prouincialibus, vt per eos cum conſenſu maioris partis capituli prouincialis, fratres dicti ordinis quos incorrigibiles repererint, habitu expoliare valeant, & ab ordine eiicere, ac contra quoſcunque eis auxilium conſilium vel fauorem publicè vel occultè directè vel indirectè aut quouis quæſito colore ſuper dicti habitus delatione præſtantes, etiam cuiuſcunque dignitatis gradus ordinis & conditionis fuerint per cenſuras eccleſiaſticas ac alia iuris opportuna remedia (appellatione poſtpoſita) procedendi, inuocando etiam (ſi opus fuerit) auxilium brachij ſecularis. b. ffo. 56. conce. 65. Generalis Prouinciales. Habitus ordi. mi. Incorrigibiles.

5 LEO. 10. conceſsit generalibus & prouincialibus ordinis mino. vt fratres eiuſdem ordinis etiam profeſſos qui grauiſsimis & ſcandaloſis delictis notati & Nouitij.

Proceſſio. diffamati fuerint, quæ fraudulenter & doloſe in eorum receptione & profeſsionis emiſsione (monitione ſuper his per prædictos prælatos præmiſſa) tacuerunt, nõ obſtante, quod iam recepti ſint & profeſsionem emiſerint (ne morbida & infecta pecus ouile domini corrumpat, & vt aliis cedat in exemplum) à domibus & conuentibus dicti ordinis expellere & remouere libere & licitè poſsint & valeant, prout conſcientiis prædictorum miniſtrorum (quas ſuper hoc onerat) viſum fuerit iuſtum & honeſtum. B. fffo. 19. conce. 61.

ELECTIO.

Collector. Diſtinctio materiæ electionum prælatorum ordinis. Aduertẽdũ eſt quod de multiplicibus electionibus fit mentio in priuilegiis fratrum. mi. Primo de electione generalis miniſtri. Et quo ad huiuſmodi electionẽ habetur infra. §. 2. &. 3. &. 9. &. 10. Secundo de electione vicarij totius ordinis. Et hoc continetur infra §. 6. Tertio de electione miniſtrorũ prouincialium, de quã habetur infra §. 3. &. 7. Quarto de electione cuſtodũ & guardianorum, vt habetur in dictionibus. Cuſtos & Guardianus & infra. §. 5. vltimo de electione abbatiſſarum, prout continetur in dictione Abbatiſſa, vbicunque in margine eſt poſita hæc dictio Electio.

1 *Epiſcopi.* ALEXANDER. 4. inhibuit, vt nulli fratres ordinis mi. ſi eos in epiſcopos eligi aut poſtulari cõtigerit, electioni, aut poſtulationi de ſe factæ audeant conſentire, nec aliquis archiepiſcopus, ſeu quicunque alius prælatus vel legatus ſedis apoſtolicæ (niſi fuerit Cardinalis) dictos fratres (niſi de licentia & aſſenſu generalis & prouincialium miniſtrorum aut ſedis apoſtolicæ ſpeciali mãdato) ad epiſcopatus, vel alias dignitates aſſumere vel ordinare præſumant. Et decreuit irritum & inane quicquid ſecus à quocunque contigerit attentari. b. fo. 23. Et ffo. 25. conce. 13.

2 CLEMENS. 4. conceſſit vel ſtatuit, vt generalis miniſter ordinis mi. ſtatim poſtquam electus ſecũdum regulam

gulam

gulam: & conſtitutiones fuerit, eoipſo verus eiuſdem ordinis generalis miniſter effectus curam animarum fratrum ipſius ordinis plenam habeat, & liberè gerat, ipſoſque fratres authoritate propria ligare: ac ſoluere: necnon in eodem ordine agere valeat: quæ ipſe miniſter & definitores ad hoc electi iuxta conſtitutiones ordinis eidem ordini:& fratribus ſecundũ Deum viderint expedire.B.fo.56.Et ffo.139.conce.307. *De generali miniſtro.*

3 Idẽ Clemens ſtatuit: & conceſſit, quòd in electionibus generalis & prouincialium miniſtrorũ prædicti ordinis mi.fratribus: qui debent electionem huiuſmodi celebrare: tempus ſuper hoc à iure ſtatutũ nõ curat, nec ipſi in hac parte iuris huiuſmodi regulis coarctentur.B.fo.56.Et ffo,139.conce.308. *De generalibus & prouincia.*

4 Idem Clemẽs ſtatuit, quòd cuſtodes & guardiani: qui ſecũdũ ſtatuta ordinis aliter quã per electionẽ inſtituũtur, poſt ipſam inſtitutionẽ: ſeu prouiſionẽ de ipſis factam curã animarum fratrum ſibi ſubditorum habeant, ipſoſque ligare: ac ſoluere poſſint iuxta ipſius ordinis inſtitutra.B.fo.56.Et ffo.139.conce.39. *De cuſtodibus & guardia.*

5 Nicolavs.4.ſtatuit & declarauit, vt cum electio generalis miniſtri fuerit celebranda: cuſtodes vniuſcuiuſque prouinciæ vnum ex ſeipſis conſtituant, vt ei voces ſuas committant, ipſumque ad locum vbi electio eadem tunc fuerit celebranda tranſmittant, Iſque qui ſic ab ipſis cuſtodibus conſtitutus extiterit: vnam vocẽ duntaxat pro ſe & omnibus eis habeat & intelligatur habere, ac pro vna voce tãtũmodo admittatur ab aliis. b.fo.31.Et ffo.32.conceſſione.32. *De cuſtodibus.*

Hoc ſtatutum iam vacat propterea quia aliter ſtatutum eſt in bulla Vnionis per Leonem. 10. vt habetur infra.§.9. *Collector.*

6 Idem Nicolaus ſtatuit & ordinauit ac diſtrictè inhibuit fratribus minoribus, ne mortuo miniſtro generali poſſint eligere vel conſtituere aliquem fratrem in vicariũ ordinis abſque Romani põtificis & ꝓtectoris ordinis eiuſdẽ licẽtia ſpeciali per ipſius Romani pontificis literas patentes concedẽda faciẽtes plenã & expreſſam de ſtatuto & ordinatione & prohibitione huiuſmodi *De vicario ordinis*

7 mentionem b fo.31.Et ff o.32.conce.33.

De miniſtro prouinciali. CLEMENS.5.in declaratione regulæ fratrum min. ſtatuit & ordinauit quòd electio miniſtri prouincialis pertineat ad capitulum prouinciale,quam idem capitulum die ſequenti qua fuerit congregatum facere teneatur. Et ſimiliter ſtatuit quod huiuſmodi electionis *Confirmatio.* confirmatio pertineat ad miniſtrum generalem, & quòd ſi ad electionem huiuſmodi per formā ſcrutinij procedatur & votis in diuerſa diuiſis electiones plures in diſcordia celebrati contingat illa quæ à maiori parte capituli numero (nullo zeli vel meriti collatione ſeu conſideratione habita) fuerit celebrata exceptione ſeu contradictione quacunque alterius partis non obſtante per dictum generalem miniſtrum de conſilio diſcretorum de ordine (priùs tamen ex officio, prout ſpectat ad ipſum diligenti examinatione præmiſſa) confirmetur, vel etiam infirmetur,prout eis ſecundum Deum viſum *Capitulū generale.* fuerit expedire. Et ſi fuerit infirmata ad capitulum prouinciale electio huiuſmodi reuertatur. Cæterū ſi capitulū memoratum die prædicta miniſtrum eligere prætermittat,extunc miniſtri prouincialis prouiſio ad generalē miniſtrū liberè deuoluatur.fo.15. tractatu.3. Et ff o.16 tractatu.2.

8 EVGENIVS.4.&Nicolaus.5.ſtatuerūt aliqua pertinentia ad electiones abbatiſſarum ordinis.ſanctæ Claræ,ſed quia hæc poſita ſunt ſupra in dictione Abbatiſſa *De abbatiſſis.* ideò hîc non ponuntur.

9 LEO.10.in bulla vnionis ſtatuit,quòd electio generalis miniſtri totius ordinis min. fieri debeat à ſolis *De mini. generali.* miniſtris prouincialibus & cuſtodibus reformatis tā ciſmontanis quā vltramontanis in capitulo generali dicti ordinis in feſto Pentecoſtes in loco quē generalis miniſter cum capitulo generali proximè præcedenti duxerit aſſignandū. Ad quod capitulū omnes miniſtri & cuſtodes ſiue vocales tā ciſmontani quā vltramontani accedere teneantur. Et ne caput ſuis mēbris deforme appareat voluit & ordinauit quòd nullus frater poſſit eligi in miniſtrum generalē,niſi vitam ducat reformatam & pro reformato à cōmunitate reformatorū habeatur.

In præfata etiā electione miniſtri generalis voluit quod nullus penitus vocē habeat niſi reformatus & pro reformato à congregatione reformatorū habeatur. B. ffo. 29. conce. 94.

IdemLeo ordinauit quòd miniſter generalis eligatur alternatim de fratribus ciſmontanis & vltramontanis, qui tantum per ſex annos durare poſſit, ita quòd ſi miniſter generalis per ſex annos de ciſmontanis fratribus electus fuerit ſequētibus ſex annis de vltramōtanis fratribus eligi debeat, qui modus alternatis vicibus in perpetuum à fratribus prædictis obſeruetur. B. fffo. 29. conce. 94. 10 *De gene. miniſtro.*

Idem Leo fecit quandam ordinationē ſuper electione & inſtitutiōe cōmiſſarij generalis, quæ poſita eſt ſupra in dictione Commiſſarius. §. 1. 11 *De cōmiſſario generali.*

ELEEMOSINÆ.

ALEXANDER. 4. declarauit quòd fratres minores & prædicatores tā ab his quib⁹ prædicant q̄ ab alijs poſſint eleemoſynas petere ac recipere, fideleſq; poſſe huiuſmodi eleemoſynas eiſdē fratribus ſalubriter elargiri non obſtante quacunque contradictione. Ac etiā declarauit quòd prædictorum fratrum mendicitas eſt meritoria. b. fo. 25. Et ffo. 25. conce. 15. 1 *Paupertas.*

Idem Alexander conceſſit fratribus minori. quod de male acquiſitis quorum reſtitutio non debetur certæ perſonæ ac de incertis relictis poſſint recipere eleemoſynam ab exequutoribus teſtamentorum. b, fo. 25. Et ffo. 26. conce. 16. 2 *Reſtitutio*

VRBANVS. 4. conceſſit fratri. Carmelitis, vt de vſuris & rapinis & alias male acquiſitis, ſi perſonæ quibus horum reſtitutio fieri debeat omnino inueniri & ſciri non poſſint necnon de quibuſcumque legatis indiſtinctè ad pios vſus relictis recipere valeant vſque ad ſummam centum marcharum argenti. B. ffo. 178. conce. 419. 3 *Pro Carmelitis.* *Reſtitutio* *Legata.*

CLEMENS. 4. conceſſit fratribus minor. vt in terris excōmunicatorū poſſint liberè commorari, & ab eis 4 *Excōmunicatio.*

tunc & quando per huiuſmodi terras ipſos trãſire contigerit neceſſaria vitæ depoſcere ac recipere. B. fo. 56. Et ffo.140.conce.317.

5 *Cõtra fratres cõuentuales Correctio.* Evgenivs.4. conceſſit generali & prouincialibus fratrum mi.obſeruãt. plenam & liberam facultatem capiendi & incarcerandi ac in carceribus detineri faciendi necnon alias puniendi & corrigendi fratres conuentuales præfati ordinis quæſtuantes ſeu eleemoſynas petentes in locis conuentuum domorum & hæremitoriorum fratrum prædicatorum obſeruan.aut aliqua minus honeſta contra conſtitutiones & declarationes apoſtolicas & ſtatuta & conſuetudines eiuſdem ordinis facere præſumentes.b.fo.48.

6 *Pro frat. obſer.&cõuentua. Quæſtua.* Calixtvs.3. prohibuit diſtrictè ſub excõmunicationis pena,ne fratres mi. de obſeruãtia ſub nomine fratrum conuentualium eiuſdem ordinis nec conuentuales ſub nomine fratrum de obſeruantia aut ſub nomine locorum eorundem ,quæſtuare ſeu eleemoſynas petere præſumant.B.ffo.90.conce.197.propè finem.

7. *Pro frat. mi.&pdi.* Sixtvs.4. quia intellexit quòd locorum ordinarij eorũque officiales ſeu vicarij & curatinæ chriſti fideles fratribus min. & prædicatoribus eleemoſynas erogare præſumerent ſuadebant, ac etiam ſub cenſuris inhibebant, & erogantes excõmunicatos fore prædicabãt ſeu prædicari faciebant aut pronuntiare præſumebant,mãdauit prædictis ordinariis ac reliquis perſonis ſupranominatis,& aliis quibuſcunque perſonis, vt ab huiuſmodi perſuaſionibus inhibitionibus & mandatis de cætero prorſus & omnino abſtineant, Ac decreuit inhibitiones ipſas & mandata nullius exiſtere firmitatis,& illis contrauenientes eſſe iuris huiuſmodi minimè ligari. Voluit tamẽ quod ſi perſuadentes & inhibentes præfati mandato huiuſmodi obtemperare non curauerint niſi penituerint & perſuaſiones & inhibitiones reuocauerint intra triduum,poſtquã de hoc requiſiti fuerint, eoipſo ordinarij interdictum ingreſſus eccleſiæ ac ſuſpenſionem à regimine & adminiſtratione ſuarum *Excõmunicatio.* eccleſiarum , alij verò inferiores excommunicationis ſententiam incurrant.B.fo.65.Et ffo.149.conce. 365.

Idem Sixtus voluit quod ordinarii ſeu quicunque a- 8
lij prohibentes ne fratribus Carmelitis eleemoſynæ fiãt *Ex priuil.*
ipſo facto ſint excõmunicati. Et quod contra tales poſ- *Carmeli.*
ſint protectores ordinum mendicantium & auditor ca- *Nota.*
meræ apoſtolicæ ac inquiſitores hæreticæ prauitatis, ſi- *Inquiſito-*
cut contra hæreticos procedere. B. fo. 99. Et ffo. 183. *res.*
conce. 448.

Idem Sixtus conceſſit hoc idem fratribus Auguſti- 9 *Pro augu.*
nenſibus in ſuo mari magno, vt habetur. ffo. 251. con- 10
ce. 638. *Queſtuar.*

ALEXANDER. 6. prohibuit, ne aliqui eleemoſynas *Conuen-*
quærere audeant ſub nomine fratrum de obſeruantia *tuales.*
ordinis minorum præſertim fratres conuentuales eiuſ-
dem ordinis ac præcipuè infra terminos domorum
fratrum prædicatorum obſeruantium. Et commiſit
vniuerſis eccleſiarum prælatis, vt cum pro parte huiuſ-
modi fratrum obſeruantiæ fuerint requiſiti inhibeant
publicè ſupradicta ſub excommunicationis latè ſentẽ-
tiæ pena, ac contradictores quoſlibet & rebelles per cẽ- *Excõmu-*
ſuras eccleſiaſticas & alia iuris remedia compeſcant. B. *nicatio.*
ffo. 151. conce. 370.

IVLIVS 2. declarauit, quod verba in priuilegiis 11
fratrum mi. contenta. ſ. quod viſitantes ſuas eccleſias & *Indulgẽ-*
manus porrigentes adiutrices Indulgentias eis conceſ- *tia.*
ſas conſequantur, etiam ad faciẽtes eis eleemoſynas de
pane & aliis pro eorum victu & veſtitu ac domorũ ſua-
rum reparatione neceſſariis referatur. B. fo. 43. Et ffo.
126. conce. 281.

LEO. 10. quia fuit informatus quod in aliquibus par- 12
tibus aliquæ perſonæ eccleſiaſticæ præſertim curati ſeu *Prohibi-*
preſbyteri parrochiales non permittebant fratres mi. *tio.*
nores eleemoſynas petere ſine eorum licentia & dio-
ceſanorum vel eorum vicariorum litteris, & inſuper
quod eleemoſynarum huiuſmodi mendicatarum me-
dietatem ſibi vendicare volebant diſtriſtè præcipiendo
mandauit omnibus eccleſiarum prælatis ſub grauibus
cenſuris, vt ab huiuſmodi grauaminibus & moleſtiis
abſtinerent, & vt quoties pro parte fratrum dicti ordi-
nis requiſiti fuerint omnes & ſingulos parrochialium

eccleſiarũ rectores ſeu vicarios ad deſiſtendum à prædi-
Excõmunicatio. ctis moleſtiis & grauaminibus ſub penis & cẽſuris moneãt & præcipiant, ac cõtra inobediẽtes vſq; ad inuocationẽ brachij ſecularis procedant. B. fffo. 47. cõce 142.

13 Idẽ Leo conceſſit qualiter eleemoſynæ factæ ad vnũ vſum poſſint cõmutari in aliũ vſum, prout poſitum eſt ſupra in dictione Commutare. §. 2.

14 Idem Leo fecit circa huiuſmodi materiam quandam conceſſionem valde relaxatiuam & deſtructiuã obſeruantiæ paupertatis, prout habetur ſupra in dictione Commutare §. 3. Vide ibi vna cum additione quæ ſequitur ibidem.

Collector. Aduertẽdum eſt quod circa huiuſmodi materiã eleemoſynarũ facta ſunt nonnulla ſtatuta generalia in capitulo generali in conuentu montis Lucij celebrato, prout ſequuntur.

Statutum gene. Declaratur quod procurare ſatisfactionem faciendã pro re empta fratribus neceſſaria non eſt contra puritatẽ regulæ, ita tamen quod fratres per ſe nec per interpoſitã perſonã intromittant ſe de pecunia, Non tamen licet fratribus indifferenter & indeterminate tales procurationes eleemoſynarũ pecuniariarũ facere nec per nuntium à ſe poſitum ducere, ſed dans faciat per ſe vel per nuntium ab ipſo deputatum. Recipere autẽ granum vel alia huiuſmodi pro acquiſitione ſeu cõmutatione in aliquã rẽ neceſſariã non licet fratribus, verũtamen vbi fratres aliter non poſſunt prouideri in ſuis neceſſitatibus talia poſſunt recipi per amicos ſpirituales de conſenſu dantium & de licentia ſeu diſpẽſatione prouincialis aut cuſtodis. fo. 223. tractatu. 3. Et ffo. 240. tracta. 2.

Alterũ ſtatutũ generale. Inhibetur ne aliquis frater procuret alicuius libri vſum aut alicuius rei, remanente apud parentes vel amicos proprietate, ſub pena priuationis illius cum punitione condigna. fo. 223. tractatu. 3. Et ffo. 241. tractatu 2.

Aliud ſtatutũ gene. In hoc capitulo ordinatum eſt quod nullus frater faciat ſibi ſcribi libros extra vel intra conuentum maxime per ſeculares perſonas nec procuret partiales elee-

moſynas ſibi ſub ſpe licentiæ habendæ poſtea à prouinciali ff°. 24 1.tractatu. 2.

¶ De indulgentiis quas conſequuntur vel conſequi poſſunt dantes eleemoſynas fratribus minoribus aut eorũ eccleſiis ac domibus reperietur infra in dictione indulgentiæ quo ad ſeculares in capitulo. 4. ſ. Indulgentiæ conceſſę exhibentibus opera pietatis fratribus. *Collector.*

EPISCOPI.

Diſtinctio attinentium ad epiſcopos.

De multis attinentibus ad epiſcopos in diuerſis huius cõpendij dictionibus continetur,nã de exẽptione ab ipſorum iuriſdictione habetur in dictione Exẽptio.§.1.& 3.&.5,Et de præſentatione confeſſorũ eis facienda per prælatos ordinis dictũ eſt ſupra in dictione Abſolutio quo ad ſeculares.1,in multis. §.De impoſitione primi lapidis & conſecratione ſeu benedictione eccleſiarum & altariũ ordinis qualiter per epiſcopos fieri debeat habetur etiam ſupra in dictionibus Benedicere & Eccleſię fratrum & Edificare. *Collector.*

GREGORIUS. 9. conceſſit fratribus minoribus antequam eſſent exempti à iuriſdictione ordinariorũ,quod archiepiſcopi & epiſcopi in eorum dioceſibus poſſent eiſdem fratribus ibidem conſtitutis abſolutione vel diſpenſatione indigentibus abſolutionis & diſpenſationis beneficiũ impendere, niſi adeo grauis & enormis eſſet exceſſus quod deſuper merito eſſet ſedes apoſtolica conſulenda.B.fo.116. 1 *Abſolutio.* *Diſpenſatio.*

Aduerte quod huiuſmodi cõceſſio iam de nihilo ſeruit,quia poſt ipſam fuit data fratribus prædictis copioſiſſima exemptio, vt patebit.j.in dictione Exemptio. *Collector.*

ALEXANDER. 4. præcepit in virtute ſanctæ obedientiæ fratribus promotis vel promouendis ad dignitates epiſcopales vel alias , vt libros & alia quæ ipſos ,promotionis ſuæ tempore habuiſſe ſeu habere conſtiterit (ſubmota qualibet dilatione) reſignent generali vel prouincialibus miniſtris, 2 *Bona ordinis.*

niſi forſan prædicti prælati ordinis vſum huiuſmodi rerum illis ad tempus conceſſerint de gratia ſpeciali.b. fo.24.Et ffo.24.conce.12.

3 *Electio.* Idem Alexander inhibuit, vt nulli fratres ordinis mi. ſi eos in epiſcopos eligi aut poſtulari cõtigerit electioni ſeu poſtulationi de ſe factæ audeant conſentire. De hoc vide ſupra in dictione Electio.§.1.

EVCHARISTIA.

Collector. Circa euchariſtię perceptionem & adminiſtrationem multæ conceſſiones factæ reperiuntur tã pro fratribus quam pro ſecularibus, quę poſitę ſunt ſupra in dictione Communicare.

EXACTIONES.

1 *Excõmunicatio.* ALEXANDER.4.ſtatuit, vt imponẽtes fratribus mi. angarias vel alias impoſitiones ſeu exactiones aut alia ſimilia ſint ipſo facto excõmunicati. Et ꝙ ſi contumaces fuerint non deſiſtendo ab hmõi à ſolo papa valeant abſolui.b ffo.260.conce.656.

Collector. Aduerte quod multi alij ſummi pontifices exemerũt fratres præfatos ac moniales.S.Claræ & fratres ordinis prædicatorum necnon & alios fratres mendicantes ab omnibus exactionibus, prout habetur infra in dictione Exemptio in multis.§.

2 *Excõmunicatio.* EVGENIVS.4. declarauit quod quando ciues pro bono communitatis imponunt gabellas nouas aut veteres augmẽtant non ſunt excommunicati.o.fffo.102. conce.414.

3 *Excõmunicatio. Interdictum.* Idem Eugenius declarauit quod pœnæ appoſitæ in capitulo Quanquam.de cenſibus. lib 6.ſ. excommunicatio & Interdictum circa exigentes pedagia & guidangia & ſimilia, non habent locum, quia ſibi fuit ablata Bononia, & tamen non interdixit.o.fffo.102. conce.415.

4 Idem Eugenius fecit aliam cõceſſionẽ pertinentẽ ad

huiuſmodi materiam exactionum, quæ poſita eſt ſupra in dictione Abſolutio quo ad ſeculares.2.in.§.4

EXCOMMVNICATIO.

Diſtinctio materiæ excommunicationum.

Conſiderare oportet quod in priuilegiis fratrum minorum & aliorum mendicantium reperiuntur multa & diuerſa ad materiam pertinentia excommunicationis. *Collector. Excõmunicationes attinentes ad fratres.* Et primo ſunt quædam vbi eiſdẽ fratribus imponitur ſententia excommunicationis, iſtud autem eſt multipliciter ſeu propter varias cauſas.

Nã aliquæ excõmunicationis inueniũtur eis inflictæ ratione receptionis nouitiorum ad habitum, vel profeſſionẽ, & de hoc habetur in dictione Nouitius.§.3. &.4. &.7. Aliæ vero excommunicationes tangunt eoſdem fratres quando recedunt ſine licentia ab huiuſmodi ordinibus aut quando poſtquam ſunt licentiati, vel eiecti faciunt aliqua quæ ſunt eis prohibita, vt cõtinetur in dictione Apoſtatæ in multis.§. & in dictione Eiicere ab ordine. Aliæ etiam excõmunicationis concernunt illos qui præfatos fratres apoſtatas recipiunt: aut illis fauẽt, prout habetur in dictione Abbas: & in prædicta dictione Apoſtatæ. Complures autem excommunicationes ſunt impoſitæ contra fratres propter varias cauſas quæ ponuntur infra prope finem.

Item qualiter præfati fratres tam profeſſi: quã nouitij, & etiã apoſtatæ poſſint abſolui ab excommunicationibus in quibus inciderũt habetur late in dictione Abſolutio quo ad fratres in multis.§.vbi in margine poſita eſt hæc dictio Excommunicatio. *De abſolutione excõmunic. ſuprascript.* Secundo principaliter in præfatis priuilegiis inuenitur qualiter perſonæ ſeculares occaſione prædictorum fratrũ aut monialium quę eorum curæ ſunt commiſſæ ſeu eccleſiarum & monaſteriorum ſuorum incurrere poſſunt multas excommunicationes, & iſtę ſubdiſtinguntur.

Nam quædam generaliter ſunt promulgatæ contra violatores priuilegiorum prædictorum fratrum, prout habetur in dictione priuilegia.§.10.&.12. *Excõmunicationes pertinẽtes ad ſecula.*

Aliæ tangunt illos qui aliquam violentiam inferunt eccleſiis aut domibus ſeu rebus vel perſonis prædictorũ fratrum,& hæc habentur in dictione Eccleſiæ fratrum. §.3.& in dictione Eleemoſynæ.§ 6.&.7.&. 10.& 12.& in dictione Exẽptio.§.9 &.23 Aliæ vero excommunicationes reſpiciunt illos qui contra ſtigmata beati Frãciſci aliquid dicere præſumpſerint aut quod auſi fuerint depingere ſanctam Catherinam de ſenis cũ ſtigmatib⁹ & hæc habentur in dictione Stigmata.§ 6.&.8.&.9. ac 10.Aliæ autẽ excõmunicationes ſpectant ad ingredientes monaſteria ſanctæ Claræ contra tenorẽ ſuæ regulæ aut indultorũ apoſtolicorũ,prout continetur in dictione Ingredi monaſteria monialiũ.§.2.&.10. Nonnullæ aliæ excõmunicationes continent ſub variis dictionib⁹ huius cõpendij,quas longum foret hîc referre,reperiẽtur tamen ſignate in marginibus foliorũ cũ hac dictione Excõmunicatio.Qualiter autem perſonæ ſeculares valeant abſolui à præfatis fratribus ab excõmunicationibus ſupradictis habetur ſupra in dictione Abſolutio quo ad ſeculares in omnibus.§.vbi poſita eſt hæc dictio Excõmunicatio.Inſuper quo ad euitationẽ excõmunicatorum quomodo fratres ſe debeãt habere reperietur infra.§ 1.&.2.&.4.ac.6.

De abſolutione ex cõica. prædictarum.

1 *Infideles.* GREGORIVS.9.conceſſit fratribus mi.euntibus ad partes infidelium ſeu ibidẽ exiſtentibus, vt in terris illis ſit eis licitũ cõmunicare cum excõmunicatis in his quæ ad ſalutem pertinent animarum.b.fo.20.& ffo 22.conce.3.

2 *Pro terris excommu.* CLEMENS.4.conceſſit fratribus mi.vt in terris excõmunicatorum liberè cõmorari poſſint,& ab eis tunc & quando per eorũ terras ipſos tranſire contigerit neceſſaria vitæ depoſcere ac recipere.B.fo.56,Et ffo.140. conce.317.

3 *Exẽptio.* Idem Clemens conceſſit fratribus minoribus ne ab aliquo legato niſi de latere ſedis apoſtolicæ miſſo vel delegato aut ſubdelegato auctoritate litterarum ſedis prædictæ,poſſint excommunicari ſuſpendi vel interdici,niſi litteræ ipſæ plenam & expreſſam de ordine præ-

fato & indulto huiuſmodi facerent mentionē.b.fo.29. Et ffo 29.conce.25.

EVGENIVS.4.conceſſit fratribus mi.obſeruātibus quod non teneantur euitare excōmunicatos,niſi nominatim ſint à iudice denunciati,& euitētur à clero & populo.Et ſic ꝙ nō teneantur fratres euitare dictos excōmunicatos,niſi quando in cōmuni euitant.Et quod idē ſit de interdicto & de obſeruatione cuiuſlibet cenſuræ eccleſiaſticæ.o.fo.61.Et ff.9.64,cōceſſio.75.Et ffo.95. conceſſione.312. 4 *De euitatione excōmunicatorum.* *Nota.* *Interdictum.*

Idem Eugenius fecit alias conceſſiones pertinētes ad materiam excommunicationis quæ poſitę ſunt ſupra in dictione Exactiones.§.2.&.3. 5

Idem Eugenius conceſſit,quod ſi tēpore noſtro contigerit(quod abſit)ſciſma poſſint fratres minores participare cum ſciſmaticis,nec teneantur fratres recedere à locis ſuis.Et quod toties quoties dixerint orationē De' omn:ū fideliū &c.pro vero papa habeant centū dies indulgentiæ.o.ffo.101.conce.402. 6 *Indulgētia.*

LEO.10.conceſſit quod prælati ordinis min.regularis obſeruantia cū aliquē fratrem propter apoſtaſiā vel aliā cauſam excōmunicant in capitulo fratrū aut in cōmunitate non teneantur proferre ſententiam in ſcriptis prout in iure ſub pena ſuſpenſionis præcipitur proferētibus.o.ffo.93.conce.291. 7 *Prælati fratrum.*

VLTRA PRAEDICTA quæ continentur in priuilegiis fratrū mendicantiū circa excōmunicationes oportet nonnulla notabilia hîc apponere,vt fratres prædicti ſint plenius informati de huiuſmodi materia ex qua eximium periculum oriri ſolet. *Collector.*

Primum ſcire expedit excommunicationes contētas in proceſſu annali ſeu in bulla quæ appellatur in cœna domini ne quis de illis abſoluere ex ignorantia præſumat.Et quia præfatę excōmunicationes à diuerſis ſummis pontificibus diuerſimodè promulgatæ & enumeratę reperiuntur & à poſterioribus latiùs poſitæ ſunt ideo illis hîc ponere curaui, prout in prædicto proceſſu per Leonem decimum facto ſub forma & ordine ſequenti exiſtunt.b.ffo.138. *Primum notabile circa excōmunicatio.*

1 Primo excommunicãtur omnes hæretici: Gazari: Patareni: Pauperes de Lugduno: Arnaldiſtæ: Speroniſtæ: Paſſageri: Vicleſiſtæ ſeu Vſſiſtæ fratricelli de opinione nuncupati & quilibet alij hæretici quocunque nomine cenſeantur ac omnes fautores receptatores & defenſores eorundem.

Excõmunica. quæ continentur in bulla cœnæ domini.

2 Item excõmunicantur omnes Piratæ Curſarij Latrũculi maritimi & alij præcipuè qui mare noſtrum à mõte Argentario vſque ad Terracinam diſcurrunt, & qui nauigãtes in illo deprædari mutilare interficere ac rebus & bonis ſuis ſpoliare hactenus præſumpſerunt & præſumũt, ac omnes receptatores eorũdem & eis auxilium dantes conſilium vel fauorem.

3 Item excommunicãtur omnes qui in terris ſuis noua pedagia imponunt vel prohibita exigunt.

4 Item excommunicãtur omnes falſarij bullarum: ſeu litterarum apoſtolicarum & ſupplicationum gratiã vel iuſtitiam concernentium per ſummum pontificem vel vice cancellarium ſeu gerentes vices eorum aut officiũ vice cancellarij ſanctæ Romanæ eccleſiæ de mandato eiuſdem ſummi pontificis ſignatarum aut ſub nomine eiuſdem ſummi pontificis ſeu vice cancellarij aut gerentium vicem prædictorum ſignantes ſupplicationes eaſdem.

5 Item excommunicantur omnes illi qui equos arma ferrum lignamina & alia prohibita deferũt Sarracenis Thurcis & aliis Chriſti nominis inimicis, quibus chriſtianos impugnant.

6 Item excommunicantur omnes impedientes ſeu inuadẽtes victualia ſeu alia ad vſum Romanæ curię neceſſaria adducentes, vel ne ad curiam ipſam adducãtur vel deferantur impedientes ſeu perturbãtes. Et qui talia faciunt vel defendunt cuiuſcunque fuerint ordinis præeminentiæ conditionis vel ſtatus etiam ſi pontificali regali reginali aut alia quauis eccleſiaſtica vel mundana præfulgeant dignitate.

7 Item excommunicantur omnes illi qui ad ſedem apoſtolicam venientes & recedentes ab eadem, nec non omnes illi qui iuriſdictionem ordinariam vel ſub-

delegatam aliquam non habentes in eadem curia morantes temeritate propria rapiunt ſpoliant & detinent aut ex propoſito deliberato verberare mutilare vel interficere præſumunt & qui talia fieri faciunt ſeu mandant.

Item excommunicantur omnes temere mutilantes vulnerantes interficientes capientes carcerantes,& detinentes Patriarchas Archiepiſcopos Epiſcopos eorũque mandatores. 8

Item excommunicantur omnes illi qui per ſe vel alium ſeu alios quaſcunque perſonas eccleſiaſticas vel ſeculares ad Romanam curiam ſuper earum cauſis & negociis recurrentes illaq; in eadem curia procurantes & proſequentes negociorumq; geſtores aduocatos & procuratores ipſorum vel etiã adiutores ſeu iudices ſuper dictis cauſis & negociis deputatos occaſione cauſarum & negociorum huiuſmodi verberant mutilant vel occidunt,ſeu bonis ſpoliant. 9

Item excõmunicantur illi qui impediunt,ne literis & mandatis apoſtolicæ ſedis & legatorum ac nuntiorum & iudicum ſubdelegatorum eiuſdem gratiam & iuſtitiã concernentibus decretiſque ſuper illis & re iudicata proceſſibus & executorialibus(non habito primo eorũ beneplacito & aſſenſu) pareatur. Neue tabelliones & notarij literarũ & proceſſuum executiones inſtrumẽta vel acta conficere aut confecta parti cuius intereſt tradere ſub grauiſſimis penis prohibere ſtatuere ſeu mandare. Quiue in animarum eorundem periculum ſe à Romani pontificis pro tempore obedientia pertinaciter retrahere ſeu quomodolibet recedere præſumũt. Quiue iuriſdictionem ſeu fructus ad eccleſiaſticas perſonas pertinentes vſurpant vel arripiunt. Vel qui per ſe vel alium ſeu alios directè vel indirectè prædicta exequi vel procurare aut in eiſdem auxilium conſilium vel fauorem præſtare non verentur,cuiuſcunq; præeminentiæ dignitatis ordinis conditionis aut ſtatus fuerint etiam ſi pontificali regali reginali vel quauis alia præfulgeant dignitate. 10

Item excommunicantur omnes mutilantes vulne- 11

rantes interficientes ſeu capientes & detinentes ſeu deprædantes romipetas ſeu peregrinos ad vrbem cauſa deuotionis ſeu peregrinationis accedentes,& in ea morantes vel diſcedentes ab ipſa,& in his dantes conſiliũ auxilium vel fauorem.

11 Item excõmunicantur oẽs illi qui per ſe aliũ ſeu alios directè vel indirectè ſub quocunque titulo vel colore occupãt detinent vel hoſtiliter deſtruunt, ſeu inuadunt aut occupare detinere vel deſtruere aut inuadere hoſtiliter præſumunt in totum vel in partẽ almã vrbem regna Siciliæ ſeu Trinacriæ inſulas Sardiniæ Curſicæ terræ citra Farum Patrimonium beati Petri in Tuſcia Ducatum Spoletanum Comitatum Venaiſſueñ. Sabineñ. & Marchiæ Anchonitañ. Maſſæ Trebariæ Remandiolæ Campaniæ & Maritimæ prouincias & terras ſpecialis commiſſionis Araulphorum Bononieñ. Ferrarieñ. Benauentañ. Peruſij Auinioneñ ciuitatis Caſtelli Tudertineñ. & alias ciuitates terras & loca vel iura ad ipſam romanam eccleſiam ſpectantia & pertinentia & adhærentia aut fautores & defenſores eorũ ſeu in his dantes eiſdẽ auxilium conſilium vel fauorẽ. Non obſtantibus quibuſcunque priuilegiis ac litteris apoſtolicis cęteriſque in contrarium facientibus quibuſcunque.

De reſeruatiõe abſolutionis à pſatis excõicatio. Vltimo decreuit idem Leo quod à præfatis excõmunicationibus nullus per alium quã per Romanum pontificẽ (niſi duntaxat in mortis articulo conſtitutus) abſolui poſſit. Nec etiã tunc niſi de ſtando ſanctæ matris eccleſiæ mandato ſatisfactione vel ſufficienti cautione pręſtitis etiam pretextu cõfeſſionalium ſeu quarumuis facultatum verbo litteris aut quauis alia ſcriptura quibuſlibet ſeu quomodolibet conceſſarum vel impoſterum concedendarum.

Pene contra abſo. à prædictis excõica. Illos autem qui contra tenorem præſentium talibus vel alicui eorum ſeu aliquibus abſolutionis beneficium impendunt de facto excõmunicationis ſentẽtia voluit innodari, eiſque prædicationis lectionis adminiſtrationis ſacramentorum,& audiendi confeſſiones officia interdixit. Et declarauit apertè prædictus pontifex trãſ-

greſſoribus & contēptoribus prædictis ſe grauius contra eos ſpiritualiter & tēporaliter (prout expedire cognouerit) proceſſurum. Et nihilominus quicquid egerint abſoluendo vel alias nullius eſſe roboris vel momenti declarauit.

Aduertat etiā prudens lector quod quia (vt ſupra diximus) diuerſi ſummi pontifices præcedentes ſub diuerſis formis fecerūt ſupradictū ꝓceſſum ſeu bullā cœnę dñi, & ſimiliter credendum eſt quod facient ſucceſſores eorum ideo oportet ſemper inquirere quolibet anno, vtrū aliquid fuerit innouatū per pōtificē tunc præſentē, nam alias forte ex ignorantia iuris (quæ neminem excuſat) mitterent falcē in meſſem alienā, ſeu. abſoluerēt à quibus non poſſent, & ſic inciderēt in excommunicationē papalem, & penas ſupraſcriptas. *Collector.* *Nota.*

Alterū ſciēdū quo ad prædictā materiā excōmunicationis eſt ꝙ Sixtus. 4. in extrauaganti quæ incipit. Et ſi dñici gregis poſuit multos alios caſus à quibus etiā nequeūt frēs abſoluere quorū tamē aliqui ſunt de cōtētis in bulla cœnę dñi, & ſunt ſequētes videlicet. Offenſa eccleſiaſticę libertatis. Violatio interdicti à ſede apoſtolica. Crimē hęreſis poſtquā de eo fuerint ſentētialiter cōdemnati delati ſeu publicè diffamati. Conſpiratio in Romani pontificis perſonam aut eius ſtatum vel dictæ ſedis Mutilatio membrorum aut cuiuſcūque in ſacris conſtituti occiſio. Offenſa perſonalis in epiſcopum ſeu alium prælatum. Inuaſio romipetarum ſeu quorūcunque ad romanam curiā venientiū. Prohibitio deuolutionis cauſarum ad dictā curiam. Inuaſio occupatio deprædatio aut deuaſtatio terrarū romanæ eccleſiæ mediatè vel immediatè ſubiectarum Delatio armorum & aliorum prohibitorū ad partes infidelium. Impoſitio nouorum onerum realium vel perſonalium eccleſiis vel eccleſiaſticis perſonis. Demum ſymonię ſuper ordinibus vel beneficiis aſſequendis in dicta curia vel extra eam quomodolibet contractæ. *Sc'dm notabile circa excōica tiones.*

Aliud inſuper notandum eſt, quod in caſibus inferiùs annotatis incurrunt excōmunicationis ſententiā fratres prædicti, & ideo vt ab illis ſe abſtineant, ponuntur hic. *Tertium notabile circa excōicatio.*

1 *Sepultura.* Excõmunicationis ſententiam incurrunt quicunque religioſi vel etiam clerici inducentes aliquos ad vouendum iurandum vel fide interpoſita ſeu alias promittẽdum vt ſepulturas apud eorũ eccleſias eligant, vel iam electas vlterius non immutent, à qua quidẽ ſententia nõ poſſunt abſolui niſi à Romano pontifice præterquã in mortis articulo, hoc autem habetur in extrauaganti Cupientes de pœnitentiis in clementinis.

2 *Studentes fratres.* Excommunicationis ſententiam incurrunt ipſo facto quicunque religioſi tacitè vel expreſſe profeſſi audientes leges vel phyſicam, niſi infra ſpatium duorum menſium ad clauſtrum redierint. In clementina. Ne in agro. de ſtatu mo.

3 *Habitus ordinis.* *Studentes fratres.* Excõmunicationis ſententiã incurrunt ipſo facto quicũque religioſi poſt tacitã vel expreſſam profeſſionẽ in ſcholis vel alibi temerè dimittentes habitum ſuæ religionis ſeu etiã euntes ad quæuis ſtudia litterarũ, niſi de licentia ſui prælati cum conſilio ſui cõuentus ſeu maioris partis. In Clementina. Vt periculoſa.

4 *De fratribus adminiſtrãtibus ſacramenta.* Excommunicationis ſententiam incurrunt religioſi cuiuſcunque religionis approbatæ in ſex caſibus infraſcriptis.

Primo qui clericis vel laïcis ſacramentum vnctionis extremæ miniſtrant.

Secundo qui Euchariſtiæ ſacramentum miniſtrare præſumunt.

Tertio qui ſolennizant matrimonia ſine licentia ſpeciali parrochialis preſbyteri.

Quarto ſi abſoluunt excommunicatos à canone præterquã in caſib⁹ à iure expreſſis vel per priuilegia ſedis apoſtolicæ eiſdem conceſſa.

Quinto ſi abſoluunt à ſententiis promulgatis per ſtatuta ſynodalia vel prouincialia.

Sexto ſi aliquem abſoluunt à pena & culpa. Nec poſſunt abſolui fratres ab huiuſmodi ſentẽtia niſi per ſummum pontificem. Habetur in clementina Religioſi de priuileg.

5 *Contra.* Excommunicationis ſententiam incurrunt quicunque religioſi qui in ſermonibus ſuis vel alibi aliqua proferre

proferre præſumunt, vt retrahant audientes à ſolutione decimarum eccleſiis debitarum, ſed vt hæc pena habeat locum: duo requiruntur, Primũ: quòd talia proferant ea intẽtione: vt retrahãt audientes. Secũdũ quod ipſi audientes ſint obligati ad tales decimas ſoluendas, aliter.n. non incurritur, Et habetur hæc conſtitutio in dicta Clementina Cupientes. *fratres predicantes. Decimæ.*

Excõmunicationis ſententiam incurrunt omnes religioſi iã exempti quã non exempti non ſeruantes interdictũ poſitũ authoritate apoſtolica: vel ordinariorũ, quando matrix vel cathedralis eccleſia illud ſeruat. Nõ obſtantibus quibuſcunque appellationibus antea (etiã ad ipſam ſedẽ) interiectis: ſeu ad aliã: vel alios, de ſen. excõ. c. Ex frequentibus. in clementinis. 6 *Interdictũ*

Excõicationis ſententiã incurrunt religioſi, qui ſcienter poſtpoſuerint facere fieri conſcientiã de decimis ſoluendis his qui ſibi cõfitentur, ſi ſe ingerunt ad officium prædicationis, à quo ſunt ipſo facto ſuſpenſi. Hoc intellige: ſi de hoc fuerint requiſiti à prælatis eccleſiarũ. Hoc habetur in clementi. Cupientes. 7 *Cõtra fratres p̃dica. & confeſ.*

Excommunicationis ſententiam incurrunt monachi regulares non habentes adminiſtrationẽ, ſi abſque licentia ſpeciali ſuorum prælatorum recurrunt ad curias principum, vt dãnum aliquod inferant ſuis prælatis: aut monaſteriis. Hoc habetur de ſtatu. mona. in clementi. Ne in agro. 8 *Cõtra fratres curiales.*

Excõicationis ſententiam incurrunt omnes religioſi mendicantes: qui noua loca accipiunt ad habitandum: ſeu ſi iam accepta loca hucuſque mutant: vel ſe transferunt in alia quouis titulo ſine conſenſu ſedis apoſtolicæ, de hac prohibitione faciente ſpecialẽ mẽtionẽ habetur in dicta clementina Cupientes. 9 *Cõtra fratres edificantes noua loca.*

Excõicationis ſententiã incurrunt fratres minores admittentes ad diuina tempore interdicti ſorores: aut fratres tertij ordinis. Sed hoc conſtitutio modo non ligat, quia fuit reuocata per Sixtum. 4. 10 *Interdictũ*

Excõmunicationis ſentẽtiam quondam incurrebant gloſantes extrauagantem Nicolai. 3. quæ incipit: Exiit qui ſeminat, ſed ipſa excommunicatio fuit ſuſpenſa per 11

aliam extrauagantem Ioannis. 22.

12 Excõmunicationis ſententiam incurrunt ipſo facto: à qua non poſſunt abſolui niſi à Romano pontifice: præterquã in mortis articulo: quicunque de ordinibus mẽdicantibus facientes ſe recipi (etiã prætextu quarũcunque literarũ apoſtolicarũ ſub quacunque verborum forma conceſſarum) ad aliquem ordinem monachalem: excepto ordine carthuſienſium, quam etiam ſententiã incurrunt ipſos recipientes, Ex concilio Conſtantiæ ſub Martino. 5.

Cõtra omnes fratres mẽdicãtes.

13 Excõmunicationẽ incurrunt ipſo facto fratres & ſorores tertij ordinis: qui collegialiter viuentes poſt factã profeſſionẽ: & emiſſionẽ trium votorũ ſubſtantialium ſolenniter in manibus ſui miniſtri vel miniſtræ matrimoniũ contrahunt: ſeu antè contractũ conſumant, aut religionem ipſam dimittunt ad ſecularem vitam euntes. Et tale matrimoniũ eſt nullũ, nec poſſunt abſolui niſi habitu reaſſumpto ſuam profeſſionẽ collegialiter viuentes obſeruent, & à ſuis ſuperioribus abſolui meruerint. Sixtus. 4. in extrauaganti quæ incipit: Ad Chriſti vicarij præſidentis.

Cõtra fratres & ſorores tertij ordinis.

14 Excõmunicationẽ incurrunt fratres minores & prædicatores recipientes: ſiue admittentes ad priuilegia & immunitates ordinũ ſuorũ quoſcunque laicos vtriuſque ſexus prætextu tertij ordinis: ſeu alterius modi, niſi geſtauerint habitũ prædicti tertij ordinis ſolitum: & profeſſionẽ emiſerint ſolitã: & in aliqua domo ſeu cõgregatione dictorum fratrũ vel ſororũ vitã duxerint in cõmuni, non obſtantibus quibuſcunque literis apoſtolicis, Sixtus in bulla quæ incipit: Deteſtanda nullorum ambitio.

Cõtra fratres mi. & prædicato.

EXEMPTI FRATRES PARTICVLA.

1 CLEMENS. 4. prohibuit, ne aliquis frater minor exẽptus ab obedientia ordinis poſſit contra ſtatuta religionis morari in domibus fratrũ dicti ordinis: aut in eorum officiis ſe immiſcere: vel intromittere. B. ffo. 75. conce. 224.

Officia ordinis.

GREGORIVS.11.ſtatuit & ordinauit, quòd omnes & ſinguli religioſi quorũcũque ordinũ: etiã mẽdicantiũ ſedis apoſtolicæ capellani perinde eorũ ſuperioribus & ipſorum correctionibus in omnibus & per omnia ſint ſubiecti: ac ſi prædicti capellani nõ eſſent, nõ obſtãtibus exẽptionibus & aliis quibuſcunq; priuilegiis in contrarium facientibus. b. fo. 37. Et ffo. 35. conce. 39. *Pro omnibus mẽdic. Correctio.* 3

CALIXTVS.3. ſtatuit & ordinauit, quod nullus dictorum fratrũ beneficia ſecularia: ſeu etiã regularia quouis modo in titulũ: vel cõmendã pro tẽpore habentium poſſint capitulis generalibus: vel prouincialibus: aut cõgregationibus: ſeu negotiis: vel officiis: aut aliis adminiſtrationibus ordinis (niſi generalis pro tẽpore cõſenſu interueniẽte) quomodolibet admitti ſub excõicationis pena: quam admiſſi & admittentes incurrant ipſo facto. B. fo. 92. Et ffo. 175. conce. 410. *Prohibitio. Excõmunicatio.* 4

NICOLAVS.5. conceſſit miniſtro generali fratrum mino. quòd poſſit viſitare: & corrigere quoſcunque fratres exẽptos præfati ordinis, prout late poſitum eſt ſupra in dictione Correctio. §. 9. *Miniſter generalis.* 5

SIXTVS.4. ſtatuit: vt ſi aliqui fratres mi. aut prædicato. obtinuerint habilitationẽ ad habẽda beneficia eccleſiaſtica: & ꝙ interim: vel poſtquã ea habuerint: valeãt reſidere in domibus dicti ordinis, & ibidẽ cameras: ac vocẽ actiuã & paſſiuã in capitulis gñalibus hñe & priuilegiis dictoꝶ fratrũ & ordinũ gaudere, ꝙ iſti tales poſt quã aliqđ bñficiũ pacifice adepti fuerĩt: aut ꝑ capellanis in aliquibus eccleſiis deſeruire ceperint: cõceſſionibus ꝑdictis nequeant gaudere, aut aliis cõſimilibus ordinẽ cõcernẽtibus, niſi de prælatoꝶ cõſenſu, Et idẽ ſtatuit de promotis ad cathedrales: etiã titulares: ac alias dignitates eccleſiaſticas. B. fo. 66. Et ffo. 749. conce. 365. *Pro frat. ꝑdi. & mi. Officia ordinis. Epiſcopi.* 6

Idẽ Sixtus cõceſſit ſeu ſtatuit, vt nullus profeſſor ordinis Carmelitaꝶ beneficia ſecularia: ſeu etiã regularia quorumuis Romanoꝶ põtificum: aut ſedis apoſtolicæ: vel legatoꝶ eius conceſſione: vel indulto quouis modo in titulum: vel commẽdam pro tẽpore obtinẽtium, aut quę futuris tẽporibus quomodolibet obtinebũt, etiam ſi illa ſimpliciter: vel alio quouis modò dimiſerint: in *Ex priuilegiis carmelitarum.*

capitulis generalibus: vel prouincialibus: aut congregationibus: ſeu negotiis officiis vel aliis adminiſtrationibus dicti ordinis (niſi generalis pro tempore conſenſu interueniente) quomodolibet admittantur ſub excõmunicationis pena quã admiſſi & admittentes ipſo facto incurrant. B ffo. 188. con. 482.

Excõmunicatio.

7 *De examinatiõe priuileg. exẽ. fratrũ particulariũ.*

IVLIVS 2. commiſit vniuerſis prælatis & aliis perſonis in dignitate eccleſiaſtica conſtitutis, vt requiſiti à prælatis ordinis minorum & commiſſariis Romanæ curiæ aut aliis fratribus ad hoc per eoſdem deputatis examinent quaſcunque literas apoſtolicas, quas fratres dicti ordinis ſuper exemptionibus & habitus mutationibus & dimiſſionibus & aliis extorſionibus impetratas repererint, & quod cauſas per eoſdem fratres in illis allegatas dijudicent, & ſi veras non repererint eas reuocent & annullent, ac eiſdem fratribus minimè ſuffragari debere declarent. Ac quod prædictis fratribus ad ordinem canonicorum regularium tranſlatis ſeu vt ſeculares incedentibus ne in ciuitatibus oppidis vel locis vbi domus dicti ordinis fuerint permaneant inhibeant, vel ſi in eis manere voluerint, vt ad ordinem ſeu familiam cuius habitum temere reliquerint redeant. B. fffo, 13. conce. 50.

Nota.

8 *De licẽtia requiſita p impetra. exemp.*

LEO. 10. ſtatuit quod nullus frater ordinis mi. obſeruan. obtinere poſſit aliquã exẽptionẽ aut indultum apoſtolicũ ſub quauis forma & expreſſione verborũ, niſi generalium aut cõmiſſariorum ſuoꝝ in Romana curia exiſtentium ad hoc expreſſus accedat aſſenſus, Et quod ſi illa impetrauerit, illa nullatenus ſibi ſuffragentur vt illorum obtentu à prælatorũ ſuorũ iuriſdictione & regu. diſciplina exẽptus cenſeatur. B. fffo. 15. con. 52.

9 *De licẽtia cõmiſſarij p impetra. exempt.*

Idem Leo iterum prohibuit ne aliquis frater minor cuiuſcunq; cõditionis & gradus exiſtat vigorẽ cuiuſuis reſcripti apoſtolici ſub quauis verborum forma & cum quibuſuis derogatoriis & efficaciſſimis clauſulis quomodolibet emanati exẽptus à iuriſdictione ſuorum prælatorum in aliquo cenſeatur, niſi priùs cõmiſſarij dicti ordinis in Romana curia reſidentis ad hoc expreſſus & in ſcriptis accedat aſſenſus decernens irritum & inane

quicquid ſecus à quoquã quauis authoritate ſciẽter vel ignoranter contigerit attentari. B. ffo.18. conce.59.

EXEMPTIO.

CLEMENS.4. exemit fratres in multis à iuriſdictione & ſubiectione prælatorũ eccleſiæ. Et primo cõceſſit ꝙ per literas apoſtolicæ ſedis aut legatorũ ſeu delegatorum ipſius conueniri à quoquam minimè valeãt prædicti fratres mino. 1 *Exẽptio à prelatis eccleſia.*

Scd'o ꝙ ad pecuniã colligẽdã cogi non poſſint inuiti etiã per literas ſedis apoſtolicæ de cætero impetrandas.

Tertio quod nullus prædictorũ fratrũ teneatur correctionis ſeu viſitationis vel inquiſitionis officiũ monaſteriis vel eccleſiis ſeu quibuſcunq; perſonis impẽdere, vel ad cognitiones cauſarum ſeu citationes partium & denunciationes ſententiarum interdicti & excõmunicationis procedere.

Quarto ꝙ nõ teneãtur recipere curã monialiũ ſeu religioſarũ quarũlibetue pſonarum p quaſcũq; literas apoſtolicas, niſi de hoc indulto & ordine prædicto expreſſam fecerint mentionẽ. B fo.57. Et ffo.140. conce.321. *De mõialibus & aliis religioſis.*

Idẽ Clemẽs cõceſſit, vt ad viſitãdũ aliqua monaſteria monialiũ cuiuſcũq; ordinis vel ad audiẽdas cõfeſſiones earũ nequeãt pdicti ffes aliquatenꝰ cõpelli, nec ad recipiẽdũ cõmiſſiones cauſarũ ſeu ſententiarũ executiones vel alia cõtingẽtia cauſas ipſas per literas ſedis apoſtolicę in quibus non facta fuerit de indulto hmõi mentio ſpecialis ſiue p legatos vel delegatos ipſius aut etiã per alios quoſcũq;. B. fo.57. Et ffo.140. cõce.322. Idẽ Clemẽs cõceſſit inſuper ꝙ nullꝰ archiepiſcopꝰ vel epſ nulluſq; alius prælatꝰ eccleſiaſticus valeat cõpellere fratres mi. ad portãdũ ſeu deferẽdũ lras, vel exequẽdũ aut denũtiandum ſententias cõtra principes ſeculares cõmunitates populos ſeu quoſcunq; benefactores eorundẽ fratrum, Ac etiam quod nullus delegatus vel ordinarius iudex poſſit eoſdẽ fratres compellere ad faciendum citationes vel commiſſiones recipiendas, ſiue quod ſint in aliquibus cauſis aſſeſſores ſiue ad lites & controuer- 2 *De monialibus. Viſitatio.* 3 *De exemptione ab omnibus actibus fori iudicialis.*

ſias contingentia:in cauſis quæ coram ipſis tractantur ſine ſedis apoſtolicæ ſpeciali mandato vel licentia expreſſam faciente de huiuſmodi indulto mentionem. Nec quiſquam eorum teneatur parere: vel intendere ſuper his in monitionibus: ſeu mandatis: aut iuſſionibus eorundem: aut facere vel implere quod in hac parte duxerint iniungendum. B.fo.57. Et ffo.140. conce.313.

4 *Exẽptio ab occupatione in quibuſlibet negotiis extra ordinem.* Idem Clemens conceſſit: quod nullus legatus: niſi de latere: authoritate literarum apoſtolicarum ſpecialem de indulto huiuſmodi: & ordine prædictorum fratrum minorum non facientium mentionem: nulluſque alius prælatus: nec aliqua perſona religioſa: vel ſecularis de huiuſmodi fratribus ad ſua vel alterius negotia procuranda: ſeu ad ſecum manendum: aliquem aſſumere valeat, niſi quos generalis vel prouinciales miniſtri tanquam idoneos: & diſcretos eis duxerint aſſignandos, quos etiam ſubiacere voluit ordinis diſciplinę. B.fo.57. Et ffo.141.conce.325.

5 *Confeſſiones.* Idem Clemens prohibuit vniuerſis eccleſiarum prælatis: & aliis, ne confeſſiones fratrum mi. inuitis pręlatis eiuſdem ordinis audire præſumant, nec eos compellant ad ſynodos: ſeu congregationes ſuas accedere, vel cum eis extra ciuitates: vel intra proceſsionaliter exire, aut ſuis conſtitutionibus ſubiacere, vel capitula ſcrutinia & inquiſitiones in locis ſeu monaſteriis fratrum vel alibi de eiſdem facere, aut fidelitatem iuramento firmatã & manualem obedientiam à miniſtris ſeu cuſtodibus vel guardianis eiuſdem ordinis exigere, aut de ipſorum inſtitutione vel deſtitutione ſiue de ſtatutis ordinis ſe aliquatenus intromittere ſeu prohibere ne ad ciuitates & villas vbi religioſe viuere & morari poſsint à populis euocati audeant accedere ibiq; pro ſuis vſibus cõſtruere ædificia ſeu eccleſias & oratoria aut in ſic accidentes ſeu in conſtruentes fratres huiuſmodi vel receptatores ipſorum excommunicationis ſententias proferre præſumant B.fo.58. Et ffo.142.conce.338. Idem habetur quo ad fratres carmelitas B.ffo.186, conce.476. Et quo ad fratres prædicatores. B.ffo.238.conce.564. Et quo ad

Proceſſiones *Obediẽtia.* *Ædificare.* *Excõmunicatio.* *Collector.*

Auguſtinenſes.B.ffo.149.conce.604.

Idem Clemens exemit præfatos fratres à ſolutione canonicę portionis de ornamẽtis & pluribus aliis, prout ad lõgum poſitum eſt ſupra in dictione Canonica portio. §.3. 6 *Canonica portio.*

Idem Clemens conceſsit eiſdem fratribus.min.vt ad præſtationem procurationũ legatorum ſedis apoſtolicę vel nuntiorum ipſius ſeu diœceſanorum locorum aut exactionum vel collectarum ſeu ſubſidiorum vel prouiſionũ quorumcunq; minimè teneantur, Nec ad ea ſoluẽda per literas dictæ ſedis apoſtolicæ aut legatorũ vel nuntiorum eiuſdem ſeu rectorũ terrarum eccleſiæ Romanæ cuiuſcunque tenoris fuerint cõpelli poſsint, niſi huiuſmodi literæ apoſtolicæ impetrandæ plenam & expreſſam de hoc indulto & ordĩe prædicto fecerit mentionem B.fo.59.Et ffo.142.conce.341. 7 *Exẽptio à quibuſlib. exact.*

Idem Clemens exemit eoſdem fratres ab omni iuriſdictione prelatorũ eccleſiæ ordinariorum, ita ꝙ non obſtãte conſtitutione Innocẽtij.4.nõ teneãtur fratres prædicti ꝓ quibuſcũq; cauſis vel delictis præfatis locorũ ordinariis ſubiacere decernens irritũ & inane quicquid ſecus attentari contigerit.B.fo.50. Et ffo.142.conce.342. 8 *De exemptione ab oĩ iuriſdictione prelatorum eccleſ.*

Idem Clemens prohibuit, ne fratres minores ab aliquo legato (niſi de latere ſedis apoſtolicæ miſſo) vel delegato aut ſubdelegato authoritate literarũ apoſtolicarum excommunicari ſuſpendi aut interdici poſsint niſi literæ ipſæ plenam & expreſſam de prædicto ordine & indulto huiuſmodi facerent mentionem.B.ffo.3.conce prima. 9 *Excõmunicatio.*

NICOLAVS.4.cõceſsit exemptionem totalem ordini mi.decernens ordinem prædictum & fratres eiuſdem immediatè ſedi apoſtolicæ ſubiacere, ac eccleſias & oratoria domos loca libros vtenſilia & alia mobilia & immobilia quorum vſum habent fratres præfati in ius & proprietatem ſedis apoſtolicæ ſuſcepit.B.fo.28. Et ffo.112.conce.243. 10 *De immediata ſubiectione ſedi Apoſtolicæ.*

Vide ampliationem præfatæ conceſsionis infra § 14.

BONIFACIVS.8. confirmauit literas prædeceſſorum ſuorum ſuper exemptione prædicta, & de nouo exemit fratres mi.præfatos & illorum ordinem ab om- 11 *Cõfirmatio exemptionũ ſupraſcrip.*

niũ ſingulorũ quorũlibet prælatorum & perſonarũ eccleſiaſticarũ omnimoda poteſtate ac iuriſdictione decernens pręfatos fratres & ordinem eorum immediatè ſedi apoſtolicæ tantummodo & Romano pontifici ſubiacere. b.fo.32. Et ffo.32. conce.34.

12 *Pro monia. S. Claræ.* Idem Bonifacius conceſſit monialibus ſanctæ Claræ, vt ad præſtatione decimarum de quibuſcũq; poſſeſſionibus & omnibus aliis boni s quæ iuſtæ habuerint vel ad contribuendum in procurationibus quorumlibet ordinariorum & etiam legatorum & nuntiorum ſedis apoſtolicæ ac quibuſlibet taliis & collectis aut ad exhibendum pedagia telonea & alias exactiones quibuſuis regibus principibus ſeu aliis perſonis minime teneantur nec ad id compelli aliqualiter valeãt. B. fo.38. Et ffo.122 conce.267.

13 *Pro Auguſtinen.* Idem Bonifacius dedit copioſam exemptionem fratribus Auguſtinenſibus & eorum ordini, ſicut cõceſſerat fratribus & ordini mi. B. ffo.247. conce.619.

14 *Ampliatio exemptionum ſupraſcriptarum.* BENEDICTVS.II. exemit ordinem fratrum mi. ſicut fecerat Nicolaus.4. ſupra.§.10. & addidit quod nec etiam ratione delicti commiſſi vel initi contractus aut rei ſirę vel poſitæ ſeu exiſtentis extra loca eorundẽ fratrum exempta poſſint coram ordinariis vel aliis prælatis eccleſiaſticis moleſtari ſeu quomodolibet conueniri non obſtante conſtitutione Innocentij.4. in contrariũ faciente. B. fo.24. Et ffo.108. conce.232.

15 *Pleniſſima exemptio p fra pdica. & alius perſonis eis ſubiectis.* MARTINVS.5. approbauit & confirmauit literas Bonifacij.9. qui dedit ampliſſimam exemptionem ordini fratrum prædicatorum & ab eo dependentibus ſub ſequentibus verbis, Veſtigiis nonnullorum prædeceſſorum noſtrorum inhærentes ordinem ipſum ac magiſtrum generalem & priores & fratres prædictos necnõ quaſcunque ſorores ac domo s monaſteria & hoſpitalia quęcunq; quæ ſub cura & regimine ordinis fratrũ prædicatorum fuerint pro tempore conſtituta & eorum rectores & gubernatores cum omnibus ſuis iuribus & pertinentiis quę in præſentiarum obtinẽt & in futurum (dante domino) iuſtis modis poterunt adipiſci ab omni iuriſdictione dominio ſubiectione & poteſtate quorũ-

libet ordinariorum:& prælatorum ac perſonarum eccleſiaſticarum necnon à ſolutione cuiuſcunque collectæ,pedagij aut cuiuſcunque alterius generis exactionis de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine & de certa ſciētia prorſus eximim'& totaliter liberamus,illaque in ius & proprietatem beati Petri & ſedis apoſtolicæ & ſub eorum ſpeciali & immediata protectione ſuſcipimus decernentes ordinem magiſtrum priores fratres & ſorores qui nunc ſunt & erunt pro tempore domos monaſteria loca & hoſpitalia ſupradicta eorumque rectores & gubernatores cum omnibus iuribus & pertinentiis huiuſmodi ſolum immediatè ſedi apoſtolicæ ſubiacere, ita quod ordinarij,& prælati huiuſmodi ſiue quæuis alia perſona generaliter , vel ſpecialiter aut communiter vel diuiſim non poſſint quauis auctoritate excommunicationis ſuſpenſionis & interdicti ſententias promulgare,aut alias etiam ratione delicti ſeu contractus vel rei de qua agitur vbicunque committatur delictum ineatur contractus aut res ipſa conſiſtat poteſtatem ſeu iuriſdictionem aliquam quomodolibet exercere.Ibidem etiam cōcedit omnibus ſupra nominatis exemptionem à ſolutione decimarum,&pegiorum , & collectarum valde copioſiſſimè ita quod in omnibus exemptionibus ordinum mendicantium nulla reperitur copioſior.b.ffo.262. conce.681.Et habetur ſub autentico.B.fffo.80.conce.240.ſub nomine Eugenij 4. *Exactiões.* *Decimæ.*

EVGENIVS. 4. approbauit & confirmauit literas Bonifacij.9.& Martini.5.in quibus datur copioſiſſima exemptio ordini fratrum prædicatorum,vt ſupra poſitum eſt.§.15.Hæc autem approbatio Eugenij habetur autentica.B.fffo.80.conce.240. 16 *Pro fratr. prædic.*

Idem Eugenius exemit ordinem. S. Claræ abbatiſſas conuentus moniales monaſteria & loca eiuſdem ordinis cum omnibus iuribus & pertinentiis ac bonis mobilibus & immobilibus quibuſcunque ab omni iuriſdictione ac dominio & poteſtate quorumcunq; legatorum & prælatorum eccleſiaſticorum cum maximis clauſulis & non obſtantiis.Ac ſimiliter exemit à 17 *Pro monia S. Claræ.*

Decimæ. præſtatione ſeu ſolutione decimarum collectarum talliarum ſubſidiorum angariarum ac quarumlibet aliarum
Exactiões. exactionum.b.ffo.41.conce.46.

18 Nicolavs.5.quia aliqui eccleſiarum prælati & alij non obſeruabant exẽptionis literas conceſſas fratribus mi.ſtatuit & mãdauit, vt nulla perſona cuiuſcunque dignitatis gradus ſtatus vel conditionis exiſtat de cætero prædictos fratres moleſtare aut perturbare præſumant ſub excommunicationis pena ipſo facto incurrẽda ſi poſt monitionẽ ab huiuſmodi fratribus factã contrarium præſumpſerint.Et ibidem cõcedit generali miniſtro poteſtatem corrigendi omnes fratres dicti ordinis ſiue in monaſteriis monialium ſiue in aliis domibus & heremitoriis ſeu locis commorantes etiam ab obedientia viſitatione & correctione dicti miniſtri per ſpecialia ſedis apoſtolicæ indulta ſe exemptos eſſe præter regulæ & ſtatutorum dicti ordinis formam prętendentes, non obſtãtibus quibuſcunque priuilegiis exemptionibus & indultis apoſtolicis in genere vel in ſpecie conceſſis b.ffo.47.conce.50.

Excõmunicatio. *Generalis miniſter.* *Correctio.* *Exẽptio.*

19 *Decimæ.* Sixtvs.4.exemit fratres min. à ſolutione decimarum quarumcunque etiam papalium, vt habetur ſupra ad longum in dictione Decimæ.§.5.

20 *Decimæ.* Idem Sixtus exemit moniales ſanctæ Clarę à ſolutione decimarum etiam illarum terrarum & poſſeſſionum quas per colonos faciunt cultiuari, prout poſitum eſt ſupra in dictione Decimæ.§.7.

21 *Parrochi. eccleſiæ.* Idẽ Sixtus exemit eccleſias parrochiales apud quas monaſteria fratrum mi.ſunt conſtructa & capellanos in illis pro parte fratrum eorundem poſitos ad ſeruiẽdum à iuriſdictione & ſuperioritate ordinariorum B.fo.60. Et ffo.144.conce.351.Et habetur ſupra latius in dictione Eccleſiæ fratrum.§.4.vide ibi.

22 Idem Sixtus inhibuit locorum ordinariis ſub interdicti ingreſſus eccleſię & ſuſpenſionis à regimine & adminiſtratione eccleſiarum ſuarum ac rectoribus & aliis
Excõmunicatio. quibuſcunq; ſub excommunicationis latæ ſententiæ & priuationis earundem parrochialium eccleſiarum ac omnium aliorum beneficiorum eccleſiaſticorum quæ

obtinent necnon inhabilitationis ad illa & alia impoſterum obtinenda penis eo ipſo per eos qui contrafecerint incurrendis ne ordines fratrum prædicatorum & minorum & illorum domos & profeſſores præter aut contra tenorem priuilegiorum ſuorum per litteras apoſtolicas conceſſorum eos inquietare ſeu moleſtare præſumant, ac eos aut teſtamentorum vltimarumque voluntatum executores & hæredes ſeu quoſcunque alios directè vel indirectè ad ſolutionem cuiuſcunque quartæ parrochialis ſeu canonicæ vel alterius portionis ſeu oneris, vel ad faciendum celebrari aliquod officium in eorum eccleſiis vel alibi dum apud ipſos fratres decentium corpora tumulantur ante vel poſt eorum ſepulturam cogant, Nec confeſſis dictis fratribus euchariſtiæ ſeu extremæ vnctionis ſacramenta ſine rationabili cauſa denegare vel illorum exhibitionẽ malitioſe deferre aut eorum parrochianis ne prædictis fratribus confiteantur prohibere vel perſuadere nec etiã ad præmiſſa aut aliquod præmiſſorum auxilium conſilium vel fauorẽ dare directè vel indirectè quoquomodo præſumant. B. fo. 61. Et ffo. 145. conce. 355. *Pro frat. pdi. & mi.* *Quarta.* *Sacramẽ.*

Idem Sixtus conceſſit fratribus Carmelitanis copioſam exemptionem dicens in ſumma, quod nullus ordinarius ſeu legatus quauis authoritate vtens quamcunque ſuperioritatem ſuper prædictos fratres ſibi vẽdicare præſumat, Neque aliquis abſq; ſpeciali commiſſione ſedis apoſtolicæ faciẽte mentionem de verbo ad verbum de huiuſmodi indulto valeant promulgare aliquas ſententias excommunicationis ſeu alias cenſuras ſuper eoſdem, Et voluit quod proceſſus facti contra fratres præfatos pro infectis habeantur etiam ſi eorum exemptio (vtpote notoria) non fuerit allegata. B. fo. 99. Et ffo. 183. conceſſione. 449. Et etiam ffo. 185. conce. 466. extendit exemptionem prædictorum fratrum ad hoc vt nullus poſſit compellere eos ad cognoſcendum cauſas & pleraque id genus etiam per literas apoſtolicas non facientes de indulto hoc ſpecialem mentionem. 3 *Pro fratr. Carmeli.* *Excõmunicatio.*

24 *Pro Carmeli.* Idem Sixtus exemit prædictos fratres Carmelitas à quacunque iuriſdictione inquiſitorum hæreticæ prauitatis cum magnis non obſtantiis. B.fo.112.Et ffo.196. conce.489.

25 *Pro frat. prædica.* Idẽ Sixtus dedit copioſam exẽptionem fratribus ordinis prædicatorum ad inſtar exemptionis datæ fratribus Carmelitis & Mi.B.o. ffo.238.conce. 560.&.564. & vſque ad conceſſio.570.

26 *Inquiſitores hæreſis.* INNOCENTIVS.8. confirmauit ac de nouo conceſsit literas Clementis.4. & Sixti. 4. eximentes fratres mi.à iuriſdictione inquiſitorum hæreticæ prauitatis prohibendo eoſdem inquiſitores contra fratres huiuſmodi quomodolibet procedere vel inquirere b.ffo. 52. conce.60.

27 LEO.10.confirmauit literas prædictas Innocentij.8. ac de nouo conceſsit eaſdẽ inſerendo illas de verbo ad verbũ decernens illas debere inuiolabiliter obſeruari à quibuſcunque inquiſitoribus hæreticæ prauitatis.B. fffo.21.conce.64.

28. *Inquiſitores hæreſis.* Idẽ Leo iterũ prohibuit diſtrictè inquiſitoribus hæreticæ prauitatis,ne ſe vllo modo intromittant de fratribus mi.ſuper quo dedit conſeruatores vniuerſos eccleſiarum prælatos.B.fffo.20.conce.65.

29 *Pro monia S.Claræ.* Idem Leo approbauit ac de nouo conceſsit literas ſuorum prædeceſſorum, qui exemerant moniales ſanctæ Claræ ab omni iuriſdictione ſedis apoſtolicæ & à ſolutione quarumcunque decimarum etiam de terris & poſſeſsionibus quas per colonos faciunt cultiuari B. fffo.44.conce.139.

30 *Pro monia S.Claræ. & tertia.* Idẽ Leo poſtea exemit moniales.S.Claræ& tertiarias à ſolutione cuiuſuis decimę,vel taxę etiã per ſedẽ apoſtolicã impoſitæ,ſi tamen ita ſunt pauperes quod ipſarum redditus non ſufficiunt pro commoda illarum ſuſtentatione.B.fffo.47.conce.143.

31 *De cõmiſſariis cruciatæ.* Idẽ Leo exemit fratres minores obſer.à iuriſdictione cõmiſſariorũ cruciatæ,& aliis conſimilibus præcipiens huiuſmodi commiſſariis ſub grauibus cẽſuris, ne aſſumant fratres minores præfatos ad prædicandũ cruciatã B.ffio.48.conce.144.Hoc poſitum eſt ſupra ad lõgum

in dictione Cruciata.§.4.

De exeptione à quartæ funeralis ſolutione ſunt multæ conceſsiones diuerſorũ pontificum ſupra poſitæ in dictione Canonica portio. *Collector.*

Sed circa hanc materiam eſt aduertendum quod ſupra ſcriptarum exemptionum & nonnullarum aliarum conceſsionum in fauorem fratrum mendicantium conceſſarum fuerunt aliquæ derogatæ per concilium Lateranenſe vltimo celebratum, vt poſitum eſt in dictione Concilium §. 6. Attamen quia vt ibidem §. 7, dicitur fuerunt reualidata noſtra priuilegia, & per conſequens ſunt annullatæ huiuſmodi modificationes ſeu derogationes, ideo non oportet illas hic inſerere, pręſertim quia quo ad exemptionem proprie ſumptam fere nihil eſt innouatum ſeu derogatum per concilium præfatum.

FAMILIARES SEV FAMVLI FRATRVM.

ALEXANDER.4. fecit quandam conceſsionem famulis, ſeu familiaribus & procuratoribus ac operariis fratrum pro tempore interdicti quæ ponitur ad longum in dictone Interdictum. 3.in. §.1. vide ibi. 1 *Interdictum.*

ALEXANDER.4.conceſsit fratribus ordinis Carmelitarum facultatem miniſtrandi eccleſiaſtica ſacramenta familiaribus ſuis, ac tradendi eos ſepulturæ eccleſiaſticæ cum deceſſerint. B.fo.85.Et ffo.168.conce.391. 2 *Ex priuilegis carmelitarum.*

CLEMENS.4.conceſsit fratribus mi.vt his qui in eorum morantur obſequiis cuncta liberè miniſtrare poſsint eccleſiaſtica ſacramenta, & ipſos cum deceſſerint in ſuis cemiteriis ſepelire. B.fo.56. Et ffo.140 conce.315. 3 *Sacramẽ. Sepultura.*

Idem Clemens fecit alteram conceſsionem famulis ſeu familiaribus & procuratoribus ac operariis fratrum minorum, prout ad longum poſitum eſt in dictione Interdictum.3.in.§.3. Vide ibi. 4

GREGORIVS.11. fecit conſimilem conceſsionem 5

Ex priuil. fratrum prædica. familiaribus fratrum ordi. prædi. per eadem verba ſicut Clemens. 4. fecerat familiaribus fratrum min. vt ſupra poſitum eſt. §. 3. & 4. B. ffo. 236. conce. 546.

6 *Indulgentia.* Sixtus. 4. conceſsit: quod illi qui ſunt in ſeruitio fratrum mi. & ſororum ſanctæ Claræ: habeant indulgentiam plenariam in morte: ac ſemel in vita de reſeruatis. o. fo. 62 Et ffo. 66. conce. 96.

7 *Ex priuil. fra. mini. Sepultura.* Iulius. 2. conceſsit fratribus ordinis minimorum: ꝙ famuli domorum ſui ordinis: necnon cæteri eiuſdẽ ordinis habitum portantes: & in articulo mortis in dictis domibus ſepulturam eligentes omnibus & ſingulis priuilegiis ordinis minimorum huiuſmodi quolibet conceſsis gaudere liberè: & licitè valeant. B. ffo. 8. conce. 22.

8 *Prohibitio. Sacramẽ.* Leo. 10. in concilio Lateranenſi ſtatuit, quod fratres famulis eorum obſequio inſiſtentibus ſacramẽta eccleſiaſtica nullatenus miniſtrare valeant, niſi illorum durãte obſequio. B. ffo. 26. conce. 74.

9 *Excõmunicatio.* Idem Leo vbi ſupra ſtatuit, quod procuratores: & negociorum geſtores: ac operarij fratrum ſeruitiis inſiſtentes ſententiis excommunicationis promulgatis illa queati ſint: & eſſe cenſeãtur, ſi illis cauſam dederint aut dãtibus conſilium: auxilium: vel fauorem præſtiterint. B. ffo. 26. conce. 85.

Collector. Aduerte quod nonnulla alia conceſſa ſunt in fauorem familiarium fratrum pro tempore interdicti, Et quia hæc poſita ſunt ſupra in dictione Interdictum. 3. in omnibus. §. ideo ſuperfluum foret hic illa repetere.

FESTIVITAS.

1 *De ſancto Frãciſco.* Gregorius. 9. præcepit vniuerſis eccleſiarum prælatis, vt excitent deuotionem fidelium ad venerationem ſancti Frãciſci ac quod ſolẽnitatem eius 4. nonas Octobris annis ſingulis ſolenniter celebrent, & celebrandam denuncient. b. fo. 19. Et ffo. 22. conceſſione. 2.

2 *De ſancto Antonio.* Idem Gregorius ſimiliter præcepit eccleſiarum prælatis, quatenus deuotionem fidelium ad venera-

tionem ſancti Antonij de Padua excitantes feſtiuitatem ipſius idibus Iunij annis ſingulis celebrent,& faciant ſolenniter celebrari B.fo.117.Et ffo.200.conceſſio.491.

3 MARTINVS.5.ſtatuit quod de omnibus feſtis triũ lectionum feſta nouem lectionum fiant.Et ꝙ vtrunque feſtum ſanctæ crucis ſub duplici officio celebretur, ac quod rubrica de feſtis occurrentibus infra octauam nõ intelligantur de præcedentibus ſeu reſiduis ſed ſolum de exiſtentibus ſeu occurrẽtibus infra octauã.b.ffo.36. conceſſione.44. *Officium diuinum.* *Octaua.*

4 EVGENIVS.4.dixit quod ſeculares laborantes in feſtis ſanctę Crucis & ſancti Michaelis ſeptẽbris ac ſanctorum Innocentium & ſancti Silueſtri ſe nolle quod peccẽt mortaliter, niſi venerint in dominica.o.fo.61.Et ffo.64.conce.83.Et fffo.101.conce.396. *Pro ſecula. & labo-rato.*

5 Idem Eugenius diſpenſauit cum barbitonſoribus,vbi eſt cõſuetudo in ſabbatis & vigiliis de ſero radere barbas.o.fffo.101.conce.400.

6 SACROSANCTA ſynodus generalis Baſilienſis renouauit inſtitutionẽ de celebranda feſtiuitate ſanctæ conceptionis virginis Mariæ,quæ tam per Romanam quã per alias eccleſias ſexto idus decembris ſtatuit & ordinauit in omnibus eccleſiis & monaſteriis & cõuentibus chriſtianæ religionis ſub nomine conceptionis feſtiuis laudibus colendam eſſe.b.fo.42.Et ffo.40.conce.45. *De cõcep. virginis.*

7 SIXTVS.4.conceſſit quod fiat feſtum ſancti Bonauenturę dominica ſecunda Iulij,niſi fuerit primo ponẽda.o.fo.64.Et ffo.68.conce.134. *De ſancto Bonauen.*

8 Idem Sixtus conceſſit vniuerſis & ſingulis Chriſti fidelibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui glorioſi ſancti Franciſci feſtiuitatem (quam perpetuis futuris temporibus celebrẽ eſſe & vt feſtum duplex à cunctis chriſtianis celebrari ab omnique operę ſeruili abſtineri & ſub obſeruantia & præcepto comprehendi voluit) celebrantibus annuatim decem annos & totidem quadragenas de iniunctis eis pœnitentiis relaxauit.B.fo.46.Et ffo.130.conce.291. *De ſancto Frãciſco.* *Indulgẽtia.*

Collector. Aduertendum eſt circa prædicta ꝙ in libro intitulato firmamenta trium ordinum beati Franciſci in galliis impreſſo continetur hæc eadem bulla ſeu breue attamen vbi hic dicitur decem annos &c. dicitur illic quinquagintã annos &c. Et ſimiliter repperi ſcriptũ in quadam tabula antiqua priuilegiorum ordinis, vtrum autem iſtorum ſit verius non potui determinate ſcire.

9 *De quinq; martyri.* Idem Sixtus conceſsit ꝙ fratres min. poſsint vbique ſolenniter & publicè feſtum quinque martyrum ſui ordinis qui apud marrochium paſsi ſunt. ſ. Berardi. Petri Adiuti Accurſij & Ottonis in officio duplici maiori die 16. Ianuarij celebrare quã die ab hoc ſeculo per martyrium receſſerunt. B. ffo. 131. conceſsione. 294.

10 *De ſanctis omnibus ordinis mi.* Idem Sixtus conceſsit ꝙ poſsimus dicere Credo in feſtiuitatibus ſeu ſolẽnitatibus ſanctorum noſtri ordinis & S. Claræ. o. fo. 63. Et ffo. 67. conce. 118.

11 *De ſancto Lodo.* Idem Sixtus conceſsit ꝙ fratres mi. poſsint dicere officium proprium ſancti Lodouici epiſcopi & confeſſoris ſui ordinis. o. fo. 63. Et ffo. 67. conce. 119.

12 *De officiis propriis quarundã feſti.* ALEXANDER. 7. conceſſit omnibus & ſingulis fratribus minoribus de obſer. vt in feſto præſentationis virginis Mariæ ac ſancti Gabrielis archangeli & S. Catherinæ virginis & martyris propria officia dictarum feſtiuitatum liberè & licitè recitare ac dicere poſſint & valeant, & ꝙ feſtum prædictæ virginis & martyris. Catherinæ ſub minori duplici celebrare poſſint, & quod pro introitu miſſæ eiuſdem dicatur officium Gaudeamus omnes &c. o. fo. 66. Et ffo. 70. conce. 165.

13 Idem Alexander conceſſit, ꝙ fiat feſtum ſancti Gabrielis in vigilia ſctĩ Ioſeph. o. fo. 66. Et ffo 70. cõ. 166.

14 *De hiſtoriis propr. ſanctorũ.* Idẽ Alexander conceſſit fratribus min. de obſer. vt in ſolennitatibus ſanctorum proprias eorum hiſtorias (& ſi in breuiario non ſint) dicere & recitare valeant. Et quod feſtum omnium ſanctorum dicti ordinis ſub vna celebritate poſſint dicti fratres dicere ac recitare. o. ffo. 261. conce. 679.

15 *Cõicatio priuilegio.* IVLIVS 2. conceſſit quod omnia quæ ſunt conceſſa in feſtiuitatibus ſanctorum ordinis prædicatorum omnia illa in feſtiuitatibus ſanctorum ordinis minorum (quamuis ſint

(quãuis ſint in maiori numero quã feſta prædicatorũ) conceſſa ſint & eſſe intelligantur. B. ſſo. 228. conce. 533. Et ſſo. 74. conce. 222.

Leo. 10. conceſſit fratribus mi. & monialibus ſanctæ Claræ, vt in eccleſiis monaſteriorum ſuorum duntaxat poſſint liberè & licitè celebrare publicè ac ſolenniter officium de beatis martyribus Daniele Angelo Samuele Romulo Leone Nicolao & Hugolino fratribus dicti ordinis mi. qui pro Chriſti nomine mortem ſubiere libenter & martyrij palmam in ſarracenorum partibus conſequi meruerunt in officio duplici maiori in die determinanda à generali capitulo, Ac etiam in letanij & aliis diuinis officiis prout de aliis ſanctis per ſedem apoſtolicam canonizatis memoriam facere, & quod ſimiliter propriam legendam eorum in choro cantare poſſint. B. ſſo. 19. conce. 60. 16 *De ſeptem fratri mi. martyri.*

Idem Leo conceſſit monialibus ſanctæ Claræ ſub cura & regimine fratrum obſeruant. exiſtentibus quòd feſta beatę Agnetis & vndecim miliũ virginũ perpetuis futuris temporibus ſub ritu duplicis maioris celebrare liberè & licitè poſſint & valeant. Et ſſo 42. conce. 134. 17 *Pro mon. Claræ.*

Idem Leo conceſſit quòd fratres minores obſeruantiæ poſſint celebrare feſta in quorum honore eccleſiæ locorũ ſuorũ ſunt dedicatæ ſub ritu duplicis maioris etiã ſi ſecũdum ordinarium eſſent de ſe ſimplicia o. ſſo. 93. conce. 284. 18 *Pro ſãctis voca. lo. fra.*

FRANCIS. PATER NOSTER SERAPHICVS.

GREGORIVS. 9. aſcripſit beatum Franciſcum cathalogo ſanctorum maxima cum ſolennitate ac præcepit omnibus eccleſiarum prælatis, vt quarto nonas Octobris celebrent & celebrandam denuncient populis eiuſdem ſancti feſtiuitatem. b. fo. 19. Et ſſo. 22. conce. 2. 1 *Feſtiuitas*

Idẽ Gregorius dedit multas bullas ſeu breuia in fauorẽ ſtigmatũ beatiſſimi patris noſtri Franciſci quæ reperientur infra in dictione Stigmata. 2 *Stigmata*

SIXTVS. 4. conceſſit indulgentias celebrantibus fe- 3

Indulgentia. ſtũ beati Frãciſci, ac voluit quod ſub ritu duplici celebretur ab omnibus, Et mandauit huiuſmodi feſtũ ſub præcepti vinculo obſeruari, vt ſupra in dictione Feſtiuitas.§.8.latius poſitum eſt.

4 *Credo.* Idẽ conceſſit vt poſſit dici Credo in octaua feſtiuitatis ſancti Franciſci.o.fo.64.Et ffo.68.conce.133.

Vide ſupra in dictione Credo declarationẽ huius cõceſſionis.

5 *Præfatio.* Idẽ Sixtus conceſsit quòd in die Sancti Franciſci & ſtigmatũ eiuſdẽ poſsint fratres mi. dicere propriã præfationem in miſſa.o.fo.63.Et ffo.67.conce.110.

6 *Præfatio.* Idẽ Sixtus conceſsit quòd in omnibus miſsis votiuis Sancti Franciſci dicatur propria præfatio. o.fffo.102. conce.412.

7 *Habitus ordi.* Idem Sixtus conceſsit aliqua in fauorem habitus trium ordinum Sancti Franciſci, prout inuenietur infra in dictione Habitus, Et in dictione indul. plen.quo ad fratres,§.

Collector. Habitus Multi alij ſummi pontifices conceſſerunt magnas remiſsiones peccatorũ morientibus:& ſepeliri ſe mandãtibus in habitu Sancti Franciſci,quæ etiã reperiẽtur infra in dictione Indulgentiæ quo ad ſeculares.6.

Indulgentia. Complures etiã ſummi pontifices conceſſerunt multas & varias indulgentias & peccatorum remiſsiones viſitantibus eccleſias ſancti patris Franciſci,ac etiã in illis ſepeliri ſe mandãtibus aut in earũ clauſtris:& cœmiteriis,necnon porrigentibus manus adiutrices pro illarum edificatione,aut reparatione, & ſimiliter exhibentibus opera pietatis & charitatis fratribus mi. filiiſque præfati ſanctiſsimi patris,quæ omnia diſtinctè reperiẽtur infra in dictione Indulgentiæ quo ad ſeculares.1.& 2.&.3.&.4.

Stigmata Inſuper nõnulla ꝑtinentia ad Stigmata ꝑdicti ſeraphici patris ponuntur infra in dictione Stigmata.Vide ibi.

GENERALIS MINISTER.

1 CLEMENS.4.ſtatuit quòd generalis miniſter ſtatim poſtquã electus ſcđm regulã: & cõſtitutiones

ordinis fuerit, eoipſo verus eiuſdem ordinis genera- *Electio.*
lis miniſter effectus curam animarum fratrum ipſius
ordinis plenam habeat:& liberè gerat, Ac quòd fratres
prædictos authoritate apoſtolica ligare:ac ſoluere,nec-
non in eodem ordine agere valeat: quæ ipſe miniſter
& diffinitores capituli generalis iuxta conſtitutiones
prædictas ordini & fratribus ſecundum Deum viderint
expedire, ipſique fratres huiuſmodi generali miniſtro
deuote ac humiliter obediant, Et ſimiliter voluit quòd
generalis miniſter à prouincialibus miniſtris & cuſto-
dibus ſecundum regulam & conſtitutiones ipſius ordi-
nis abſolui & ammoueri poſsit.B.fo.56. Et ffo.139.cõ-
ce.307.

Idem Clemens fecit aliam conceſsionem circa ele- 2 *Electio.*
ctionem generalis miniſtri, quæ poſita eſt ſupra in di-
ctione Electio.§.3. vide etiam ibidem alias duas Nico-
lai.4.§.5.&.6.

CONCILIVM Conſtantienſe ſtatuit, quòd gene- 3
ralis fratrum mi. poſsit & debeat conuentus ſibi ſub-
ditos ad ſtatutũ ſtrictæ obſeruantiæ conſonum iuxta de-
clarationes & ſtatuta ſedis apoſtolice & ordinis redu-
cere tollendo quaſcunque ſuperfluitates ſiue ſint in re-
bus mobilibus vel immobilibus quantum fieri poterit *Reformatio.*
bono modo habito ſemper conſilio maiorum & di-
ſcretorum ſibi obedientium, ac eligendo (ſi opus fue-
rit) aliquas perſonas quæ ipſas ſuperfluitates authori-
tate dicti concilij vendant commutent aut aliàs in ope- *Vendere*
ribus conuentuum conuertant.B.fo.26.Et ffo.110. cõ-
ce.236.

VRBANVS.5. conceſsit generali miniſtro poſſe 4.
dare de toto ordine ſuffragia indulgentiarum & ora- *Indulgentia.*
tionum ac beneficiorum ſpiritualium quibuſcunque
perſonis deuotis & benefactorib' ordinis noſtri. b.ffo.
261.conce 671.

EVGENIVS.4.conceſsit vt generalis poſsit tollere ſu- 5
perflua à conuentibus ſibi ſubiectis ac in aliis conuen-
tibus reponere aut commutare. o. ffo.261. cõce. 676.

Idem Eugenius diſtrictè precipiendo mandauit pro- 6
uincialibus & aliis fratribus ordinis mino, regularis

Appellatio. obſeruantiæ, quatenus generalibus dicti ordinis pro tẽpore exiſtentibus appellatione & contradictione quibuſlibet remotis in omnibus & ſingulis licitis & honeſtis regulam & ſtatutum ac ordinem ipſorum obſer. necnon officium eorundem generalium quomodolibet concernentibus quæ dicti generales pro tẽpore duxerint ordinanda ſeu illis iniunxerint aut mandauerint *Statuta.* humiliter pareant & intendant, ac illa efficaciter ſtudeant adimplere.b.fo.47.

7 *Exempti fratres.* NICOLAVS. 5. conceſſit generali miniſtro prædicto, quòd omnes ſinguloſque fratres ſui ordinis quantumcunque exẽptos virtute literarũ apoſtolicarũ præter regulæ & ſtatutorũ eiuſdẽ ordinis formã poſſit viſitare corrigere & punire non obſtantibus quibuſcunque in *Correctio.* contrariũ facientibus, prout latius poſitũ eſt ſupra in dictione Correctio fratrum. §. 9.

8 *Celebrar.* PIVS. 2. conceſſit quòd generalis ordinis mino. poſſit dare authoritatẽ celebrandi per vnã horã antè auroram eis quibus ſibi videbitur apoſtolica authoritate. o. ffo. 97. conce. 346.

9 *De ſuſpenſione priuilegio. pecuniariũ.* SIXTVS. 4. cõceſſit facultatẽ gñali fratrũ mi. vt quãdocunq; viderit fratres ſuos vel aliquẽ ipſorũ abuti gratiis & facultatibus apoſtolicis ab eodẽ conceſſis, poſſit gratias & facultates huiuſmodi ſuſpendere ac ſuſpẽſas tenere donec conſulat ſummum pontificẽ, & ab ipſo reſponſum accipiat. b. fo. 56. Et ffo. 52. conce. 58.

Collector. Vide circa hoc aliam conceſſionem Leonis infra. §. vltimo.

10 *Appellatio.* Idem Sixtus conceſſit quòd generalis fratrum Carmelitarum adminiſtret & exerceat ea quæ ad ſuum officium generalatus pertinẽt reiecta quauis profeſſorum ſui ordinis & aliorum ſibi ratione dicti officij ſubditorum appellatione quæ ab eius præceptis monitionibus ordinationibus & mandatis ac decretis regulari diſciplina quomodolibet interponi contigerit. B. fo. 99. Et ffo. 182. conce. 446.

11 *Appellatio.* Idem Sixtus fecit conſimilem conceſſionem ſicut immediate ſuprapoſitam generali fratrum Auguſtinenſiũ in ſuo mari magno. B. ffo. 251. conce. 636.

INNOCENTIVS.8.conceſſit quod miniſter generalis poſſit benedicere corporalia & ſimiliter prouinciales miniſtri.o. fffo.98.conce.354. 12 *Benedicere.*

Idē Innocentius conceſſit, quod generales & prouinciales miniſtri poſſint diſpenſare cũ fratribus ſuis, vt ad ſacerdotiũ promoueantur in vigeſimo ſecundo anno cõpleto hoc eſt cũ attingentibus vigeſimũ tertiũ annũ. o.fffo.99.conce.356. 13 *Diſpenſatio.*

Circa hanc conceſſionē vide ſupra in dictione Diſpēſatio.§.15 & ibi notata. *Collector.*

ALEXANDER.6. conceſſit generali quod poſſit diſpenſare cũ pizochis viuentibus in cõmunitate ſeu in congregatione quando fecerunt votũ religionis ſanctæ Claræ quod remaneant ibi, ſi cõmodè non poſſunt ingredi monaſteria ſanctæ Claræ.o.fffo.99.conce.360. 14 *Diſpenſatio.*

Quo ad factã conceſſionē vide ſupra in dictione Diſpenſatio §.19. *Collector.*

IVLIVS.2.conceſsit generali fratrũ Auguſtinenſiũ & fratribus ſui ordinis motu proprio ac ex certa ſciētia & de plenitudine ſuæ poteſtatis, vt quæcũque inſtrumenta exēplaria ſeu tranſumpta ſuorũ priuilegiorũ oſtenderentur firmata ſeu ſignata ſigillo generalis prædicti eandē omnino vim habeant ac illis eadē fides adhiberetur ac ſi plũbi ſignũ vel ſigillum haberent b.fffo.267.conce.698. 15 *Pro Auguſtinen. Priuilegia.*

LEO.10.confirmauit ac de nouo conceſſit immediatè præcedentē conceſſionē Iulij ſecundi.b.fffo.123.conce.559. 16

Idē Leo cõceſſit quod generalis miniſter poſſit etiam extra capitulum declarare quæ res debeant dici viles aut parui valoris ad hoc vt intra & extra ordinem poſſint à fratribus dari, prout latius poſitum eſt ſupra in dictione Dare.§.2. Et habetur.O.fffo.59.conce.175. 17 *Declarare. Paupertas.*

Idē Leo in bulla vnionis ſtatuit quod ex tunc in perpetuũ eligatur miniſter generalis totius ordinis mi. à miniſtris & cuſtodibus reformatis ſeu obſeruantibus eiuſdē ordinis, qui ſimiliter ſit reformatus & pro reformato habitus à cõmunitate fratrũ reformatorũ. Et ꝙ huiuſmodi generalis habeat plenariã authoritatē ſuper 18 *Electio.*

omnes fratres mi. prout ex regula ei cõpetit, Ac ꝙ miniſteriatus officiũ duret tantum per ſexennium, niſi antea vniuerſitati miniſtrorum prouincialium & cuſtodum viſum fuerit debere deponi, Et quod dicto ſexennio elapſo ſit abſolutus ab officio decernens irrium & inane quicquid in contrarium factum fuerit, ſicut magis latè habetur ſupra in dictione Electio. §. 9. &.10. B.fff o.2 9.conce.93.& 94.

19 *Electio.* Idẽ Leo ſtatuit, quod miniſter generalis eligatur ſemel ſeu vno ſexennio ex fratribus ciſmontanis & alio ſexennio ex vltramontanis &c. prout habetur vbi ſupra in dictione electio.§.10.B.fff o.29.conce.95.

20 *De gene. fcõ cardi.* Idẽ Leo ordinauit, qood primus miniſter generalis ex obſeruantibus electus Romæ tempore eiuſdem Leonis non obſtante illius aſſumptione ad cardinalatũ haberet officium generalatus vſque ad primum ſequẽs capitulum generale in feſto Penthecoſtes anno ſequenti celebrandum.B.fff o.34.conce.117.

21 *Electio.* Idem Leo annullauit electionem generalis magiſtri fratrum mi. conuentualium factam ſub nomine miniſtri generalis.B.fff o.33.conce.116.

22 *De viſitatione mo.* Idẽ Leo conceſſit quod generalis miniſter poſſit viſitare & corrigere moniales ſeu ſorores quaſcunque, quæ per prouinciales vel viſitatores ſolitæ ſunt viſitari præcipiens monialibus & ſororibus huiuſmodi in virtute *Excõmunicatio.* ſanctæ obedientię ac ſub excõmunicationis latæ ſentẽtiæ pena quatenus præfato generali pro tempore exiſtenti humiliter obediant, & ipſum ad viſitationis officium admittant, ſeque & earum domos ac monaſteria & loca viſitari in capite & in membris & corrigi ac puniri libere permittant.B.fff o.34.conce.118.

23 Idem Leo conceſſit generali fratrum mino. vt in ſuo capitulo generali de conſenſu eiuſdẽ capituli vel maioris *Oracula.* partis declarare poſſit & valeat vtrũ ab vſu alicuius conceſſionis viuæ vocis oraculo factæ abſtineri debeat. Poſtquam quidem declarationem tam fratres quã moniales ſuæ obedientiæ ac ſi conceſſio huiuſmodi per ſanctitatem ſuam ſuſpenſa vel reuocata fuiſſet: conceſſione eadẽ impoſterũ nõ vtantur.o.fff o. 94.cõce.196.

GLORIA IN EXCELSIS DEO.

ALEXANDER.4 cōceſſit fratribus vniuerſis ordinis min quod in miſſis votiuis tam ſolennbus quā priuatis:quas de ſpiritu ſancto:aut de beatæ virgine Maria dixerint: poſſint dicere hymnum angelicū.ſ. Gloria in excelſis Deo,ac quod ſimiliter poſsint dicere proſas:ſeu ſequentias.b.fo.23.Et ffo.25.conce.14. 1

SIXTVS.4.concesſit fratribus mi.de obſeruantia,vt poſsint dicere in omnibus miſsis votiuis:Gloria in excelſis Deo.o.ffo.69.cōce.143. Et ffo.100.conce.389. 2

Aduertendū eſt:quod licet ſupra dicatur in omnibus non per hoc eſt intelligendum poſſe in illis miſsis quæ in ſuis propriis diebus carent illa,vt in miſsis dominicarum aduentus: & ſeptuageſimæ:& conſimilium. Collector.

3 LEO.10.ad inſtantiam cuiuſdā boni patris: qui ignorabat ſupraſcriptas conceſsiones generales, conceſsit fratres prædictos poſſe dicere: Gloria in excelſis Deo in miſsis votiuis, quando vocantur ad loca vbi requieſcunt corpora ſanctorum ad celebrandum: vel vbi habetur de illis celebris memoria, ſicut Ianuæ de ſancto Ioanne Baptiſta:& in prouincia.ſ.Lodouici ſanctæ Mariæ Magdalenæ.o.fffo.92.conce.266.

Aduertat qui hæc legerit,quod hæc vltima conceſsio ſtricta non derogat in aliquo pręcedentibus magis amplis,quia pontifex conceſsit conformiter ad relationē petentis,qui vt ſupra dictum eſt ignorabat cōceſsiones latiores ante factas, aliter enim non eſt credibile quod ſic petiſſet. Collector.

GVARDIANVS.

CLIMENS.4.conceſsit ſiue ſtatuit, vt guardiani q ſecundū ſtatuta ordinis fratrū mi.aliter quam per electionē inſtituuntur poſt ipſam inſtitutionē ſeu poſitionem de ipſis factam curā animarum fratrū ſibi ſubditorū habeāt, ipſoſque ligare ac ſoluere poſsint iuxta ipſius ordinis inſtituta.B.fo.56.Et ffo.139.conce. 309. 1 Abſolutio.

2 SIXTVS. 4. fecit conſimilē conceſſionē prioribus conuentualibus fratrū ordin. carmeli, vt habetur in ſuo mari magno. B. ffo. 182. conce. 446.

3 *Habitus fratrum.* Idem Sixtus ſtatuit quod habitus fratrum mino. non poſſit dari his qui cum eo ſe elegerint ſepeliri niſi per guardianos dicti ordinis vel eorum ſuperiores. B. ffo. 149. conce. 354.

Iſta conceſſio, habetur latius infra in dictione Habitus fratrum. § 8. Vide ibi.

4 *Priuilegia.* IVLIVS. 2. conceſſit quod omnia priuilegia & indulta apoſtolica conceſſa ordini fratrum prædicatorum quæ ſpectant ad priores conuentuales dicti ordinis pertineāt etiā ad guardianos conuentuum ordinis minorū. B. fffo. 73. conce. 222.

Collector. Quo ad præfatā conceſsionē eſt notandum, quod authoritas priorum conuentuū ordinis prædicatorum eſt valde magna, nā vt paret in mari magno prædicti ordinis & aliis eorum priuilegiis ſemper parificantur priores conuentuum prioribus prouincialibus quo ad ſuos ſubditos, quod nunquā aut raro reperitur in priuilegiis fratrum mi. in guardianis & prouincialibus, attamen virtute ſupraſcriptæ cōceſsionis poterunt guardiani vti omnibus cōceſsis prioribus fratrum prædicatorum ſaltē inquantum non fuerit eis reſtrictum per ſuperiores, Et circa huiuſmodi authoritatē vide ſupra in dictione Abſolutio ordinaria quo ad fratres poſt. § . 6. Et in eadē dictione prope finē vbi dicitur Tertium dubium eſt Vide etiā ſupra in dictione Apoſtatæ poſt § . 7. &. 8. & 10. Et in dictione Nouitius. § 15.

5 *Declarare. Scrupula.* LEO. 10. conceſsit quod omnes fratres qui ſunt nimis ſcrupuloſi poſsint in omnibus dubiis conſcientiam ſuā tangentibus ſecura conſciētia ſtare determinationi ſui guardiani vel cuiuſcunque alterius prælati. o fffo. 95. conce. 287.

Collector. Circa ſupraſcriptam conceſsionem eſt aduertendum quod in ipſa non conceditur aliqua authoritas noua prælatis vt valeant determinare ad libitum ſuum ſed ſolum prouidetur ſerenitati conſcientiarum ſubditorum.

De duratione autem officij guardiani vide infra in dictione Officia ordinis, §.4.

GRADVS SCHOLASTICI.

MARTINVS. 5. præcepit in virtute ſanctæ obedientiæ vniuerſis cancellariis rectoribus decanis magiſtris & doctoribus ſtudiorum ac vniuerſitatibus eorundẽ vbicũque conſiſtentibus, ne fratribus min. ſeu alicui eorum gradum & honorẽ ac inſignia magiſterij conferre præſumant, niſi curſum per cõſtitutiones apoſtolicas & ordinis præfati inſtituta perfecerint, & alias ad dictum gradum obtinendum idonei exiſtant. Et decreuit ac ſtatuit quod quilibet ex magiſtris aut doctoribus qui alias quã vt prædictũ eſt gradũ & inſignia alicui fratrum prædictorum impẽdere præſumpſerit gradu & honore magiſterij careat, atque à lecturis & aliis actibus & gratiis magiſtralibus ipſo facto ſit perpetuo priuatus, & ad eadẽ de cætero inhabilis exiſtat. Voluit inſuper quod eiſdẽ penis ſubiectus ſit quicunq; præter rigorem huiuſmodi gradũ & inſignia prædicta ſuſcipere præſumpſerit. b. ffo. 35. conce. 40. 1 *Prohibit.* *De aſcenſu ad gradũ magiſterij.*

2 *De gradu bachalareatus.* Idẽ Martinus ordinauit ꝙ ſi aliqui ex fratribus prædictis bachalareatũ pro huiuſmodi gradu magiſterij aſſequendo contra conſtitutiones apoſtolicas & inſtituta prædicta fuerint adepti & illius prætextu libros ſententiarũ publicæ & actualiter legant à lectura huiuſmodi ſub penis ſupradictis penitus & omnino ceſſent, alias ab eorum ſuperioribus penis grauioribus per cenſurã eccleſiaſticã arceantur. b. ffo. 35. conce. 40.

3 *De gradu magiſterij* Idẽ Martinus ſtatuit & decreuit, ꝙ quicunque fratres ordinis min. promoti fuerint ad magiſterij gradum in theologia extra vniuerſitates ab ipſo ordine per generalia capitula ad hoc ſpecialiter electas & abſque eo quod ante perfecerint debitos curſus ſuos ac ſententias legerint in vniuerſitatibus approbatis & actus legitimos & cætera exercitia ſcholaſtica fecerint, proue legere & facere tenentur de conſuetudine vel de iure in huiuſmodi ritè magiſtrandi ſcientia minime de cæ-

tero gaudere poſsint beneficiis officiis honoribus gratiis priuilegiis exemptionibus & indulgentiis tam in dicto ordine quã extra magiſterio in theologia apoſtolica vel alia quauis authoritate conceſsis & quibus magiſtri huiuſmodi vti & gaudere conſueuerunt. Et inſuper ſtatuit quod prædicti promoti non ſeruatis modis debitis non habeantur nec reputentur pro magiſtris in theologia nec ſe pro talibus gerere & nominare præſumant, Ac etiam mandauit generali & prouincialibus miniſtris cuſtodibus & guardianis & eorum vices gerẽtibus ac generalibus & prouincialibus capitulis & officialibus quibuſcunque prædicti ordinis ſub pena excommunicationis quatenus has literas (quantum vnũquẽque concernunt) obſeruent & faciant inuiolabiliter obſeruari nõ obſtantibus quibuſcũq; in contrarium facientibus. b. ffo. 39. conce. 43.

Excõmunicatio.

4 EVGENIVS. 4. prædictas liretas Martini. 5. quo ad promotos poſt ipſarum literarum datam voluit inuiolabiliter obſeruari, & eas authoritate apoſtolica confirmauit inferẽdo illas de verbo ad verbum in ſuis literis, b. ffo, 39. conce. 43.

5 INNOCENTIVS. 8. ſtatuit quod nullus frater ordinis prædicatorum reformatorum ſeu de obſeruantia prouinciæ aut congregationis hiſpaniæ magiſterij vel alium quẽuis gradum in ſacra theologia (niſi ad illum per capitulum dictæ congregationis expoſitus fuerit) aſſumere quoquomodo præſumat. Et quod ſi qui aliter promoti fuerint pro non promotis habeãtur, & ad huiuſmodi gradus inhabiles ſint & eſſe cenſeantur. b. ffo. 75. conce. 194.

Pro fratr. predica. Particularis pro hiſpania.

6 Idem Innocentius conceſsit fratribus ordinis prædicatorũ, vt quia propter magnas expenſas quæ in ſuſcipiendis gradibus in vniuerſitate Salmantina fiunt fratres prædictæ congregationis gradus huiuſmodi ibidẽ ſuſcipere cõmodè non poſſunt quod regẽs & in eius abſentia prior domus ſancti Stephani Salmantinæ dictæ congregationis poſsit conferre quoſcunque gradus fratribus eiuſdem congregationis per eandem congregationem expoſitis & admiſsis per capitulum vel ma-

Pro fratr. predica. Particularis pro hiſpania.

giſtrum generalem dicti ordinis dũmodo ſic gradu andi peregerint curſus ſuos.b.ffo.75.conce.294.

HABITVS FRATRVM ET MONIALIVM.

1 *Apoſtata.*

GRegorivs.9. prohibuit ne ſub habitu fratrũ mi.liceat alicui extra obedientiã euagari, Et quod ſi q forte preſumpſerint liceat generali & prouincialib' miniſtris & cuſtodibus in fratres ipſos (donec reſipuerint) cenſuram eccleſiaſticam exercere. B.ffo.201.conce.494.

2 *De habitu S. Claræ.*

Idẽ Gregorius præcepit eccleſiarũ prælatis quatenus mulieres deferẽtes habitũ.S. Claræ,& cũ illo per ciuitates diſcurrẽtes (cũ requiſiti ſuper hoc fuerint) monitione præmiſſa cõpellãt per cẽſuras eccleſiaſticas ad dimittendum huiuſmodi habitum.b.fo.21.Et ffo.23.cõce.7.

Collector. Aduerte ꝙ idẽ iudiciũ eſt habẽdũ de deferẽtibus habitũ tertiariarum ratione cõmunicationis priuilegiorũ.

3 *Prohibitio.*

Innocentivs.4.ꝓhibuit, vt nullus qui nõ ſit de religione fratrum min. habitum dictorum fratrum aut ita conſimilem quod propter eum frater minor credi poſſit deferre præſumat abſque mandato ſpeciali ſedis apoſtolicæ, Et mandauit eccleſiarum prelatis, quatenus ſinguli eorum in ſuis ciuitatibus & diœceſibus illos qui præfatum habitum vel ei conſimilẽ deferre præſumpſerint ad deponẽdum ipſum (cum à fratribus prædictis fuerint requiſiti) monitione præmiſſa eos compellant.B.fo.19.Et ffo.103.cõnce.216.

4 *Prohibitio.*

Clemens.4.inhibuit, vt nullus ſiue religioſus ſiue ſecularis habitum fratrũ mi.aut ita conſimilẽ quod propter eum frater minor credi poſſit deferre valeat abſq; mãdato ſpeciali ſedis apoſtolicæ, Et vt dicta inhibitio maiorẽ cõſequatur effectum ſtatuit vt ij qui habitum prædictum vel ſibi conſimilẽ deferre præſumpſerint ad deponendum ipſum per diœceſanos locorum (cum requiſiti fuerint) monitione præmiſſa per cenſurã eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compellantur.B. fo.58.Et ffo.141.conce.333.

5 *Indulgentiæ.*

Idem Clemens & multi alij ſummi pontifices ſucceſſores eius cõceſſerunt plures indulgentias morientibus

& ſepultis cum habitu fratrum mi. ac etiã oſculantibus habitum ordinis prout habetur infra in dictione indulgentiæ quo ad ſeculares ratione habitus. 6. Ac ſimiliter aliæ indulgentiæ pertinentes ſolum ad fratres ratione huiuſmodi habitus habentur in dictione Indulgentiæ plenariæ quo ad fratres infra §. 3.

6 *Sepulturæ.* SIXTVS.4. decreuit vt illi qui ordinauerint quod eorum corpora cum habitu fratrum mino. ſepelientur, ne ex illorum corporum delatione ad alia loca ordini & fratribus prædictis iniuriæ irrogentur tales apud fratres huiuſmodi eſſe ſepeliendos etiam ſi alibi ſuam elegiſſent ſepulturã niſi fiat de licentia & aſſenſu fratrum domus loci in quo tales deceſſerint. B. fo. 60. Et ffo. 144. conce. 350.

Collector. Sed circa hoc vide infra. §. vltimo decretũ Leonis in conſilio Lateranenſi, quod in foro exteriori ſaltẽ debet obſeruari.

7 *Pro carmelitanis.* Idẽ Sixtus fecit conſimilẽ conceſsionẽ fratribus carmelitis per eadẽ verba addendo quod contradictores ſint excommunicati. B. ffo. 182. conce. 444.

8 *Pro pdica. & mi. in ſimul.* Idẽ Sixtus in bulla Aurea ſtatuit quod habitus fratrũ mi. vel prædicatorum non poſsit dari his qui cum eo elegerint ſepeliri niſi per guardianum domus ordinis minor. aut per priorẽ domus ordinis prædicatorum loci in quo tales decedere contigerit vel per ſuperiorẽ prælatum dictorum ordinum aut cui illi duxerint cõmittendum & non per alium quauis authoritate vel prælatione fungentẽ exhiberi debere. Et voluit quod prædictum habitum recipientibus declarare teneantur prædicti prælati quod apud eorum ordinũ eccleſias debeãt ſepeliri quorum habitum ſuſcipiunt. Ac etiam ſtatuit quod illorum ſic indutorum cadauera diſcooperta nullo pallio vel tegmento ſuper impoſito cum habitu huiuſmodi ad ſepulturã deferri poſsint, nõ obſtante ordinatiorum locorum (etiã ſub cẽſuris) prohibitione & ordinatione qualibet in contrarium edita. B. fo. 65. Et ffo. 149. conce. 364.

9 *De ele-* ALEXANDER. 6. conceſsit vt generalis fratrum mi. per ſemetipſum & prouinciales cum conſenſu ma-

ioris partis capituli prouincialis poſsint fratres prædi- *ctione in-*
cti ordinis quos incorrigibiles repererint tanquã mem- *corrigbiliũ*
bra putrida habitu ſui ordinis expoliare & à ſe eiicere, *ab ordine.*
ac etiã poſsint contra quoſcunque eis forſan auxilium
conſilium vel fauorem publicè vel occultè, directè vel
indirectè aut quouis quæſito colore ſuper dicti habitus
delatione præſtãtes etiã cuiuſcunque dignitatis gradus
ordinis vel conditionis exiſtant per cenſuras eccleſia-
ſticas & alia iuris remedia appellatione poſtpoſita pro-
cedere. b. ffo. 56, conce. 65.

LEO.10. in concilio Laterañ. ſtatuit, quod volentes 10
ſepeliri in habitu fratrum, ſi non ſunt perſonæ in clau- *Sepulturę.*
ſtro ſeu in eorum domibus degentes, ſed in propriis
domibus habitantes in eorum vltima voluntate ſepul-
turam ſibi alibi liberè eligere poſſint. B. ffo. 26. con-
ce.77.

HÆREDITAS ET HÆREDES.

CLEMENS.4. conceſſit quod fratres ord. prædi- 1
catorum & mi. poſſint liberè ſuccedere in bonis *Pro fratr.*
temporalibus in quibus ſuccederent in ſeculo exiſten- *mi. & pdi.*
tes ac bonorum ipſorum poſſeſſionem apprehende-
re & vendere liberè bona ipſa eorumque præcium in
vtilitatem ſuam conuertere, prout prælatis dictorum
ordinum melius viſum fuerit expedire. B. fo. 64. Et ffo.
147. conce. 357.

Aduerte quod huiuſmodi conceſſio ſeu relaxatio nõ *Collector.*
habet locũ in fratribus mi. obſeruantibus, vt in ſequen-
tibus. §. apparebit præſertim in. §. 2. &. 4.

CLEMENS.5. in declaratione Exiui de paradiſo ſu- 2
per regulam fratrum mino. declarauit quod huiuſmodi *Pauptas.*
fratres nullatenus ſunt capaces ſucceſsionum hæredita-
tum ac etiam quod non licet eiſdem fratribus valorem
hæreditatum talium vel tantam earum partem quaſi
ſub modo & forma legati dimitti ſibi facere ꝙ præſu- *Legata.*
mi poſsit hoc in fraudem fieri vel ſic dimiſſa recipere
quin potius iſta ſic fieri ab ipſis fratribus ſimpliciter
prohibuit. B. fo. 14. in tractatu. 3. Et ffo. 15. tractatu. 2.

3 Pro conuentuali. fratr. mi. SIXTVS. 4. conceſſit fratribus mi. quod hæreditates quæ eiſdem fratribus (ſi in ſæculo forent) ab inteſtato deferrentur deferantur eccleſiæ Romanæ, quæ ipſorum fratrum (quo ad hoc) locum tenet, & quod ipſa eccleſia romana quo ad hæreditates & bona quæ ordinẽ prædictum ingredientes ſub conditione mortis eorum ſine filiis reſtituere grauati ſunt filiorum locum teneãt, ſicut tenent monaſteria proprium habentia in communi ſi tales fratres grauati illum ingreſſi forent. Ac conceſſit vt prædicta petere poſſit ſyndicus romanæ eccleſiæ prędicto ordine deputatus. B. fo. 63. Et ffo. 146. conce. 356.

Collector. Aduerte hic quod huiuſmodi cõceſſio non eſt intelligenda de fratribus mi. obſer. vt inferius ab eodem Sixto & ab aliis ſummis pontificibus declaratur.

4 Pro obſeruantibus fratr. mi. Idem Sixtus poſtea declarauit ſe feciſſe prædictam conceſſionem generalem ad importunam nonnullorũ inſtantiam, ac ex certa ſciẽtia decreuit & declarauit ſuæ mentis & intentionis fuiſſe & eſſe, vt prædictæ ſuæ literæ & aliæ ſimiles circa ſucceſſionem hæreditatum huiuſmodi ad fratres de obſeruantia nullatenus extendãtur, nec eis aut illorum alicui in iudicio vel extra quoquomodo ſuffragentur, nec aliquam vim habeant, Et Paupttas. inſuper mandauit prædictis fratribus de obſeruantia in virtute ſanctæ obedientiæ, ne quis eorum conceſſione huiuſmodi vti velle præſumat quouis pretextu vel colore, quinimmo in puritate ſuæ regulæ (ſicut eos decet) permaneant, perinde ac ſi literæ prædictæ nunquã emanaſſent. B. fo. 22. Et ffo. 106. conce. 228.

5 Pro fratr. obſer. trãſeuntibus ad cõuentua. fratr. mino. ALEXANDER. 6. decreuit quod nullus profeſſor ordins mi. de obſeruantia ſi illam egrediatur & ad conuentuales eiuſdem ordinis tranſeat poſſit ſuccedere parentibus propinquis vel affinibus ſuis quouis modo nec aliquo indulto prædictis fratribus conuentualibus ad hoc conceſſo gaudere valeat, nec etiam conuentus aliquis occaſione fratris ſic egredientis ius aliquod in hæreditate vel quauis alia ſucceſſione propinquorum acquirere & conſequi poſſit. b. ffo. 56. conce. 66.

6 Idem Alexander iterum decreuit & prohibuit ſupradicta. ſ. ne fratres obſeru. tranſeuntes ad conuentua-

les ſuccedere propinquis valeant vllo modo,prout habetur ſub autentico ad literam ſicut in conceſſione immediate ſuprapoſita.B.ffo.136.conce.302.

Circa præfatam materiam hæreditatum eſt aduertendum & notandum, quod licet fratres minores non ſint capaces hæreditatum & relictorum in teſtamentis, vt patet in clementina Exiui de paradiſo.§. Cum igitur de verbo. ſigni. & per Bar.in l.ne quicquam.§.fi. ff.de offi.procon.Et in.l.j colum.4.de lega.primo,attamen eis cõſulitur duplici remedio ſecundum doctores, Prout infra explicatur. *Collector.*

Primo enim eis conſulitur iudicis officio,poteſt nãque iudex ex ſuo mero officio (nemine etiam ad hoc agente)compellere hæredem vel illum qui ad hoc tenetur ex teſtamento vel alias quatenus relicta monaſterio vel fratribus mino.adimpleat & exoluat,Hoc tenet ſpeculator in titulo de inſtru.edi. §. Nunc vero aliqua,Et Barto.in dicta l.Ne quicquam. Et Ioan. and.in c.Si hæredes de teſta.Et eſt videndus ad hoc Baldus in l.Nulli.C.de epiſcopis & clericis. *Primum remediũ.*

Sed circa hoc quærendum videtur, quæ potuit eſſe ratio iſtius deciſionis, & vnde potuit hoc venire, Reſpondeo ꝙ duplex eſt ratio huius.

Prima quia intereſt reipublicæ, ne ſua quis re male vtatur,vt in.§.Sed hoc tempore inſti. De his qui ſunt ſui vel alieni iuris. Et ratio etiam iſtius rationis eſt & colligitur à fortiori, nam ſi commodum rei priuatæ prouidetur,vt in.l. Si quis.C. de bonis præſcript.fortius circa voluntates defunctorum prouidendum eſt, De quo per Andræ. Barba.in rubrica. De teſta. colum. 25.Et per glo. in l.Iulianus.ff.de actio. emp. Et arguit bene in hoc caſu Barba.in capitulo Tua nobis.colum. 26.de teſtamen.Facit etiam quia anima cunctis rebus præferenda eſt.l.Sancimus.C.de ſacroſanctis eccle. Et autentica Multomagis.& cætera.Numeroſa eſt ad hoc iurium ſilua.

Secunda ratio eſt,quia ſi ita cautũ non eſſet accideret nõnunquã ꝙ piũ propoſitũ defunctorũ improba fraudentium calliditate celaretur,vt dicit ille tex. notabilis

in dicta.l.Nulli.C.de epiſcopis & clericis, Et quia magna eſt pietas voluntatem illius adimplere qui nec ſe iuuare nec iam loqui poteſt, idcirco voluntati defunctorum ita conſultum iri oportet. Et hæc quo ad primum remedium quo fratribus min.& aliis pauperibus non valentibus agere in iudicio ſubuentum eſt officio iudicis.

Alterum remediū. Deinde autem dicunt doctores,quod alterum remedium quo dictis fratribus conſulitur eſt illud quod ſequitur,Quia cuilibet de populo competit actio, & quilibet de populo poteſt agere vt legata & relicta ad pias cauſas puta monaſterio hoſpitali fratribus pauperibus & ſimilibus adimpleantur per illum qui grauatus eſt à teſtatore vel alias ad hoc tenetur. Iura ſunt de hoc bona textus in auctentico De eccleſiaſti.§. Si autē colla.9.Et tenet Lodouicus Romanus in autentica Simili-le.C.ad legem falci. Et fuit originale dictum Angeli de peruſio in dicto §.Sin autem. Ita etiam tenet Bartol.in dicta.l.Ne quicquam,qui allegat.l.Hæreditas.ff.de pe. hære.&.l.Quintus,de annuis legatis.Et eſt de hoc caſu formalis & in indiuiduo in dicta.l.Nulli. C.de epiſc.& cle.in fine.Et facit ad hoc dictum Barba.in.c. Nos quidem,colum.16.De teſta.

Prædicta fuerunt practicata in ciuitate Barbaſtri regni Aragoniæ,vbi ab vniuerſitate eiuſdem ciuitatis fuit conſtitutus procurator ſeu ſyndicus ad agendum pro legatis relictis monaſterio beati Franciſci anno à natiuitate domini. 1521. quo tempore erat aduocatus dicti monaſterij quidam inſignis vtriuſque iuris doctor nomine Leonardus de ſancto Angelo , qui ſupraſcripta fundauit & exequi fecit.

Collector. Ex ſupradictis infertur,quod grauiter errant prefati fratres procurantes,ꝙ eis vel ſuis eccleſiis aut conuētibus relicta in teſtamentis petantur in iudicio per ſyn-*Nota.* dicum deputatum à ſede apoſtolica vtendo conceſſionibus relaxatiuis & deſtructiuis perfectionis voti paupertatis in ſua regula promiſsi , præſertim cum facilius poſsint obtinere huiuſmodi relicta in teſtamentis medio alicuius deuoti iudicis qui in hoc poteſt prouidere

uidere ex ſuo officio, vt ſupra probatum eſt, aut vtendo altero remedio. ſ. quòd aduocatus fratrum: vel alius amicus ſpiritualis petat prædicta in iudicio, non tamen vt ſyndicus, ſed ſicut vnus de populo, cum etiã hoc fieri poſſit: ſicut ſupradictum eſt.

HÆRESIS ET HÆRETICVS.

GREGORIVS. 9. conceſſit fratribus mi. proficiſcẽtibus in terras infidelium, vt eos qui per apoſtaſiã: ſciſma: vel hæreſim à Christiani nominis confeſſione receſſerunt: inter ſarracenos habitantes abſoluere poſſint: ac reconciliare per gratiam pœnitentiæ ſalutaris, ſi ad obedientiam eccleſiæ Romanæ in humilitatis ſpiritu voluerint reddire. b. ffo. 22. conce. 4. 1 *Pro terris infidelium Abſolutio.*

Idem Gregorius conceſſit præfatis fratribus euntibus ad terras infidelium, vt eos qui quomodolibet fide: vel vnitate Romanæ eccleſiæ diſceſſerunt, ſi redire voluerint & ſatiſfacere pro commiſſis: valeant reconciliare: & ab anathematis vinculo: quo tenentur abſoluere. b. ffo. 257. conce. 641. 2 *Pro terris infidelium Abſolutio.*

ALEXANDER. 6. cõceſſit omnibus & ſingulis prælatis ordinis mi. de obſer. ſ. generalibus prouincialibus & cuſtodibus plenariæ facultatẽ & authoritatẽ, vt quoſcunq; ſubditos ſuos fratres videlicet & moniales. ſ. Claræ: ac vtriuſq; ſexus tertiarios inuenerint in aliquo hæreſis vel apoſtaſiæ crimine lapſos ac etiã relapſos poſſint eos abſoluere & cũ eis diſpenſare, prout magis late poſitum eſt hoc ſupra in dictione Abſolutio ordinaria quo ad fratres. §. 14. o. fo. 65. Et ffo. 70. conce. 164. 3 *Abſolutio quo ad fratres & cætera. relapſos.*

Reliqua attinentia ad huiuſmodi materiam præſertim circa inquiſitores huius criminis vide infra in dictione Inquiſitores hæreticæ prauitatis. *Collector.*

IEIVNIVM.

EVGENIVS. 4. conceſſit vt congregatio generalis fratrum min. de obſeruant. haberet facultatem declarandi & ordinandi in quibus locis & prouinciis fra- 1 *Capitulũ generale. Declarare*

tres debeant ieiunia regulæ in cibis quadrageſima l bus obſeruaré,& in quibus debeant patrum conſuetudines imitati vel aliter ſe habere. B ffo 112.conce.242.

2 *Pro mo- nia ſańt. Clara.* Idem Eugenius ordinauit quòd moniales ſanctæ Claræ ac tertij ordinis Sancti Franciſci & aliorum ordinũ ſorores (ſ.ſub obedientia prædictorum fratrum exiſtentes) ſolũmodo teneantur ad illa ieiunia ad quæ fratres ordinis mi.regulá obſeruantes obligati ſunt,& eoſdem modos ſeruent in cibis quadrageſimali tẽpore exceptis debilibus & infirmis.b fo.46.Et ffo.42 conce.47.

3 *Pro ſecul. labo.* Idem Eugenius declarauit quòd artifices laborioſas artes exercentes & ruſtici ſiue diuites ſint ſiue pauperes non teneantur ieiunare ſub præcepto peccati mortalis.& quod abſolui poſſunt & induci ad eleemoſynas aut alia bona faciẽda.o.fo.61. Et ffo.64.conce.82.Et fffo.101 concẽ.395.

Collector. Aduerte quod hoc præcipuè intelligendum eſt de ruſticis laboratoribus qui arant vel ſimilia opera laborioſa exercent.

4 *Pro infir. fratri.* SIXTVS. 4. conceſſit quòd fratres mi.non potentes ieiunare bono modo propter infirmitatem vel debilitatem non teneantur.o fo.62 Et ffo 66.conce.99. Et fffo.100.conce 384.

5 *Pro itinerantibus fratribus.* LEO 10.conceſſit quòd fratres mi. obſeruantes itinerantes poſſint transferre ieiunium diei itinerationis in alium diem o fffo.93.conce.286.

6 *Pro fratr. predic.* Idem Leo conceſſit quòd fratres mi. maximè prædicatores actu prædicantes: poſſint ſine ſcrupulo:& ſeruato ieiunio anticipare:ſeu retardare iuxta ſuam conſolationem horas comeſtionis,& ſerotine collationis.o.ffo. 93.conce 282.

IMPETRARE LITERAS APOSTOLICAS.

1 PAVLVS. 2. ſtatuit quòd nullus fratrum mi impetrare nec recipere valeat aliquem locum ſeu domum:etiam quarumcunq; literarũ apoſtolicaũ obtẽtu, niſi de licentia generalis vel prouincialis illius prouin-

ciæ in qua locus ſeu domus ipſa conſiſtit; niſi his literis fuerit ſpecialiter derogatũ. B. fo. 10. Et ffo. 94. cõ. 203. *Licentia.*

Sixtvs. 4. diſtrictè inhibuit fratribus min. ne impetrent à protectore ordinis aliquas literas: vel aliquid aliud vltra quód ſua facultas in regula prædictorũ fratrum conceſſa ſe extendit, nec etiã taliter ab aliis impetratis vtantur, Et voluit quod qui contrariũ fecerint: puniantur illis penis: quibus eſſent pro grauibus culpis ſecundũ ſtatuta dicti ordinis puniẽdi, ac ꝙ tales ſint nihilominus priuati act.b⁹ legitimis: & à ſuis (ſi quæ habẽt) ſuſpẽſi officiis ipſo facto. B. Fo. 53. Et ffo. 137. cõce. 303. 2 *Protector ordinis.*

Qualiter nequeant prædicti fratres impetrare aliquod indultum apoſtolicum: præſertim exemptionem ſine licentia ſuorum ſuperiorum: vide ſupra in dictione Exempti fratres. §. 8. &. 9. *Collector.*

INCARCERARE.

Qualiter poſſint: & debeant fratres mino. delinquentes incarcerari: vide. ſ. in dictione Correctio. *Collector.*

INCORRIGIBILES FRATRES.

Innocentivs. 4. prohibuit diſtrictè, ne fratres minor. quos generalis aut prouinciales miniſtri ab ordine pro ſuis culpis & demeritis expellere contigerit: præſumant prædicare: ſeu confeſſiones audire: vel docere, niſi de licentia ſedis apoſtolicæ aut prædictorũ miniſtrorũ ad alium tranſierint ordinem, prout latius poſitum eſt ſupra in dictione Eijcere ſeu expellere ab ordine. § 1. Et habetur. b. fo. 36. Et ffo. 120 conce 261. 1 *De eiectis ab ordine.*

Alexander. 6. conceſſit facultatem generalibus & prouincialibus ordinis mi. vt poſſint fratres incorrigibiles habitu ordinis expoliare & ab ordine eijcere, prout habetur ſupra in dictione Habitus fratrum. §. 9. 2

INDVLGENTIÆ.

Circa materiam indulgentiarum ordini minorũ & *Collector.*

aliis ordinibus mendicantium conceſſarum ſic proceditur, Primo enim ponuntur indulgentiæ tàm plenariæ quàm aliæ quæ ſolùm attinent àd perſonas fratrum minorum: necnon ad alias perſonas quæ eorundem priuilegiis vniuerſaliter gaudere poſſunt. Deinde ſubiunguntur aliæ, quæ pertinent ad ſeculares deuotos ordinis tàm eccleſias eorundem fratrum viſitantes quã aliqua alia reſpectu ipſorum fratrum & ſuorum monaſteriorum facientes ac etiam multæ aliæ indulgentiæ prout infra patebit.

INDVLGENTIÆ QVOAD FRATRES.

Collector. Circa indulgentias pertinentes ſolum ad fratres ſic proceditur, quod primo ponũtur omnes plenariæ, ſecundo adiuntur aliæ indulgentiæ non plenariæ, tertio ſuperadduntur indulgentiæ ſtationum vrbis Romæ ac Hieruſalem & *Sancti Iacobi.*

INDVLGENTIÆ PLENA. QVOAD FRAT.

1 *Pro artic. mortis.* MARTINVS. 5. Eugenius. 4. Nicolaus. 5. Calixtus. 3. Pius. 2. ac Sixtus. 4. conceſſerunt omnibus fratribus mi. de obſeruantia indulgentiam plenariam in articulo mortis. Et quod ſi occurrerit caſus quod nõ poſſint confeſſorem eligere ſeu habere, tunc etiam conſequantur prædictam indulgentiam, ſi ſunt in ſtatu gratiæ. b. ffo. 71. conce. 185.

2 *Pro receptione habitus.* Idem Sixtus conceſſit quod in receptione habitus cuiuſlibet trium ordinum Sancti Franciſci ſit indulgentia plenaria recipienti, & ſimiliter in die obitus. o. fo. 63. Et ffo. 67. conce. 104, Et fffo. 95. conce. 320.

3 *Pro feſtis Dominæ noſtræ. Ex priuil. Auguſt.* Idem Sixtus conceſſit verè pœnitentibus & confeſſis viſitantibus eccleſiam. ſ. Mariæ de populo vrbis Romæ in feſtiuitatibus præcipuis Dominæ noſtræ. ſ. Cõceptionis, Natiuitatis, Purificationis, Annunciationis, Viſitationis & Aſſumptionis à primis veſperis vſque ad ſecũdas veſperas plenariam omnium peccatorum remiſſionem & veniam. B. fffo. 77. conce. 233.

Hac conceſſione gaudere poſſunt fratres ratione generalis conceſſionis indulgentiarum vrbis Romæ necnon & alterius ſpecialis cōceſſionis quæ habetur hîc infra §. vltimo. *Collector.*

Idem Sixtus conceſſit omnibus veræ penitentibus & confeſſis qui prædictā eccleſiā ſanctæ Mariæ de populo viſitauerint qualibet die ſabbati ſingularum hebdomadarū quadrageſimæ omnium peccatorum ſuorū remiſſionem & veniam. B. fffo. 78. cōce. 234. 4 *Pro ſabbatis quadrageſi.*

Aduertendum quod huiuſmodi conceſſione poſſunt etiā gaudere fratres extra vrbē Romā propter generalē cōceſſionē indulgentiarū prædictæ vrbis eis pleniſſimæ factā, non tamen poterunt gaudere huiuſmodi indulgentiis perſonæ ſeculares quæ viſitauerint eccleſias huiuſmodi fratrū extra dictā vrbē, prout aliqui fratres aſſerere nixi ſunt, Quapropter Leo. 10. fecit ſuper hoc quandam declarationem & conceſſionē quæ ponitur infra. §. vltimo. *Collector*

INNOCENTIVS. 8. conceſſit vt fratres mino. ſacerdotes celebrantes in diebus dominicis & ſolennitatibus domini & beatæ Mariæ & ſanctorum noſtri ordinis habeant indulgentiam plenariam, & fratres laici quando cōmunicant. o ffo. 69. conce. 148. Et fffo. 99. conce. 361 5 *Cōicare.*

Idem Innocentius conceſſit vt moniales cōmunicantes habeant indulgētiam plenariam. o. ffo. 69. conce. 150. 6 *Cōicare.*

IVLIVS. 2. conceſſit quod fratres min. obſeruantes toties quoties coronā virginis Mariæ quæ continet. 72. Aue maria & octo Pater noſter (præmittēdo ante quaſlibet decē Aue maria & vnū Pater noſter) dixerint lucrentur indulgentiā plenariā addendo tamen vnū Aue maria pro ipſo domino papa. o. fffo. 92. conce. 273. Vide infra. §. 11. 7 *De corona dominæ noſtræ.*

Idē Iulius conceſſit quod prædicti fratres dicēdo coronam ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti quæ continet. 33. Pater noſter & totidem Aue maria in memoriā annorū vitæ Chriſti lucrentur conſimilē indulgentiā plenariā ſicut pro corona beatæ Virginis. o. fffo. 92. conce. 274. 8 *De corona domini noſtri.*

Vide circa hoc infra. §. 11.

9 Pro monialibus. De corona beatæ virginis. LEO. 10. conceſſit quod ſorores S. Claræ & tertij ordinis de pœnitentia nuncupatæ in cõgregatione cõmorantes & ſub cura fratrũ minor. obſer. viuentes toties quoties coronã virginis Mariæ dixerint lucrentur plenariã indulgentiã. 0. ffo 92. cõce. 272. De huiuſmodi coronis ponitur infra alia cõceſſio melior. §. 11.

10 Pro monialibus. Idẽ Leo conceſſit ſupradictis monialibus vt quoties ſacrã ſumunt cõmunionẽ ea die plenariã indulgentiam conſequantur. B. ffo. 42. conce. 133.

11 Pro monialibus. De coronis. Idẽ Leo conceſſit ſororibus ſeu ancillis ordinis beatæ Mariæ, vt dicẽdo coronas domini Ieſu & beatæ Mariæ virginis conſequantur plenariã indulgentiã ſuorũ peccatorũ. Et declarauit, quod hoc idẽ (licet fortè minus claræ) conceſſerat ipſemet Leo monialibus S. Claræ. B. ffo. 43. conce. 134.

Collector. Aduertendũ quod ex hac cõceſſione & ex aliis ſuprascriptis colligitur bis cõceſſũ eſſe fratrib' mino. & monialibus S. Claræ vt dicẽdo coronas dñi noſtri, & dñe noſtræ cõſequãtur indulgentiã plenariã, licet clarius in

Collector. oraculis viuæ vocis ſupra poſitis. 1. §. 7. & 9.

Aduertendũ eſt etiã quod corona domini noſtri Ieſu Chriſti continet. 33. Pater noſter & totidem Aue Maria in honorẽ annorum vitæ eiuſdẽ Chriſti. Corona vero beatæ virginis dicitur ab aliquibus continere. 63. Aue maria, & de decẽ in decẽ vnũ Pater noſter, & ſic habetur in litteris Leonis ſuperius allegatis. Sed vt alij dicũt & melius continet. 72. Aue maria in memoriã. 72. annorum quos beata virgo in hoc ſæculo creditur vixiſſe, & ita ponitur in aliis literis eiuſdem Leonis. B. ffo. cõce 63. 204.

12 Cõicare. Idem Leo conceſſit ſupradictis ancillis beatæ Mariæ, vt quoties ſacram ſumpſerint communionem ea die plenariam conſequi valeant indulgentiam. B. ffo. 43. conce. 727.

13 Pro infirmis. Idẽ Leo conceſſit quod fratres infirmi ac ſenes in decrepita ætate conſtituti dicendo vnũ pſal. vel hymnum virginis vel domini noſtri lucrentur indulgentias conceſſas dicentibus coronas Ieſu Chriſti domini noſtri &

matris ſuæ, quia huiuſmodi perſonæ non poſſunt ſemper tot dicere. O.ffo. 60. conce. 181.

Item Leo conceſſit quod in ſabbato in ramis palmarũ & in die S. Ioannis euãgeliſtæ ac in feſto eiuſdẽ quod dicitur ante portã latinã quilibet fratrũ. mino. regularis obſer. dicendo pſal pœnitentiales vel quinquies Pater noſter cum totidẽ Aue maria ante ſacramentũ altaris poſſit liberare vnã animam à purgatorij penis. Voluit tamen præfatus pontifex, quod fratres prædicti in perpetuum die qua prædicta gratia vtentur dicant pro ſanctitate ſua vnã coronã beatę virginis Mariæ. O.ffo. 61. conce 184. 14 *Liberatio animarũ à purgatorio.*

Aduerte quod ſolũ tres præfatę conceſſiones pro liberandis animabus purgatorij inueniuntur autenticæ. Aliæ autẽ quæ ponũtur inferius vbi explicantur indulgentiæ per ſingulas ferias quadrageſimæ reperiuntur in multis luminar is Romæ impreſſis & ideo non debent contẽni quamuis de ipſis nulla habeatur certitudo nec prædicentur Romæ. 15 *Collector.*

Idẽ Leo conceſſit quod fratres min dicentes vel recitantes officiũ defunctorũ pro animabus exiſtentibus in purgatorio vel ſeptẽ pſal pœnitentiales eaſdem conſequantur indulgentias quas conſequuntur dicẽtes coronã beatæ virginis Mariæ ſ. indulgentiam plenariã toties quoties dixerint O.ffo. 61. conce. 187. 16 *De officio defunctorum. De pſal. pœni.*

Idẽ Leo conceſſit quod omnes prouinciales fratrum mi. obſer. acta viſitatione ordinaria in conuentibus ſuæ prouinciæ habeant facultatẽ concedendi indulgentiã plenariã oĩbus fratribus cuiuſlibet conuentus ſic viſitati, Et idẽ de monialibus S. Claræ & terriariis in congregatione viuentibus. o. ffo. 93. conce. 285. 17 *De viſita cõuentuũ. quæ fit à prouincia.*

Idem Leo conceſſit quod toties quoties fratres min. de obſer. dicunt miſſam conceptionis virginis Mariæ ac intendunt orare pro ſua ſanctitate & vniuerſali eccleſia habeant indulgentiam plenariam. o. 18 *Pro dicen. miſſam cõceptio. Collector.*

Aduerte ꝙ prædicta conceſſio non eſt aPs impreſſa, quia poſt impreſſionẽ librorũ priuilegiorũ fuit obtenta ſeu ad partes hiſpaniæ adducta, nihilominus pro indubitata haberi poteſt, cum habeatur in regiſtro

cõmiſſariorũ curię Ro. ac exinde ſit fideliter extracta.

19 *Pro audiẽtibus miſſam cõceptionis.* Idem Leo ampliauit ſupradictam indulgentiam pro fratribus eiuſdem ordinis audientibus præfatam miſſam conceptionis ac etiã pro monialibus ſanctæ Claræ in congregatione viuentibus ſimiliter audientibus prædictam miſſam.o.Hæc conceſsio non eſt alias impreſſa propter cauſam ſupradictam in fine conceſsionis præcedentis.

20 *De cantico graduũ* Idẽ Leo conceſsit monialibus S. Claræ ſub cura fratrum mi.obſer.exiſtentibus ac conſequens eiſdem fratribus,quod dicẽdo canticum gradum lucrantur indulgentiam quam lucrantur dicendo coronã virginis Mariæ.ſ.indulgentiam plenariam.o.

Iſta conceſsio non eſt impreſſa propter cauſam ſu-

21 praſcriptam in calce.§.18.

De decem pſal. paſsionis Chriſti. Idem Leo conceſsit præfatis religioſis,quod dicendo Decem pſal.paſsionis Chriſti.ſ.Deus deus meus reſpice in me.&c. vſque ad pſal.In te domine ſperaui incluſiue lucrẽtur quod lucrantur dicendo coronam domini noſtri Ieſu Chriſti.ſ.indulgentiam plenariam.

Collector. Præfata conceſsio nõ eſt alibi impreſſa propter cauſam ſupradictam.§.18.ac per conſequens non fit de ea nec de aliis tribus præcedentibus aliqua remiſsio ſeu quotatio,ſicut factum eſt de aliis.

Collector. Aduertendum eſt circa hanc vltimam conceſsionem decem pſalmorum de quibus in ea fit mentio quinque ſunt primi qui habentur in principio primæ dominicalis,reliqui vero quinque ſunt etiam primi exiſtentes in principio feriæ ſecundæ. Appellantur autem pſal.paſſionis Chriſti,quia piẽ creditur quod redemptor noſter pẽdens in cruce dixerit illos,Nã primum verbum quod dixit in cruce. ſ. Heloi &c. eſt in hebræo principiũ primi pſal.prędictorum,& vltimum verbum quod ibidem protulit ſcilicet , In manus tuas &c. habetur in vltimo pſalmo præfatorum decem.

Collector. Sciendum quod vltra ſupradictas indulgentias plenarias fratribus minoribus conceſſas ſunt etiam eiſdem fratribus conceſſæ multæ abſolutiones plenariæ in variis feſtiuitatibus aliiſque diebus & temporibus anni,

quarũ nonnullę habẽt inſimul indulgentias plenarias, Sed quia huiuſmodi conceſſiones poſitæ ſunt in dictione Abſolutio extraordinaria quo ad fratres ideo hic non ponuntur.

Pro fratribus prædicatoribus.

SIXTVS. 4. conceſſit fratribus ordi. prædicatorum & monialibus eorundẽ de obſeruantia ac tertiariis eiuſdẽ ordinis in regnis caſtellæ & legionis conſiſtentibus verè pœnitentibus & confeſſis, vt anno quolibet in feſto ſancti Dominici & ſemel in mortis articulo plenariã indulgentiã omnium peccatorũ ſuorum conſequãtur, ac etiã omnes indulgẽtias & peccatorum remiſſiones quas certis anni temporibus (almæ vrbis eccleſiaſticas ſtationes nuncupatas) viſitantes cõſequuntur valeant cõſequi prout fratribus minoribus cõceſſum eſt. b.fo.55. Et ffo.73. conce.191. 22 *Pro feſto ſancti dominici. Particularis pro regnis caſtelle & legio.*

Aduertendũ eſt quod huiuſmodi conceſsione indulgentiæ plenariæ nequeant vti fratres mi. niſi illi qui ſunt in prouinciis dictorum regnorum, quia ipſi habent ad hoc ſpecialẽ conceſsionẽ, Dico autem ꝙ poſſunt hac cõceſsione vti non in die ſancti Dominici (vt litera dicit) ſed in die ſancti Franciſci, prout declaratũ eſt per Iulium.2. & poſitum eſt ſupra in dictione Communicatio priuilegiorum. §.10. &.11. *Collector.*

Pro fratribus Auguſtinenſibus.

INNOCETIVS. 8. conceſsit fratribus Auguſtinenſibus obſeruantibus cõgregationis hiſpaniæ & monialibus, vt priores dictæ congregationis & confeſſores ab eis deputati eiſdem perſonis dictæ congregationis verè pœnitentibus & confeſsis (quãdiu ſub obſeruantia regulari dicti ordinis vixerint ac in ſyncceritate fidei & vnitate ſanctæ matris eccleſiæ & obedientia ſedis apoſtolicæ permanſerint) ſemel in quolibet anno in feſto natiuitatis domini noſtri Ieſu Chriſti & deinde in mortis articulo omnium peccatorum ſuorum de quibus corde contricti & ore confeſsi fuerint plenariam indulgentiam impendere valeant. b.fo.131. Et ffo. 164. conce.683. 23 *Pro die natiuita. domini noſtri. Particularis pro hiſpania.*

IVLIVS.2. conceſsit fratribus Auguſtinenſibus, vt 24

Per ſemel in vita & in mortis articu. confeſſores idonei & regulares quos ipſi de licen ſuorum ſuperiorum duxerint eligendos poſsint c abſoluere ab omnibus exceſſibus & delictis ac ſemel vita & in mortis articulo omnium peccatorum ſuor remiſſionem elargiri. B. fff° 66. conce. 207.

Pro omnibus fratribus mendicantibus ac eorum tertiariis & familiaribus eorundem.

25 ***De indulgētijs ſctē Marie de Populo.*** Leo. 10. conceſsit quod vniuerſi & ſinguli ordin mendicantiū fratres & moniales tertiiq; ordinis vtri que ſexus & familiares eorū dūtaxat poſsint gaud omnibus & ſingulis indulgentiis & gratiis per præ ceſſores ſuos & per ipſum domui beatæ Mariæ de pulo de vrbe conceſsis & concedendis perinde ac ſi prædictam domum de Populo perſonaliter viſitar illis diebus etiam & feſtiuitatibus quibus indulgen huiuſmodi conceſſæ ſunt aut fuerint. B. fff°. 56. co 157. Quæ autem ſint huiuſmodi indulgentiæ d ſupra §. 4. & 5.

Collector. Aduertendum eſt quod quia idē Leo fuit informa quod aliqui aſſerebant quod præfatis indulgētiis p rant gaudere ſeculares, viſitantes eccleſias fratrū pra ctorū fecit quandā inhibitionē poſt conceſsionē ſu ſcriptam ſub ſequentibus verbis.

Excōmunicatio. Inhibemus in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub cōmunicationis latæ ſententiæ pena eo ipſo per co 15 facientes incurrenda omnibus & ſingulis fratribus iuſcunque ordinis & quibuſlibet aliis perſonis, ne dicant aut publicè vel priuatè nuntient quod indu tiæ & gratiæ huiuſmodi ſanctæ Mariæ de Popul perſonas ſeculares extendantur, non obſtantibus buſcunque in contrariū facientibus, quæ (quo ad miſſa) reuocamus & annullamus. B. fff°. 56. cōce. 15

Collector. ſine. Vide circa hoc ſupra in dictione Communic priuilegiorum poſt. §. 18.

INDVLG. NON PLENA. QVO AD FRA

1 ***Pro itinerantibus.*** ALEXANDER. 4. conceſsit indulgentiam vr anni & 40. dierum fratribus euntibus per c

dicentiam ad capitulum generale. Euntibus autem ad cap tulum prouinciale centum dierum indulgentiā.b. *Collector*

Hanc conceſsionem reperi in quadam tabula priuilegiorum antiqua facta per quendam commiſſarium Romanum.

2 ALEXANDER.6.conceſsit omnibus dicentibus in officio beatæ virginis in hymnis Quem terra pontus & O gloriosa dn̄a versum Maria mater gratiæ &c.decem annos indulgentiarum pro qualibet vice.o.ſo.66. Et ff.170 conce.170.Et ffo.100.conce.378. *Pro verſu Maria mater gra. &c.*

3 LEO.10.conceſsit ancillis beatæ virginis & monialibus ſanctæ Claræ ac ſororibus tertij ordinis necnō fratribus mino.de obſeruantia, vt dicendo qualibet die quindecim Pater noſter & totidem Aue Maria in commemorationem omnium vulnerum quæ ſaluator noſter Ieſus Chriſtus in ſuo ſacratiſsimo corpore paſsionis tempore pro humani generis ſalute pertulit conſequantur quindecim millia annorum de vera indulgentia & remiſsione peccatorum ſuorū. B. fffo. 43. conce.135. *Pro vulneribꝰ chriſti*

4 Idem Leo conceſsit fratribus mino. obſer.vt indulgentias quæ generaliter conceduntur porrigentibus manus adiutrices poſsint prædicti fratres omnes huiuſmodi indulgentias etiam plenarias promereri dicendo quinquies Pater noſter & Aue maria pro felici ſtatu papæ & ſanctæ Romanæ eccleſiæ, Et hoc in eiſdem locis vbi ſunt conceſſæ aut in eccleſiis ſuis. Q. fffo.59. conce.173. *Pro indulgētijs etiā plenarijs.*

5 Idē Leo conceſsit quod omnes dicentes infraſcriptos quinque pſalmos cum antiphona verſu & oratione eandem indulgentiam habeant quā habent dicentes orationes pietatis ſeu ſancti Gregorij. Aña. In nomine Ieſu.pſal. Iubilate deo omnis terra &c. Exaudiat te dominus. Saluū me fac dn̄e quoniā defecit ſanctus. Vſque quo dn̄e obliuiſceris me &c. Sæpe expugnauerunt me. Aña. In nomine Ieſu omne genu flectatur cœleſtium terreſtrium & infernorum, & omnis lingua confiteatur quia dn̄s noſter Ieſus Chriſtus in gloria eſt dei patris. ℣. Sit nomen dn̄i bn̄dictū in ſecula. ℟. Ante ſolem *Pro noīe Ieſu.*

permanet nomen eius. Oratio. Omnipotens ſempiternæ deus dirige actus noſtros in beneplacito tuo, vt in nomine dilecti filij tui mereamur bonis operibus abūdare. Per eundem Chriſtum dominum noſtrum. o. fffo. 92. conce. 270.

6 *Pro defunctis.* Idem Leo conceſsit fratribus mino obſer. vt indulgentiæ coram imagine pietatis à ſancto Gregorio cōceſſę poſsint etiam pro animabus defunctorum lucrari. o. ffto. 92. conce. 383.

Collector. Ampliatio huius conceſsionis ponitur immediatè.

7 *Pro defunctis.* Idem Leo conceſsit, vt indulgentias à ſanctitate ſua conceſſas pro viuis. ſ. de corona domini & beatæ Marię virginis: ac de orationibus ſancti Gregorij ad pietatem: & de pſalmis nominis Ieſu: & alias ſimiles: etiā ab aliis ſanctitatis ſuæ prædeceſſoribus datas poſsint fratres minores obſeruantiæ ad animas defunctorum extendere, ac pro illarum redemptione ſicut pro viuis lucrari. Et hoc per modum ſuffragij. o. fffo. 94. conceſſione. 302.

8 *Pro exiſtē. in peccato mortali.* Idem Leo conceſsit, quod omnes tā fratres quā ſecųlares dicentes quindecim Pater noſter: & totidem Aue maria pro exiſtentibus in peccato mortali in qualibet vice conſequantur remiſsionem tertiæ partis ſuorum peccatorum, cum hoc ſit opus maxime charitatis. o. fffo. 94. conce. 300.

9 *Pro officio diuino.* Idem Leo conceſsit, quod religioſi ordinis mino. qui officiū diuinum ſoluerent per librum: conſequantur remiſsionem dimidiæ partis peccatorum cōmiſſorum in illa die: qua prædictum ſoluerint officium. o. fffo. 94. conce. 298.

10 Idem Leo conceſsit, quod fratres triū ordinum ſancti Franciſci dicentes ſemel Pater noſter: & ter nomen Ieſus: ſemel in die: lucrentur tria millia annorum de indulgentia. o.

Collector. Huius conceſsionis non ponitur hic quotatio: ſeu remiſsio ad libros priuilegiorum ordinis: ſicut in ſupra ſcriptis fit, quia poſt impreſsionē illorum fuit obtenta: ſeu ad partes hiſpaniæ adducta, nihilominus indubitata hab eri poteſt.

INDVLGEN. STATIO. QVO AD FRA.

PIvs.2. conceſsit fratribus mino. regularis obſer. vt ipſi certas capellas:& loca deuota in ſuis eccleſiis & oratoriis contenta viſitando:illas & eaſdem indulgentias promereri valeant:quas perſonaliter viſitando eccleſias:oratoria.capellas:& altaria in alma vrbe cõſiſtẽtia (etiã in diebus ſtationum) promereri poſſent. Et hãc eandẽ conceſsionem extendit ad moniales S. Claræ in obedientia regulari viuentes ſub obedientia generalis obſeruantiæ fratrum minorum:ita tamen quod ſeptẽ pſal.pœnitentiales cum Letania dicant,viſitando loca prædicta per præfatos deputanda ſeu deputata.o.fo.52. Et ffo.66.conce.93. 1 *Pro fratr. min.obſer.* *Pro moni. S.Claræ.*

Vide ſuper hoc actionem conceſsionem infra.§.7. &.10.ac.12. *Collector.*

Idem Pius poſtea confirmauit prędictam conceſsionẽ declarando quod fratres laici dicere poſsint loco ſeptẽ pſalmorum Pater noſter ſecundum diſcretionẽ ſuorum prælatorũ.Et circa hoc fuit determinatũ per generalẽ: qui tunc tẽporis erat,quod quilibet frater laicus pro huiuſmodi indulgentiis dicat viginti pater noſter:& totidem Aue maria o.ffo.66.conce.93. 2 *Pro fratr. laicis.*

SIXTVS.4.conceſsit fratribus mi.obſer.& monialibus ſanctæ Claræ:atque tertiariis vtriuſq; ſexus Indulgentiam ſanctæ Mariæ de Angelis: atque omnes alias indulgentias generales tã plenarias:quã non plenarias almæ vrbis:dicendo quinque pater noſter,cum totidem Aue maria in ſuis eccleſiis:ac ſi viſitarent loca perſonaliter vbi ſunt iſtæ indulgentiæ diebus ſuis.o.fo. 64. Et ffo.68.conce.136.Et ffo.96.conce 333. 3 *Pro fratr. mi & mo. S.Cla. & tertiariis.*

Vide ampliationem huius conceſsionis infra.§.7.& 10.ac.12. *Collector.*

Idem Sixtus conceſsit iterum:quod omnes indulgẽtias ſtationum Romæ & portiunculæ conceſſas fratribus in locis ſuis habeãt moniales ſiue ſorores in earum eccleſiis ab intra eo modo & forma quo fratres, videlicet cum quinque pater noſter & totidem Aue maria cũ gloria patri, Et quod earum ſeruitrices in eccleſia exte- 4. *Pro moni. S.Cla. & ſeruitricibus earũ.*

riori ſimiliter habeant eaſdem indulgen.o.ffo.67. conce.114. Et fff0.96.conce.327.

5 *Pro fratr. extra conuentus.* Idē Sixtus conceſſit quod confeſſores monialium:& ſocij eorum habeant omnes indulgētias vbi adeſſe eos contigerit:quas habent in eccleſiis ſuis, Et ſimiliter fratres:maxime prædicatores:& ſocij eorū. o.ffo. 67.conce.122. Et fff0 96.conce.332.&.333.

6 *Pro itine. & ſeruitr. mo.* Idē Sixtus conceſſit: quod omnes fratres exeuntes: & ſeruitrices monialium pro quæſtu euntes habeant omnes indulgentias, quas lucrari poterāt modo ſupradicto in eccleſiis vbi adeſſe cōtigerit, ſicut in eccleſiis ſuis.o.fo. 64. Et ffo.68.cōce.139. Et fff0.96 cōce.333.

7 *Stationes & in ind. ple. p fra tri.mi.* Idem Sixtus conceſſit quod omnes indulgentiæ plenariæ: & non plenariæ: quæ ſunt Romæ in ſingulis eccleſiis,quocunque tempore & die: eodem tepore & die ſint in eccleſiis fratrum mi. pro ipſis tantum, Et dixit ꝙ per nullam aliam bullam factam:vel faciendam intendit ſua ſanctitas tali indulgentiæ derogare, quæ nō præiudicat cruciatæ.o ffo.97 conce.351.

Collector. Aduertendū eſt hic tā pro iſta conceſſione quā pro certis aliis,quod (cum par in parē non habeat imperiū) *Nota.* non eſt dubitandum quin ſucceſſor: ſi voluerit poſſit à prædeceſſore conceſſa derogare:ac ſimiliter & idē pontifex ea quæ ipſe conceſſit:ſi mutauerit intentionem, ac propterea non obſtantibus quibuſcunque clauſis:etiam ſi dicatur in prima bulla: ſeu conceſſione, quod niſi de verbo ad verbū fiat de illa mentio non poſſit reuocari: vel aliæ inſolitæ clauſulæ ponantur reuocabitur per ſequentē ſi ponantur iſtæ clauſulæ, non obſtantibus quibuſcunque priuilegiis etiā ſi de illis deberet fieri mentio de verbo ad verbum vel aliæ ſimiles, Nam licet ſuper hoc fuerit aliquando altercatio inter iuriſtas, tamē ſtylus curiæ hoc decidit, quia ſic habet in practica & cōſuetudine, quę eſt optima legum interpres, Et ita determinat Felinus in capitulo Nonnulli de reſcriptis, dicēs quod ſtylus curiæ præualet, præſertim quia maior pars doctorū hoc tenet,& ideo non decipiantur fratres credendo quod ſua priuilegia ſint irreuocabilia.

8 INNOCENTIVS.8.conceſſit quod fratres mi.præ-

dicatores & alij qui per obedientiam reperiuntur extra conuentus & loca poſſint promereri indulgentias ſtationum & alias eiſdem fratribus conceſſas in ſuis ecclefiis dicendo quinquies Pater noſter & Aue maria in quacunque eccleſia & loco ea dixerint pro intētione & propoſito illius indulgentiæ, prout illi qui in prædictis ſuis locis dicunt, Ac etiam infirmi in ſuis infirmariis & cellis & etiam in lectulis, quando cōmodè aliter dicere non poſſunt. o. fo. 65. Et ſſo. 69. conce. 160. Et ſſfo 100 conce. 390. *Pro fratr. itinerantibus.* *Pro infirmis.*

IVLIVS 2. conceſſit fratribus ordinis minimorum qui ſingulis quadrageſimæ & aliis cuiuſlibet anni temporibus ſtationem aliquam ſui ordinis eccleſiam vel aliam in qua eos pro tempore cum obedientiæ merito fore contingeret viſitauerint & inibi ante illius altare maius quinquies orationem dominicam & toties ſalutationem angelicam deuote recitauerint, vt omnes & ſingulas indulgentias conſequantur: quas temporibus huiuſmodi conſequuntur viſitantes eccleſias ſtationum vrbis & alias extra ipſius muros pro ſtationibus deputatas quaſque fratres ipſi conſequerentur & conſequi poſſent ſi eccleſias ſtationum huiuſmodi eiſdē temporibus perſonaliter viſitarent. B. ſſfo. 6. cōce. 17. 9 *Ex priuil. fiat mini.*

LEO. 10. conceſſit per quoddā breue monialibus S. Claræ ſub cura fratrū mi obſ. viuētibus ac etiā eiſdē fratribus indulgentias S. Mariæ de Angelis ſiue portiūculæ in aſsiſio ſecūdæ diei Auguſti & de quinque Pater noſter cū gloria patri corā ſacrario altaris recitanda & de pſal. pœnitētialibus pro ſtationibus vrbis conſequēdis, prout dictis fratribus antea erant conceſſæ B. ſſfo. 42. conce. 131. Vide circa hoc infra. §. 12. latiorum conceſſionem eiuſdem Leonis. 10 *Pro monſ. S. Cla.* *Collector.*

Idē Leo cōceſsit ancillis pro ſororibus ordinis beatæ Mariæ ſub cura & regimine fratrum mi. degētibus indulgētias. S Mariæ de Angelis & ſtationum vrbis Romæ prout ante conceſſerat monialibus. S. Claræ, vt ſupra poſitum eſt B. ſſfo. 42. conce. 134. 11 *Pro moniali. domine noſtræ.*

Idem Leo conceſsit omnibus fratribus mino regul. obſer. ac monialibus ſanctæ Claræ & tertij ordinis ꝙ 12 *Pro ſta.*

tri mi.etc. dicendo quinque Pater noſter cum Aue Maria &in fine cuiuſlibet Gloria patri &pro ſanctitate ſua vnum Pater noſter cum Aue Maria ſimiliter cum gloria patri lucrẽtur ſtationes indulgentias & remiſsiones tã vrbis quam etiam portiunculæ ſiue Hieruſalem ac ſancti Iacobi in cõpoſtella. Et ꝙ quacunq; hora diei vel noctis & quocunque loco dicãt,ſ.choro eccleſia clauſtro oratorio ac cella lucrentur illas. O.fff o.50.cõce.180.

Stationes ac indul. plena.

Nota.

Collector. Aduerte quod hæc conceſsio eſt melior & latior reliquis omnibus præcedentibus in hac materia.

Sequitur ex ſpecificatio indulgentiarum & ſtationum vrbis Romæ.

VT AVTEM prædicti fratres mi.& aliꝗ perſonꝗ quꝗ eorum indulgentiis gaudere poſſunt ſcire valeant quot & quales ſint indulgẽtiꝗ ſtationũ & eccleſiarum vrbis Romꝗ quꝗ eis vt ſupra viſum eſt à multis pontificibus conceſſꝗ ſunt,& ſic ad eaſdem ſibi acquirẽdum ac pro felici ſtatu totius ſanctꝗ eccleſiꝗ deuotius & frequentius orandum magis incitentur viſum eſt opere prꝗcium hic illas conſequenter deſcribere,prout in diuerſis collectionibus tam in vrbe Roma quam in aliis partibus impreſſꝗ,licet ſparſim reperiuntur. Circa hoc autẽ talis ſeruatur ordo. Primo enim ponuntur indulgentiꝗ ſeptem eccleſiarum principalium ſeu capitalium vrbis Romꝗ. Secundo adduntur indulgentiꝗ ſtationum per anni circulum diſcurrendo tam quo ad feſta quam quo ad dominicas & ferias aduentus & quadrageſimꝗ. Tertio vero ſuperaddũtur indulgentiꝗ hieroſolymitanæ,quia etiam illas (vt ſupra dictum eſt in. §. 12.) poſſunt lucrari fratres. Vltimo loco annectuntur nonnullꝗ indulgentiæ ſancti Iacobi in compoſtella, quia etiam illas poſſunt promereri fratres præfati.

Diſtĩo ſtationũ cõceſſarũ fratribus mi.

SEQVVNTVR INDVLGENTIÆ SEptem eccleſiarum principaliũ vrbis Romæ quæ ſunt priuilegiatæ maiori priuilegio & gratia ac dignitate quam aliæ eiuſdem vrbis.

De indul- PRIMA eccleſia vrbis eſt ſacroſancta Lateranenſis eccleſia,

eccleſia, quæ ab antiquo dicebatur baſilica ſaluatoris, *gentiũ ec-*
nunc autem cõmuniter vocatur Eccleſia Sancti Ioannis *cleſiæ La-*
Lateranenſis, quæ ab imperatore Conſtantino in latere *teranẽſi.*
ſui proprij palatij edificata, & à Sãcto Syluestro papa in
honorem ſanctiſſimi ſaluatoris noſtri Domini Ieſu
Chriſti, & ſanctorũ Ioannis Baptiſtæ: & Ioannis Euangeliſtæ dedicata fuit, in qua ferturq́; ſ. Silueſter & Gregorius, ſummi pontifices: qui eam ſucceſſiue conſecrauerunt, deuote viſitantibus conceſſerunt tantas indulgentias quod eas nemo niſi ſolus Deus enumerare poteſt.

Nota quod in hac eccleſia ſancti Ioannis Lateranẽſ. 1
habetur quędam tabula antiqua, in qua continentur ſequentia, quæ quidam bonus pater noſtri ordinis tẽpore capituli generaliſſimi: anno. 1517. ab illa extraxit. *Collector.*

Primo ad altare maius ſunt indulgentiæ. 48. annorũ: 2
& totidem quadragẽ. & remiſſio tertiæ partis omniũ peccatorum.

Idẽ Conſtantinus Imperator poſtquã mundatus fuit 3
à lepra per ſacri baptiſmatis ſuſceptionem dixit beato Silueſtro, Pater ecce domum meã in eccleſiã ordinaui, infunde in eam tuã largã benedictionem, pro venientibus ad eã. Et ait ad eum beatus Silueſter, Dominus Ieſus Chriſtus: qui te mundauit à lepra, & purificauit te fonte perhenni: per ſuam miſericordiã mundet & purificet omnes huc venientes ſine peccato mortali, & auctoritate Petri & Pauli: & noſtra ſit eis remiſſio omniũ peccatorum quocunque tempore anni.

Item ſanctus Gregorius Papa: qui hanc eccleſiã con- 4
ſecrauit poſt deſtructionẽ eius factã per hæreticos confirmauit indulgentiã poſitã per beatum Silueſtrum Papam antedictum.

Item Bonifacius dixit, indulgentiæ eccleſiæ Lateranẽ. numerari non poſſunt, niſi à ſolo Deo, & ego om- 5
nes illas confirmo.

Item in feſto Saluatoris, cuius imago viſibiliter ap- 6
paruit omni populo Romano miraculoſè ſcilicet quando ſanctus Silueſter conſecrauit dictam Eccleſiam primo vbi fuerat populus Romanus congregatus, tunc prædicta imago apparuit viſibiliter omni populo de

vrbe,quæ imago remanſit in pariete : nec comburi potuit cũ Eccleſia bis cõbuſta fuerit, eſt remiſſio omnium peccatorum.

7 ✠ Itẽ Papa Bonifacius dixit, Si quis ad ſedẽ noſtrã Lateranẽ. cauſa deuotionis orationis peregrinationis acceſſerit,ab omni ſorde peccati ſit mundatus totus.

8 ✠ Itẽ in eccleſia prædicta in capella Sancti Ioannis Baptiſtæ:in quã mulieres non intrant ibidem ad fontes eſt remiſſio omnium peccatorum.

9 ✠ Itẽ in capella ſancti Laurentij:in quã ſimiliter mulieres non intrant,quæ dicitur ſancta ſanctorũ eſt remiſſio omnium peccatorum.

OI Itẽ ſi ſcirent homines indulgentias eccleſiæ Lateranẽ dicerent, tantæ ſunt quod non oportet nos ire ad ſanctum ſepulchrum vltra mare.

I SECVNDA Eccleſia principalis eſt ad ſanctũ Petrũ, vbi nunc eſt ſancta ſedes apoſtolica:& palatiũ ſanctiſſimi Domini noſtri Papæ,in qua ſunt oĩ die. 48. anni:& totidẽ quadragenæ: & remiſſio tertiæ partis peccatorũ.

De indul. eccleſiæ. ſ. Petri.

I Item in eadẽ eccleſia fuiſſe dicuntur centũ & nouem altaria, quæ nunc pro magna parte ſunt remota : & in melius ſub pauciori numero redacta: ſiue ordinata, Et pro quolibet.18. anni indulgen.dati ſunt, Et inter alia ſunt ſeptẽ altaria principalia, quæ in gyrũ cancellis cupreis vallata ſunt olim de auratis.

2 Itẽ quĩcunq; eſt feſtũ ſanctorũ Petri & Pauli: vel vocationis dictorũ altariũ:ſeu etiã feſtum natiuitatis dominicæ:paſchæ,ſeu omniũ ſanctorũ'aliudque feſtũ duplex:duplicantur omnes prædictæ indulgentiæ.

3 Item in feſto annunciationis beatæ Mariæ ſunt ibi mille anni indulgentiæ.

4 Itẽ à predicto feſto vſque ad Kalendas Auguſti ſunt ibi duodecim anni indulgentiarũ : & totidẽ quadragenæ:& remiſſio tertiæ partis omnium peccatorum.

5 Item quicũque aſcendit gradus ſancti Petri deuotè: huic conceduntur pro quolibet gradu ſeptẽ anni indulgentiarũ per Alexandrum.6.

TERTIA Eccleſia eſt ad Sanctũ Paulũ,in qua ſunt omni die.48. anni indulgẽtiarũ & totidẽ quadragenæ:

De indul. eccleſiæ.ſ.

& remiſſio tertiæ partis omnium peccatorum. *Pauli.*

Itē in conuerſione Sancti Pauli ſunt ibi centum anni indulgentiæ: & totidē quadragenæ. Itē in feſto ſanctorum Innocentum: quorum multa corpora requieſcunt ibi: ſunt ibidē. 48. anni indulgentiæ: & totidē quadragenæ ab antiquo: modo verò eſt indulgen. ple. 1 2

Item in dedicatione eiuſdē quæ eſt in octaua ſancti Martini ſunt ibi mille anni indulgentiæ & totidē quadragenæ, & remiſſio tertiæ partis omnium peccatorū. ✠ 3

Item ſi quis intrauerit dictā eccleſiā omnibus diebus Dominicis: habet tantas indulgentias, ac ſi iret ad ſanctum ſepulchrum hyeroſolimis. 4 *Nota.*

QVARTA Eccleſia eſt ad Sāctā Mariā maiorē in qua ſunt omni die. 48. anni indulgentiæ: & totidē quadragenæ: & remiſſio tertiæ partis omnium peccatorum. 1 *De indul. eccleſiæ. S. Mariæ maio.*

Itē in vigilia Aſcenſionis Domini, in qua celebratur feſtum tranſlationis corporis Sancti Hieronymi ibidē quieſcentis: ad altare ipſius eſt remiſſio tertiæ partis omnium peccatorum cōceſſa à Pio Papa. 2. 2

Itē in oībus feſtiuitatibus beatæ Mariæ ſunt ibi mille anni indulgentiæ. Itē à feſto Aſſumptionis virginis vſque ad eius natiuitatē ſunt ibi duodecim millia annorum indul. vltra prædictas quotidianas indulgen. 3

Nota tamen: quod quarta Eccleſia ab antiquo ſēper fuit ſancti Laurentij, ſed tēpore Alexandri. 6. ad ſanctā Mariā tēpore iubilei fuit aſſignata pro quarta numero & aliæ tres non viſitabantur ex debito, ſed ex deuotione tantūmodo ad parcendum laboribus peregrinorum & Romanorum.

18 Pro ſ. Bonauẽtura. IVLIVS.2. conceſſit viſitantibus eccleſias fratrum mino. in feſto Sanctæ Bonauenturæ indulgentias quas ſui predeceſſores conceſſerant pro feſtiuitatibus aliorum ſanctorũ dicti ordinis B.fo.43.& ffo.127.cõ.284. Et hoc idem conceſſerat antea Sixtus 4 B. fo.51 Et ffo. 135 conce.300.

19 Eleemoſynæ. Idem Iulius declarauit: quod verba in priuilegiis fratrum mino. contenta: ſcilicet quod viſitantes ſua loca & manus porrigentes adiutrices conſequantur indulgentias tales vel tales: referantur etiam ad facientes eleemoſynas de pane: & aliis pro eorum victu: & veſtitu: ac domorum ſuarum reparatione neceſſariis B. fo. 39 Et ffo.126 conce.280.

Collector. Aduertendũ eſt ꝙ ſupraſcriptæ indulgentiæ, ac nonnullæ aliæ quæ ad manus noſtras non peruenerũt reperiuntur ſummariæ recollectæ in monumentis ordinis ſub forma ſequenti. Hæc eſt ſumma indulgentiarum ordini fratrum mi. à diuerſis ſummis pontificibus conceſſarum, circa quas nullus dubitare velit obſecro, quia Reuerendus pater frater Ioannes de argumanes pro-

uincialis prouinciæ ſancti Iacobi aſſerit ſe vidiſſe in au tenticis literis veritatem huius rei. Et ſequitur. *Nota.*

VISITANTES eccleſias fratrum minorum in feſtiuitatibus Domini noſtri & Dominæ noſtræ beati Ioãnis baptiſtæ apoſtolorũ beati Franciſci omniũq; ſanctorũ dicti ordinis habent conceſſionẽ quãlibet predictarũ feſtiuitatum mille trecentorum quadraginta annorum quadringẽtarũque quadraginta & ſex quadrageſimarũ atque triginta & vnius diei ffo.71 conce.180.

Aduertendum eſt etiam, quod in alia ſumma extracta ex libro intitulato firmamenta trium ordinũ habetur ſub ſequenti modo. *Collector.*

Sũma indulgentiarum feſtiuitatum Domini noſtri Ieſu Chriſti eiuſque ſanctiſſimæ matris ac etiam patris noſtri Franciſci & ſanctorum ordinis aſcendit ad annos quingentos quadraginta & octo, & dies ducentos ſexaginta. fffo.109. poſt conce.467.

SEQVVNTVR gratiæ & indulgentiæ conceſſæ viſitantibus eccleſias aliorum fratrum mendicantium in precipuis feſtiuitatibus, Et primo ponuntur conceſſa viſitantibus eccleſias fratrum ordinis predicatorum.

Sanctiſſimus Dominus Honorius Papa 3. conceſſit 20. annos & dies. 180. viſitantibus eccleſias predicatorum in anniuerſariis dedicationis earum. Clemens Papa 3. annos 10. & dies 40. Bonifacius Papa 8. annos 20. & dies 40. Alexander Papa 4. annos 20. & dies 180. Benedictus papa 10. frater de ordine prædicatorum annos 30. & dies 120. Ioannes papa 21. annos 10. & dies 80. Gregorius Papa 9. annos 9. & dies 80. Nicolaus Papa 4. frater minor annos triginta & dies 180. Alexander Papa 5. frater minor annos decem & octo. & dies octinginta b.fo.110. conce.481. 20 *Ex priuil. fra. pdica.*

Summa predictarum indulgentiarum eſt annorum 169. & dierum 340.

In natiuitate virginis Mariæ viſitãtibus Eccleſias fratrum prædicatorum conceduntur à Clemente 4. anni decem & dies 40. à Gregorio 9. anni 20. & dies 40. à Bonifacio 8. anni 9. & dies 40. à Nicolao 4. anni 30. & dies 180. 21

Summa prædictaiũ indulgentiaiũ eſt annorũ. 69. & dierum.210.b.fffo.110.concc.482.

22 In purificatione beatæ Mariæ ſemper virginis viſitantibus eccleſias prædictorum conceduntur à Clemente.4. anni decem & dies. 40. à Gregorio. 9. anni. 20. & dies.40. à Bonifacio.8.anni.9. & dies quadraginta à Nicolao.4.anni.30.& dies.180.

Summa predictarum indulgentiarum eſt annorum 69.dierum.210.b.fffo.110.concc.483.

23 In aſſumptione virgnis Mariæ viſitantibus eccleſias fratrum predicatorum conceduntur à Clemente. 4.anni decẽ & dies.40. à Gregorio.9.anni.20. & dies quadraginta à Bonifacio. 8. anni. 9. & dies quadraginta à Nicolao.4.anni.30.& dies.180.

Summa prædictarum indulgentiarum eſt annorum 69 & dierum.209.b.fffo.110.conce.484.

24 In feſto beati patris Dominici viſitantibus eccleſias predicatorum conceduntur à Clemente.4. anni 10. & dies.40. à Gregorio.9.anni.20.& dies.40. à Bonifacio 8.anni.9.& dies quadraginta. à Nicolao.4. anni.30. & dies.180. ab Innocentio.4.anni.9.& dies.40.ab Alexã dro.4.anni.20.& dies.280. à Benedicto.11. anni.30. & dies.120. à Ioanne.21.anni.10.& dies.180. ab Alexandro.5.anni.18.& dies.80. à Sixto.4. fratre minore anni decem & totidem quadragenæ.

Summa prædictarum indulgentiarum eſt annorum 256.& dierum.320.b.fffo.110.concc.485.

25 In feſto Sancti Petri martyris viſitantibus Eccleſias fratrum predicatorum conceduntur à Clemente.4. anni decẽ & dies.40. à Gregorio.9.anni. 20. & dies.40. à Bonifacio. 8.anni.9.&dies quadraginta.à Nicolao.4. anni.30. & dies. 180. ab Innocentio.4. anni.9. & dies quadraginta.ab Alexandro.4.anni.20. & dies. 280. à Benedicto.11.anni,30.& dies.120. à Ioanne.21 anni decem & dies.180.ab Alexandro.5. anni. 18. & dies.80. à Sixto.4.anni.50.& totidem quadragenæ.

Summa prædictarum indulgentiarũ eſt annorũ. 206. & dierum.320.b.ffo.110.conce.486.

26 In feſto Sancti Thomæ de Aquino viſitantibus eccle-

ſias prædicatorum conceduntur à Ioanne.22.anni.21.& dies.80.ab Alexandro.5.anni.18.& dies.80.ab Vrbano.5.anni.100. & dies. 220.à Sixto.4.anni quinquaginta & totidem quadrage.

Summa prædictarum indulgentiarum eſt annorum 189.& dierum.215.b.fffo.110.conce.487.

In feſto ſancti Vincentij confeſſoris viſitantibus eccleſias fratrum prædicatorum conceduntur de indulgentia à Sixto.4.anni quinquaginta & totidem quadrage.b.fffo.111. conceſſione.488. 27

In feſto S.Catherinæ de ſenis conceduntur viſitantibus eccleſias prædicatorum à Sixto papa. 4.anni.50. & tidem quadrage.b.ffo.111.conceſſione.489.

Venientibus ad ſolennitatē primarũ miſſarũ fratrũ prædicatorũ conceduntur indulgen.ab Honorio.3.dies centum,à Bonifacio.8.dies.100.ab Alexandro.4.dies 100.à Gregorio.9.dies centum,ab Innocenrio.4. dies centum,à Benedicto.11.dies.200. à Clemente 4.dies centũ à Ioanne.21.dies centum à Nicolao.4.dies centũ ab Vrbano.5.dies centum ab Honorio.4.dies.100. 28

Summa prædictarum indulgentiarum eſt annorum trium & dierum.2.b.fffo.111.conce.490.

SEQVVNTVR aliæ aliquæ gratiæ conceſſæ viſitantibus eccleſias fratrum Auguſtinẽſium in præcipuis feſtiuitatibus. 29

INNOCENTIVS papa omnibus verè pœnitẽtibus & confeſſis:qui in Natiuitatis Circuncisionis Epiphaniæ Reſurrectionis Aſcenſionis Pentecoſtes, necnõ Aſſumptionis Natiuitatis Annunciationis & Purificationis beatę Marię,ae natiuitatis Ioannis Baptiſtæ & apoſtolorũ Petri & Pauli & in ſolennitatibus apoſtolorum & euãgeliſtarũ atque in omnibus feſtiuitatibus S. Auguſtini ac eccleſiarum dedicationibus & celebritate omniũ ſanctorũ & per ipſarum natiuitatis reſurrectionis aſcenſionis pẽtecoſtes necnon natiuitatis & aſſumptionis beatæ Mariæ ac natiuitatis Ioannis baptiſtæ & apoſtolorum Petri & Pauli prædictarum feſtiuitarum octauas eccleſias ordinis heremitarum Sancti Auguſtini deuotè viſitauerint annuatim & ad reparationem 30 *Ex priuil. Auguſti.*

& conſeruationẽ earũ manus porrexerint, adiutrices, conceſſit in ſingulis prædictis feſtiuitatibus, ac per earũ octauas mille annos & totidẽ quadragenas b. ffo. 124. conce. 562.

IVLIVS. 2. viſitantibus eccleſias prædictorũ fratrũ Auguſtinenſiũ in ſingulis ſancti Auguſtini & beati Nicolai de Tolentino: ac S. Monicæ feſtiuitatum diebus: à primis veſperis vſque ad ſecundas veſperas feſtiuitatũ earundẽ incluſiuè: ac inibi manus adiutrices porrigentibus centum annos & totidẽ quadrage de iniunctis eis pœnitentiis in dño relaxauit B. ffo. 66. conce. 208.

SEQVVNTVR aliæ indulgentiæ conceſſæ viſitantibus eccleſias fratrũ carmeli. in præcipuis feſtiuitatib' prout elicitè ſunt ex quadã bulla Sixti. 4. quæ habetur. B. fo. 107. Et ffo. 190. conce. 485. Et ffo. 111. ſunt ordinatæ per feſtiuitates modo ſubſequenti.

31 PRIMO. In feſtiuitatibus dñi nři Ieſu Chriſti ſ. in ſua natiuitate paraſceuæ & reſurrectione Penthecoſtæ & duobus feſtis S. Crucis & octauis eorum. Leo papa. 4. conceſſit ſeptẽ annos. & 12. quadragenas viſitantibus & pias eleemoſynas largientibus. *Ex priuil. fratrum carmeli.*

Adrianus. 2. Stephanus. 5. Sergius. 3. Ioannes. 10. & Ioannes. 11. Sergius. 5 & Innocẽtius. 4. tertiam partem peccatorum remiſerunt viſitãtibus eccleſias earundem in prædictis feſtis & eorum octauis.

Honorius. 9. viſitantibus eaſdẽ eccleſias in die paraſceuæ: & in die S. Crucis. 40. annos & totidẽ quadragenas de iniunctis pœnitentiis relaxauit.

Clemẽs. 3. Alexãder. 2. Gregorius. 5. Gregori'. 7. in prædictis feſtis & quolibet eorũ ſimilẽ gratiã largiti ſunt.

Honorius. 9. cõceſſit viſitantibus dictas eccleſias ſeu manus adiutrices porrigẽtibus in die paraſceues. 40. annos & totidem quadragenas de iniunctis pœnitentiis. Benedictus. 10. omnes prædictas indulgentias duplicauit. Nicolaus. 5. omnia ſupradicta duplicando cõfirmauit atque annos ſeptem & totidem quadragenas in domino relaxauit. B. fo. 107. Et ffo. 190. conce. 485. Et b. ffo. 111 conce. 497.

32 SECVNDO. In feſtis beatæ Mariæ, ſcilicet natiui-

tatis Annunciationis Purificationis Aſſumptionis & earum octauis omnes prædictas remiſſiones iidē pontifices concefferunt.

Clemēs.4.vltra p̄dictas indul.conceſſit.30. annos & totidem quadragenas in p̄dictis quatuor feſtiuitatibus dominæ noſtræ. Honorius.9.conceſſit in dictis feſtiuitatibus viſitantibus ſupradictas eccleſias vel manus adiutrices portigentibus.40.annos & totidē quadragenas de iniunctis pœnitentiis.Ioannes.22.conceſſit ſimiliter in eiſdē quatuor feſtiuitatibus quadraginta annos & totidē quadragenas de pœnitentiis iniunctis.

Vrbanus.5. in feſto annunciationis virginis Mariæ conceſſit ſeptem annos & duodecim quadragenas.

Sixtus.4 cōceſsit in prædictis quattuor feſtiuitatibus beatæ Mariæ à primis veſperis vſque ad occaſum ſolis diei feſti viſitantibus dictas eccleſias triginta annos & totidem quadragenas quolibet anno.

Item Sixtus extēdit prædictas indulgentias à ſe conceſſas ad feſta conceptionis præſentationis & viſitationis beatæ Mariæ virginis.B.fo.107.Et ffo.190. conce. 485.Et.B.fffo.111 conce.498. 33

TERTIO.In feſtiuitatibus omniū ſanctorū S. Michaelis & natiuitatis ſancti Ioannis baptiſtæ Petri & Pauli Fabiani & Sebaſtiani & per octauas eorum & in ſanctis quorum vocationes principales habent in ſuis eccleſiis conceſsit Leo papa.4 ſeptem annos.& duodecim quadrage.

Adrianus.2.Stephanus.5.Sergius.3.Ioānes.10.& Ioānes.11.Sergius.5.Innocentius.4.viſitantibus dictas carmelitarum eccleſias in prædictis feſtiuitatibus tertiam partem peccatorum relaxauerunt.

Clemens.4. Alexander.2.Gregorius.5. Gregorius 7.in prædictis feſtiuitatibus ſimilem gratiam largiti ſunt.B.fffo.107.Et ffo.190.conceſsio.485. Et.B. fffo. 112.conce. 499. 34

QVARTO Honorius 9.in diebus vocationū eccleſiarum prædictarum. 40. annos & totidē quadragenas relaxauit de iniunctis pœnitentiis. Benedictus. 10. eiſdem vocationis diebus Honorij indulgentiam etiam

conceſſit, & duplicauit omnia cõceſſa in prædictis ſanctorum feſtiuitatibus octauis & vocabulis eccleſiarũ.

Nicolaus.5.duplicauit etiam conceſſa à ſuis anteceſſoribus in dictis feſtiuitatibus, & vltra annos ſeptem & totidem quadragenas relaxauit.

Sixtus.4.conceſſit etiam in diebus denominationum viſitantibus dicti ordinis eccleſias.30.annos & totidem quadragenas de iniunctis pœnitentiis.B fo.107.Et ffo. 190.conce.485.Et fffo.112 conce.500.

INDVLGENTIÆ CONCESSÆ viſitantibus eccleſias fratrum mino.tempore quadrageſimali, Secundo.

1 ALEXANDER.4. Nicolaus.3. Innocentius.4. & Benedictus.11. conceſſerunt à quarta feria cinerum vſque ad paſcha reſurrectionis incluſiuè venientibus ad eccleſias fratrum mi.ſemel in die cauſa deuotionis de indulgentia annos.122.& dies.576.

Prædicatio. Venientibus autem quando ibidem prædicatur feria 2 &.4.& 6.additur indulgentia annorum.6.& dierum.26.Et ſic aſcendit cum prima ad annos.138.ac dies 202.habetur.b.fffo.108.conce.439.

2 VRBANVS.4.conceſſit omnibus viſitãtibus eccleſias fratrum minorum in quadrageſima indulgentiam 40.annorum.b.ffo.260.conce.657.

Collector. Aduertendum quod in ſumma ſuperius allegata reperiuntur ſequentia.

3 Viſitanti eccleſias fratrum mi.qualibet die quadrageſimæ conceſſi ſunt quatuor anni &.236.dies indulgentiæ.ffo.71.conce.181.

Collector. Aduertendum eſt etiam quod in alia ſumma extracta de libro intitulato Firmamenta trium ordinum habetur modo ſequenti.

Nota. Summa indulgentiarum conceſſarum viſitãtibus eccleſias fratrũ mi in diebus quadrageſimę eſt trium millium & octingentorum ac quinquaginta ſeptẽ annorũ & ducentorũ ac ſeptem dierũ fffo.109.poſt cõce.467.

SEQVVNTVR INDVLGENTIAE QVAE reperiũtur cõceſſæ viſitãtibus eccleſias fratrũ Auguſti. tẽpore quadrageſimali & adhuc à die ſeptuageſimæ.

INNOCENTIVS. 4. omnibus verè pœnitentibus & confeſſis: qui à dominica ſeptuageſimæ incluſiuè vſque ad dominicam in palmis incluſiuè deuotè viſitauerint eccleſias fratrum Auguſtinenſiũ annuatim: & ad reparationem & conſeruationem earum manus porrexerint adiutrices: conceſſit mille annos & totidem quadragenas indulgen. b. fff. 124. conce. 562. 4 *Ex priuil. fratrũ Auguſtinen.*

Idem Innocentius omnes verè pœnitentes & confeſſos qui prædictas eccleſias deuotè viſitauerint in die mercurij: & in die iouis: ac in die veneris hebdomadæ ſanctæ: & ad reparationem & conſeruationem earundem manus porrexerint adiutrices à pena & culpa miſericorditer relaxauit. b. fffo. 124. conce. 562. 5 ✠

SIXTVS. 4. fertur conceſſiſſe viſitantibus eccleſias prædictorum fratrum Auguſtinenſ. & manus adiutrices porrigentibus à ſexta feria poſt dominicam tertiam quadrageſimæ vſq; per totam octauam paſchæ reſurrectionis: pro ſingulis diebus indulgentiam trium milliũ ſeptingentorum decem & octo annorũ: &. 130. dierum. Bulla dicitur eſſe Romę: & Ferrariæ, & à quodam præcipuo patre dicti ordinis audiui: quod ipſe viderat tranſumptum autenticum prędictæ bullæ, Habetur tamen, b. fffo. 111. conce. 394. 6 *Nota.*

SEQVVNTVR nonnullæ indulgentiæ aliæ conceſſę viſitantibus eccleſias fratrum carmelitarum tempore quadrageſimali.

BENEDICTVS. 10. viſitantibus eccleſias fratrum carmelitarum: feria 2 &. 4. &. 6. quadrage. cõceſſit octoginta annos & totidem quadragenas indul. ac bis remiſſionem ſeptimę partis peccatorum B. fo. 107. Et ffo. 190. conce. 485. Et. b. fffo. 112. conce. 502. 7

INDVLGEN. CONCESSAE VISITANtibus eccleſias fratrum minorum in quibuſlibet diebus anni, Tertio.

ALEXANDER. 4. conceſsit viſitantibus eccleſias fratrum mino. cauſa deuotionis qualibet hora diei indulgentiam, 40. dierum. Innocentius. 4. con- 1

ceſsit ſimiliter.40. dies. Clemens 4.conceſsit 80.dies. Nicolaus 4.conceſsit indulgentiam vnius anni: &.40. dierum.

Summa iſtarum indulgentiarum ſunt tres anni: & 240.dies. Et numerando per dies ſunt 1365 dies B.fo. 24 Et ffo.108 conce.231 Et b.fffo.108 conce. 438.

2 *Pro horis canonicis.* Idem Alexander conceſsit omnibus venientibus ad horas canonicas in eccleſias fratrum min.infra annum diebus ſingulis indulgentiam cẽtum dierũ b.ffo.260. conce.653. Alias ſunt centum & quadraginta dies, vt habetur.fffo.108.conce.430.

3 *Miſſa. Prædicatio.* Idem Alexander conceſsit accedentibus ad eccleſias fratrum mi.cauſa audiendi miſſas beatæ Mariæ virginis: vel beati Franciſci; vel ſermones quocunque tẽpore anni qualibet vice indulgẽtiam cẽtum dierum B.fo. 24 Et ffo.108 conce.231 Et fffo.108 cõce.437.vbi nihil ſpecificatur de miſsis beatæ Mariæ: aut beati Franciſci.

4 CLEMENS 4 conceſsit viſitantibus eccleſias fratrum mi.in quibuſlibet diebus anni centum dies indulgentiæ b.ffo.260 conce.658.

5 NICOLAVS 3.conceſsit ſimiliter ſicut Clemens præfatus centum dies indulgẽtię b.ffo.260,cõce.660.

6 NICOLAVS 4 conceſsit accedentibus cauſa deuotionis ad loca fratrum mi. indulgen. vnius anni & dierum 40 B.fo.24 Et ffo.108 conce.231 Et alibi reperitur quod idem pontifex conceſsit propter præfatã *Miſſa.* cauſam centum dies indulgentię b.fffo.108 cõce. 446 & alibi etiam inuenitur quod conceſsit audiẽtibus miſſas beatæ virginis; ac beati Franciſci in domibus fratrũ minorum indulgentiam centum dierum b.fffo.108 cõce.442.

7 VRBANVS 5 conceſsit oĩbus fraternitatibus quæ ſunt & erũt in eccleſiis fratrũ mi.cẽtum dies indulgẽtiæ b. ffo.261 conce.672 Et ffo.109 conce.459.

8 Idem Vrbanus conceſsit viſitantibus prædictorum fratrum eccleſias quacunq; die de indulgentia centum dies b.ffo.261 Et ffo.109 conce.458.

Collector. Aduertendum quod in ſumma autentica indulgentia-

rum ſuperius nominata reperitur id quod ſequitur.

Item quolibet die anni viſitans eccleſias fratrum mi. conſequitur annum & ducentos quadraginta quatuor dies indulgentiæ ffo.71.conce.182. 9

Notandum eſt etiã: quod in alia ſumma extracta de libro intitulato firmamenta trium ordinum habetur ſub forma ſequenti. *Collector.*

Summa indulgentiarum conceſſarum viſitantibus eccleſias fratrũ minorum in quibuſlibet diebus eſt annorũ quadraginta:& dierum trecẽtorum b.fffo, 109 poſt conce.467. *Nota.*

SEQVVNTVR aliquæ indulgentiæ conceſſę viſitãtibus eccleſias fratrum carmelitarum infra annũ quacunq; die:ſed præſertim diebus dominicis & ſabbatis. *Ex priuil. fratrũ carmelita.*

BENEDICTVS 10 conceſsit viſitantibus eccleſias fratrum carmelitarum in diebus ſabbatorum & dominicis totius anni 40 annos : & totidem quadragenas indulgentiæ, ac ſeptimam partem peccatorum relaxauit,& Nicolaus prædictam indulgentiam ſabbatorum duplicauit B. fo. 107 Et ffo. 190 conce.185 Et fffo.112 conce.501. 10 *Pro ſabbatis & dominicis.*

INNOCENTIVS 4 & Gregorius 8 conceſſerunt cuilibet dicenti vnum Pater noſter & Aue maria pro viuis & defunctis in prædictis eccleſiis Carmelitarum quadraginta dies indulgentiæ. Benedictus 10 . eoſdem 40 dies duplicando conceſsit. Nicolaus 5 prædictos dies duplicatos iterum reduplicauit:& conceſsit, & ſic ſunt 160 dies vel ſunt ducenti:computando quod quilibet duorum pontificum prænominatorum conceſſerit 40 dies, quia nunquam ſolent concedere minus B. fo.107 Et ffo.190 conce.485Et b.fffo.112, conceſsione 503. 11

Circa omnes indulgẽtias ſuperius annotatas eſt ſciendum: quod in quadam ſumma antiqua priuilegiorum fratrum per quẽdam patrem commiſſarium curiæ Romanæ facta reperitur ſequens clauſula. *Collector.*

SIXTVS 4 in bulla quæ incipit:Solet ſedes apoſtolica:declarauit quod indulgentiæ conceſſæ viſitantibus eccleſias domorum vnius ordinis mendicantium non

conceduntur viſitantibus eccleſias domorum aliorum ordinum mendicantium:licet ſit reciprocatio gratiarũ & indultorum vnius ordinis ad alium: propter confuſionem,& ne vileſcant indulgētiæ:aut minuatur deuotio & propter alias rationes,Hæc vbi ſupra, bullam tamen preallegatam nullibi potui reperire.

Collector. Aduerte tamen quod non obſtāte prędicta bulla poſſunt gaudere viſitantes eccleſias fratrum mi.in feſtiuitatibus ſanctorum ſui ordinis omnibus cōceſſis viſitātibus eccleſias fratrum ordi.prædic in feſtis ſanctorum eiuſdē ordinis,prout habetur ſupra in dictione Communicatio priuilegiorum.§.10. prope finem,Et viſitātes eccleſias fratrum prædica. poſſunt gaudere omnibus conceſſis viſitantibus eccleſias aliorum ordinũ mendicantium virtute cuiuſdā conceſſionis eis factæ per Leonem.10.quæ habetur ſupra in præfata dictione Cōmunicatio priuilegiorum. §.15.Et ſimiliter poteſt dici de viſitantibus eccleſias fratrum mi.ratione ampliſſimæ cōmunicationis priuilegiorum quæ eſt inter ipſos & fratres prædicatores,prout patet in ſupradicta dictione Communica tio priuilegiorum.§.10.&.11.

INDVLGEN. CONCESSAE EXHIBENtibus fratribus minoribus aliqua opera pietatis. Quarto.

1 INNOCENTIVS.4.conceſſit omnibus porrigentibus manus adiutrices fratri mi. vbicũque 40.dies indulgentiæ. Nicolaus.3.totidem. Clemens.4.dies.100. Et ſũt in ſumma centum octoginta dies. B.fo. 24.Et ffo.108.cōnce.231.Et.b fffo.108.conce.441.

2 *Pro hoſpitantibus fra.mino.* ALEXANDER. 4. conceſſit omnibus recipientibus fratres min. viatores in domibus ſuis & miniſtrantibus eis alimenta & ſoluentibus naula ſeu paſſalia ac alia pietatis obſequia dictis fratribus exhibētibus indulgentiam.40.annorum.b.ffo.260.cōce.655.Et fffo.108.conce.432.

3 *Pro aduo-* MARTINVS.4.conceſſit tam procuratoribus quā aduocatis qui in curiis eccleſiaſticis & ciuili bus ſeu ſe

cularibus laborauerint pro defenſione ordinis fratrum minorum eccleſiarumq; eiuſdem ordinis ſingulis annis indulgentiam centum annorum.b.ffo.260.conce.663. Et fffo.108.conce.434. *catu & procuratoribus fratrū*

Idem Martinus conceſsit cunctis fidelibus qui manus adiutrices porrexerint ad conſtruendas eccleſias vel monaſteria ordinis fratrum mi.ac omnibus qui ſepulturam elegerint in cemiteriis aut clauſtris præfatorum fratrum indulgentiam.40.annorū.b. ffo.260. conce. 664.Et fffo.108.conce.435. 4 *Pro fabrica.* *Sepultura.*

NICOLAVS.4.conceſsit omnibus porrigentibus manus adiutrices pro fabricis monaſteriorū fratrū mi. 40.annos indulgen.b.fffo.108.conce 446. 5 *Pro fabrica.*

VRBANVS.5.conceſsit vt generalis & prouintiales totius ordinis minorum poſsint cōmunicare ſuffragia indulgentias orationes & bona ſpiritualia benefactoribus ordinis,b.ffo. 261.conce.671. Et fffo. 109. conce.459. 6 *Generalis & puin.*

INNOCENTIVS.8.conceſsit vt procuratores fratrū mino.eorūque ſubſtituti liberi parentes fratres ſorores vxores poſsint promereri indulgentias ſtationū & alias fratribus conceſſas dicendo in eccleſiis fratrum prædictorum quinque Paternoſter & totidem Aue maria pro felici ſtatu Romanæ eccleſiæ.o. ffo.70. conce. 162. Et fffo.99.conce.367. 7 *Pro ſindicis ſeu procuratoribus fratr.*

ALEXANDER.6.conceſsit vt medici ordinarij fratrum minorum & ſororum S. Claræ habeant eadem priuilegia & gratias, quibus gaudent ſyndici & procuratores prædictorum fratrum.o.ffo.70. conce.177. Et fffo.99.conce.370. 8 *Pro medi. fra.*

IVLIVS.2.conceſsit ſeu declarauit quod verba in priuilegiis fratrū mi.cōtenta.ſ.quod viſitātes ſuas eccleſias & manus porrigentes adiutrices conſequantur indulgentias tales vel tales referantur etiam ad facientes eleemoſynas de pane ac aliis pro eorum victu & veſtitu & domorum ſuarum reparatione neceſſariis.B.fo.43. Et ffo.126.conce.280. 9 *Eleemoſynæ.*

Aduertendum quod in ſuperius allegata ſumma autentica continentur infraſcripta. *Collector.*

10 Porrigentibus manus adiutrices ad fabricam eccleſiarum fratrum minorum iuxta poſsibilitatem ſuam conceſſa eſt in articulo mortis remiſsio omnium peccatorum ffo.71 conce.184.

11 Item conceſsi ſunt centum viginti anni pro qualibet re:qualibetque beneficio:quæ locis vel monaſteriis fratrum minorum largiuntur ffo.71 conce.184.

Collector. Nota. Aduerte vltra hoc:quod propter communicationem priuilegiorum fratrum prædicatorum ſunt conceſsi eis amplius 79 anni. Et in ſumma ſunt ducēti anni: vno minus vide infra.§.13.

Sequuntur aliæ multæ indulgentiæ conceſſæ facientibus opera pietatis fratribus ordinis prædicatorum: & eorum domibus.

12 *Ex priuil. fra pdica. Pro fabrica mona ſteriorum.* Porrigentibus manus adiutrices ad fabricas domus fratrum prędicatorum conceduntur ab Honorio 3 anni 25 dies 120.à Clemente 4.anni 25.dies 120.à Bonifacio 8 anni 25 & dies 120.ab Innocentio 4 anni 25 dies 120 ab Alexādro 3 anni 25 dies 120.à Gregorio 9 anni 25 dies 120.ab Vrbano 5 anni 25 dies 120.Alij pontifices in ſumma conceſſerunt annos 40 & dies 300.

Summantur ſimul anni 218.dies 42 b.fffo.111. conce.492.

13 *Pro victualibus.* Dantibus eleemoſynas prædictis fratribus ad victū veſtitum:& alias neceſſitates graues ordinis conceduntur à Clemēte 4 anni 7.à Bonifacio 8 anni 7. ab Innocentio 4 anni 7.ab Alexandro 4 anni 7.à Ioāne 21 anni 7.à Gregorio.9.anni 7.à Benedicto 11 anni 14.à Nicolao.4.anni ſeptem. ab Vrbano 5 anni 14.

14 Summantur omnes anni.79 b.fffo.111 conce.493.

Pro facientibus celebrare miſſas. Facientibus miſſas: & alia diuina celebrare à dictis fratribus in eorum eccleſiis conceduntur ab Honorio 3.dies.80.à Bonifacio dies 80.à Clemente 5 dies octoginta:ab Alexandro 4 dies 80.à Ioanne 21 dies 80 à Nicolao 4 dies 80.ab Innocentio 4 dies centū: à Gregorio 9 dies centum:ab Vrbano 4 dies centum.

Summantur anni. 2.& dies 248. & numerando per

dies ſunt fere mille dies.b.ſffo.III conce.493.

IOANNES.23.cōceſſit benefactoribus ordinis prædicatorum decem annos & totidem quadragenas de iniunctis eis pœnitentiis,& remittit eis iniurias patrum & matrum ſine manuum iniectione violenta & omnia feſta male obſeruata & omnia iuramenta falſa ſine dãno alterius. Et remittit ſacerdotibus & clericis in ſacris ordinibus conſtitutis qui ad exemplum aliorum manus porrexerint adiutrices quicquid in diuinis officiis aut horis canonicis dicere omiſerint aut propter infirmitatem vel per negligentiam ſeu per defectum librorum.b.ſffo.94.conce.305. 15 *Pro quibuſlibet benefactoribus fratrum.* *Pro clericis ſecularibus.*

Idem Ioannes conceſſit etiã de gratia ſpeciali, quod huiuſmodi confratres & germani ordinis poſſint ſepeliri tempore interdicti in eccleſia vel cemiterio, niſi fuerint excommunicati publicè vel nominatim,ibique diuina celebrare.b.ſffo.95.conce.306. 16 *Sepultura. Interdictũ*

Aduerte quod ſupradicta conceſſio,quo ad ſepelitionem confratrum & germanorum ordinis fuit diſcuſſa & ventilata in vniuerſitate Salmantina & fuit declaratum & determinatum per plures inſignes doctores iuris peritiſſimos debere ſolum intelligi de illis confratribus qui licet remaneant in ſæculo & non mutent habitum ſecularem tamen ſunt vel fiunt oblati ordinis,& faciũt donationem inter viuos omnium bonorum ſuorum dicto ordini reſeruando ſibi vſum fructũ quandiu vixerint & non de aliis confratribus communiter vſitatis.Fundatur autem hæc determinatio & declaratio prædictorum doctorum in capitulo. Vt priuilegia de priuilegiis libro quinto decretalium, quod capitulum ad literam dicit, quod ſolum tales prædicti confratres gaudeant eccleſiaſtica ſepultura tempore interdicti & non alij. *Collector.*

Idem Ioannes conceſſit quod animæ defunctorum pro quibus ordini & fratribus eiuſdem collata fuerit eleemoſyna admitterentur ad omnia beneficia & ſuffragia&ad omnes gratias totius ordinis,Et remittit eiſdem benefactoribus ſeptimam partem ſuorum peccatorum.b.ſffo.95.conce.308. 17 *Pro defũctis.*

Sequuntur aliæ plures indulgentiæ conceſſæ exhibentibus opera charitatis erga Carmelitanos & eorum domos.

18 *Ex priuil. fratrũ carmelita. Pro fabrica.* LEO. 4. cõceſsit Chriſti fidelibus domos ordinis Carmelitarũ confractas reparãtibus. 7. annos. &. 12. quadra. indul. Innocentius. 4. hanc indulgentiã duplicauit. Nicolaus. 5. hanc duplicationem duplicando conceſsit. Et ſic ſunt anni 28. & quadrage. 48. B fo. 107. Et ffo. 190. conce. 485. Et fffo. 112. conce. 504.

19 *Pro fabrica. Pro vtẽſilibus & ornamentis eccleſiarũ.* ADRIANVS. 2. Stephanus. 5. Sergius. 3. Ioãnes. 10. & Ioannes. 11. Sergius. 5. & Innocentius. 4. reficiẽtibus eccleſias dicti ordinis vel pro fabricis ipſarum munera dantibus ac confratriã dicti ordinis aſſumentibus vel etiam vtenſilia vaſa mapas: paramẽta aut alia ad cultum Dei neceſſaria tribuentibus vel ad ea habenda manus adiutrices porrigentibus in vita vel in morte legãtibus tertiam partem delictorum relaxarunt. Innocentius. 4. hanc peccatorum remiſsionem duplicauit. Nicolaus. 5. iterum hanc duplicationem prædictis benefactoribus duplicauit. B. fo. 107. Et ffo. 190. cõce. 485. Et fffo. 112. conce. 505.

20 HONORIVS. 10. & Nicolaus 4. omnibus verè penitentibus & manus adiutrices dicto ordini porrigentibus omnium peccatorum veniam polliciti ſunt.

✠ Innocentius. 4. & Nicolaus. 5. vnus poſt alium hanc peccatorum veniam duplicarunt.

Honorius. 9. omnibus manus adiutrices porrigentibus ordini prædicto. 40. annos & totidem quadragenas concedit de iniunctis pœnitentiis.

Nota. Prædicti verò Innocentius. 4. & Nicolaus. 5. vnus poſt alium etiam dictos. 40 annos & quadragenas publicauit eiſdem.

Benedictus. 10. omnia à ſupradictis anteceſſoribus conceſſa duplicauit. B. fo. 107. Et ffo. 190. conce. 485. Et fffo 112. conce. 506.

Epilogatio ſupraſcriptarũ indulgen. Et ſic in ſumma omnibus verè pœnitentibus & manus adiutrices (vt ſupra) porrigentibus eſt conceſſa ter remiſsio omnium peccatorum, & adhuc duplicata. Et 320. anni & totidem quadra. de iniunctis pœnitentiis.

Sequuntur

Sequuntur nonnulla conceſſa facientibus opera pietatis fratribus & domibus ordinis minorum.

IVLIVS.2. conceſſit quod ſingulæ perſonæ quæ fuerint ordinis minorum fundatrices: ſeu cultrices: cũ earum vtriuſque ſexus liberis procreatis: & procreandis: omnibus & ſingulis eiuſdẽ ordinis minorũ priuilegiis: gratiis: immunitatib⁹: libertatibus: exẽptionibus: indultis: cõceſſionibus: & indulgentiis vti: potiri: & gaudere liberè ac licitè valeant. B. ffo.9. conce.31. 11 *Nota.*

INDVLGENTIÆ QVAS LVCRANTVR AVdientes verbum Dei a fratribus minoribus 5.

GREGORIVS 9. conceſſit audientibus prædicationes fratrum min. quindecim annos indulgẽtiæ b. ffo.260 conceſsione.649. 1

ALEXANDER 4. conceſsit vt fratres mi. in quibuſcunque eccleſiis vel locis eos prædicare contigerit, poſſint dare ſuis auditoribus indulgentiam. 40. dierum. b. ffo.260. conce.654. 2

Idem Alexander conceſsit accedentibus ad eccleſias fratrum mi. cauſa audiẽdi ſermones vel miſſas quocũq; tẽpore pro qualibet vice indulgẽ. centũ dierũ B. fo.24. Et fo.108. conc.231. Et b. ffo.108. conce.457. 3 *Miſſa.*

Idẽ Alexander & Nicolaus.3 & Innocentius 4. & Nicolaus.4 ac Benedictus.11 conceſſerunt venientibus ad eccleſias fratrum minorum tempore quadrageſimæ Feria, 2. & 4. & 6. quando ibidem prædicatur indulgentiã centum triginta & octo annorum & ducentorum & duorum dierum. b ffo.108. conce.439. 4 *Pro quadrageſima* *Nota.*

CLEMENS.4. (vt teſtatur Ioannes.22.) cõceſsit q̃ fratres minores prædicantes extra domos ſuas poſsint concedere auditoribus ſuis octinginta dies indulgentiæ. In domibus verò ſuis vltra præfatas indulgentias centum dies b. fo.24. Et ffo.108. conce.231. Et ffo.108. conce.445. Vide infra poſt. § 6 epilogationem omniũ quæ poſſunt lucrari audiẽdo ſermones fratrum. 5 *Collector.*

Sequuntur conceſſa audientibus ſermones fratrum ordinis prædicatorum.

VENIENTIBVS cõmuniter ad ſermones annuales 6

Ex priuil. fra pdica. audiendos ad loca fratrum prædicatorum conceduntur ab Honorio 3.dies.100.Bonifacio.8.dies. 100. ab Alexādro.3.dies.100.à Gregorio.9.dies cētū.ab Innocētio.4 dies centum.à benedicto 11.dies. 200. ab Vrbano.5.dies centum,ab Alexandro.5.dies centum.

In ſumma autem ſunt anni tres & dies duo. b. ffo. 111.conceſſio.491.

Collector. Aduertendū eſt quòd epilogando omnes ſupraſcriptas conceſſiones reſolutio eſt iſta,quod fratres præfati quandocunque prædicant in ſuis domibus quocunque die anni poſſunt concedere ſuis auditoribus. 18. annos &.322. dies & numerando per dies ſunt ſeptem millia &.72.dies.Sed quando alibi prædicant, poſſunt concedere decem & octo annos,& ducentos ac.22.dies:& numerando per dies ſunt ſex millia & nongenti ſeptuaginta duo dies, Attamen quando prædicant tempore quadrageſimali in domibus ſuis feria.2.&.4. ac.6. poſſunt concedere vltra prædicta centū triginta & octo annos, ac ducentos & duos dies; & in ſumma ſunt in præfatis feriis.156.anni &.524.dies. *Epilogatio cōceſſionū ſupraſcriptarum.*

INDVLGENTIÆ QVAS POSSVNT LVcrari ſeculares ratione habitus prædicatorū fratrū.6.

CLEMENS. 4. conceſſit morientibus cum habitu fratrum minorum & qui cum eo elegerint ſepeliri remiſſionem tertiæ partis omnium ſuorum delictorum B.ffo.260.conce.658.

NICOLAVS.3. conceſſit omnibus qui moriuntur cum habitu fratrum mi.& qui cum eo elegerint ſepeliri remiſſionem tertiæ partis omniū peccatorum ſuorū b.fffo.260.conce.661.Alias habetur,quod eſt remiſſio quartæ partis.b.fffo.108.conce.447.

VRBANVS. 5. conceſſit ſimiliter indulgentiam remiſsionis tertiæ partis peccatorū illis qui moriūtur cū præfato habitu fratrum mi.b.fffo.261.con.670. Alias habet̃ ꝙ cōceſsit remiſ.quartæ ꝑtis.b.fffo.109.cō.458.

Collector. Aduertendum eſt circa præfatas conceſsiones habitus,quod in ſumma autentica ſuperius allegata reperit̃ abſque nominatione pontificum ſequens conceſsio.

Item conceſſa eſt ſepultis in noſtris cimiteriis & morientibus in habitu noſtro fratrũ mi. quarta pars peccatorum à quatuor ſummis pontificibus. ffo.71.con.183. 4

ALEXANDER. 6. conceſsit vt mulieres ſuſcipientes antè mortem vel poſt mortem habitum ſanctæ Claræ habeant talem relaxationem peccatorum, qualem habent viri pro habitu fratrũ minorum. o. fffo.70.conce. 176. Et ffo.99.conce.368. 5 *Pro moni. S. Claræ.*

Leo.10. informatus de prædictis conceſsionibus circa habitum fratrum mi. confirmauit eas ac de nouo cõceſsit, & ad huiuſmodi gratias ſuam portionem addidit concedens quod morientes in dicto habitu conſequantur indulgentiam plenariam. o. ffo.61.conce.185. 6 *Indulgẽ. plena.* ✠

Idẽ Leo iterum cõfirmauit conceſsiones ſupradictas, & addidit ꝙ tam morientes & ſepeliẽdi in dicto habitu quã moriẽtes & ſepeliẽdi in habitu ſororũ tertiæ regulæ eiuſdẽ ſancti Franciſci ſub obedientia miniſtrorũ generalis: prouincialiũ degentiũ conſequantur indulgen. plenariam omniũ ſuorum peccatorum o. fffo.62. cõ.201. 7 *Indulgẽ. plena. Pro tertia* ✠

Idem Leo declarauit ſufficere habitum prædictum petere: ac ſuper ſe vſque ad mortem habere: ac in eo ſepeliri, etiam ſi antè mortem non induatur. o. ffo.60. cõceſsione.183. 8 *Declaratio.*

Ex priuilegiis fratrum prædicatorum.

IOANNES. 23. omnibus Chriſti fidelibus oſculantibus habitum ordinis Sancti Dominici: ſeu fratrũ ordinis prædicatorũ quinque annos & totidẽ quadragenas de iniunctis pœnitentiis relaxauit. b. ffo.95. conce. 307. Et numerando per dies ſunt duo millia & 75. dies. 9 *Pro oſculãtibus habitum.*

Tantumdem lucrantur oſculantes habitum fratrum mino. & aliorum mendicantium ratione communicationis priuilegiorum.

INDVLGENTIÆ IMPETRATÆ A FRATRIbus minoribus pro ſecularibus in fauorem conceptionis immaculatæ virginis Mariæ Dominæ noſtræ. 7.

SACROSANCTVM conſilium Baſilienſe cunctis Chriſti fidelibus verè pœnitentibus: & 1

confeſsis in die feſtiuitatis cõceptionis intereſſentibus miſſarum ſolenniis centum: primis autem vel ſecundis veſperis totidem: ſermoni autem verbi diuini de eadẽ feſtiuitate.150. dies de iniunctis ſibi pœnitentijs relaxauit.b.fo.42. Et ff.40.conce.45.

Sixtvs. 4. ſtatuit & ordinauit, quod omnes & ſinguli Chriſti fideles vtriuſq; ſexus qui miſſam & officiũ feſti cõceptionis beatæ Mariæ virginis cuius initiũ eſt. Sicut lilium inter ſpinas &c.in feſto eiuſdẽ cõceptionis deuotè celebrauerint & dixerint aut illius horis canonicis intererint quoties id fecerint eandẽ prorſus indulgẽtiam & peccatorum remiſsionem conſequantur, quam Vrbanus.4 & Martinus.5. & alij Romani pontifices cõceſſerunt illis qui miſſam officium & horas canonicas in feſto corporis Chriſti à primis veſperis & per illius octauam (iuxta Romanæ eccleſiæ inſtitutionem) celebrant & dicunt aut miſſæ ac officio & horis huiuſmodi interſunt.B.ffo.115.conce.152.

Collectori Aduerte ꝙ iſtæ indulgentiæ (vt colligitur ex quadam bulla Eugenij.4.quæ habetur.b. fffo.137. conce. 578.) ſunt in ſumma pro matutinis & vtriſq; veſperis diei feſti & miſſa quadringenti dies, pro reliquis horis hoc eſt pro qualibet ipſarum centũ ſexaginta. Et in quibuſlibet octauarum diebus pro ſingulis matutinalium miſſarũ & veſperorum ducenti dies, ac pro reliquis horis octoginta dies. *Proceſſiones.* Item ſequentibus proceſsiones ac miſſas deuotè celebrantibus tàm in feſto quàm in octauarum *Miſſæ.* diebus pro pace ac tranquillitate eccleſiæ ac ſacramẽtũ *Cõicare.* in feſto huiuſmodi ſumentibus cõcedũtur ducenti dies indulgentiæ. Et hoc vltra indulgentias ſuprapoſitas & conceſſas per conſilium Baſilienſe.§.1.

Particularis pro regnis caſtellæ. Ivlivs.2. cõceſsit omnibus Chriſti fidelibus verè pœnitentibus & confeſsis in regno caſtellæ conſtitutis qui imaginẽ beatæ Mariæ virginis & eius filij (quã moniales ordinis ſanctæ Conceptionis in ſcapulario & homines in pectore deferre cõſueuerũt) detulerint & nomes ſalutationẽ angelicã deuotè recitauerint ſimiles & prorſus eaſdem indulgentias cõſequantur, quas cõſequerentur & conſequi poſſent ſi decies ſalutationem

angelicam in honorem decem virtutum eiuſdem beatę Mariæ virginis recitarent b. ffFo. 8 9. conce. 254.

Aduerte quod indulgẽtiæ de decem Aue Maria tempore huius conceſſionis erant decem millium dierum, & ideo de huiuſmodi intellexit hic papa & non de alia cõceſſione decem millium annorum quam fecit poſtea Leo 10 prout aliqui malè intelligunt. *Collector.*

Aduertendum eſt etiam quod ad lucrandum præfatas indulgentias non oportet recipere ab aliquo inſignia nec illa deferre ſicut pro lucrandis indulgentiis de decem Aue Maria, licet aliqui aliter opinentur.

Leo conceſſit quod viri deferentes imaginẽ cõceptionis beatę virginis & mulieres ſcapularium eiuſdem ordinis cum prædicta imagine eaſdem gratias obtineant & conſequantur quas conſequuntur & conſequi poſſunt deferentes cordam fratrum mi. & corrigiã S. Auguſtini. O. ffo. 61. conce. 188. 4

Idem Leo conceſſit intuitu immaculatæ cõceptionis beatæ virginis nonnullas alias indulgentias & magnas valde. Sed quia iſtę ſunt pro fratribus mi. & monialibus & aliis religioſis qui eorum priuilegiis gaudent & non pro ſecularibus, ideo non ponuntur hic, Habẽtur tamẽ ſupra in dictione Indulgentiæ plenariæ quo ad fratres. §. 18. & 19. 5 *Indulgentiæ plenariæ.*

INDVLG. QVÆDAM ETIAM PRO ſecularibus obtente à quibuſdam fratribus mi. 8.

CALIXTVS. 3. conceſſit plenariã indulgentiã pro patribus & matribus oĩum fratrũ mi. præſentiũ & futurorum etiã defunctorum in purgatorio exiſtẽtibus. o. ffo. 65. conce. 90. Et ffo. 101. conceſſione. 397. 1 ✠ *Pro parẽtibus fratrum*

Aduertendum eſt ꝙ poſt conceſſionem ſupraſcriptã poſita ſunt ibidem immediatè ſequentia verba, Et ſic quilibet pater & mater fratris mino. poteſt in articulo mortis eligere confeſſorem idoneum qui eum abſoluat plenariè à culpa & pœna de omnibus peccatis ſuis, hæc ibi ad literam. Circa quæ quidẽ oportet aduertere quod vt patet ex tenore ipſorum non fuerunt nec ſunt ver- *Collector.*

ba de corpore conceſſionis:ſed potius bene intuenti apparebit: quod ſint addita velut gloſa declaratiua ab aliquo fratre modicũ ſcienti. Si enim prædicta clauſula eſſet de corpore cõceſſionis, non diceretur in principio

Nota. eius. Et ſic &c. ſed vt ſic &c. poſſit &c. Quod autẽ q̃ præfatã clauſulã addidit: fuerit indoctus: patet ex hoc: quia pro eodẽ ſumpſit indulgentiam plenariã: & abſolutionẽ plenariã à pena & culpa, quæ tamen ſunt valde diuerſa, nam indulgentia plenaria ſecundũ doctores ſolũmodo refertur ad penã: & non ad culpã, eſt enim indulgentia quædã remiſſio penæ debitæ pro peccato poſt contritionẽ habitã de ipſo, vt colligitur extra de pœnitent. & remiſſion. ca. Quod autẽ. Vel indulgentia eſt penæ relaxatio quã quis iuſtè pro culpis propriis facere debuiſſet: de theſauro eccleſiæ ad diuinã iuſtitiã perſoluendam ſumpta.

2 *Pro recitãtibus pſalterium ſeu roſarium beatæ virginis.*

SIXTVS. 4. vniuerſis & ſingulis Chriſti fidelibus dicentibus qualibet die ad honorẽ Dei & beatiſſimæ virginis Mariæ toties angelicã ſalutationẽ quod ſunt pſal. in pſalterio Dauidico: videlicet centies: & quinquageſies: præponendo orationẽ dominicã ſingulis decẽ ſalutationibus angelicis conceſſit pro qualibet vice: qua ſicut dictum eſt orauerint pro qualibet quinquana prædictarũ quinque annos: & totidẽ quadragenas indulgẽtiæ. b. ffo. 135. conce. 299.

Collector. Aduerte quod ſupraſcripta indulgentia pſalterij beatæ virginis eſt eadẽ quã fratres ordinis prædicatorũ publicant, & de qua faciunt confraternitatem ſub nomine

Nota. roſarij eiuſdẽ beatæ virginis, Attamen vt patet ex literis Sixti non fuit conceſſa ad inſtantiã huiuſmodi fratrũ, ſed ducis & duciſſe Britanniæ qui impetrauerunt hanc indulgentiã pro omnibus fidelibus. Nec oportet ad lucrandum præfatã indulgentiã vt recipiatur quis in confraternitatem ſupra nominatã roſarij, prout aliqui opinantur.

3 ALEXANDER. 6. conceſſit dicentibus coronã virginis cũ genuflexionibus conſuetis illas indulgentias quas habent dicẽtes orationes pietatis cũ oratione dominica & Salue regina. o. ffo. 99. conce 372.

Leo.10.ad inſtantiā cuiuſdā fratris mi. innouauit indulgentiā verſuū qui dici ſolent coram imagine pietatis, quā indulgentiā populorū fides tenet à ſancto Gregorio fuiſſe conceſſam. Et caſu quo non eſſet illā de nouo conceſſit, addidit etiā ſequentē verſum. O domine Ieſu Chriſte adoro te ad iudicium progredientē, iuſtos ad paradiſum vocantē peccatoreſque dānantē, deprecor te vt tua paſſio liberet nos ab illis penis. Amen.o. ffo.91.conce.264. 4 *De verſibus S. Gregorij.*

Aduerte quod in hac conceſſione non fuit expreſſum quanta ſit huiuſmodi indulgentia, nec additum eſt aliquid à præfato Leone, prout aliqui falſo publicant & aſſerunt, ſed ſolum conceſſit de nouo quicquid erat cōceſſum ſine vlteriori explicatione, Et ego qui hoc collegi ſcio ita eſſe: quia vidi & legi cōceſſionē prædictam in regiſtro quod habetur Romæ in ſacro conuentu de Ara cœli. *Collector.*

Idē Leo ad inſtantiā cuiuſdā fratris mi. cōceſſit quod oēs tā fratres quā ſeculares dicētes. 15. Pater noſter cū totidē Aue Maria pro exiſtentibus in peccato mortali in qualibet vice conſequantur remiſſionē tertiæ partis ſuorum peccatorū, quia hoc eſt opus maximè charitatis.o.ffo.94.conce.300. 5 *Pro exiſtentibus in peccato mortali.*

Aduerte inſuper quod quidā frater ordi.mi. impetrauit à Sixto.4. vt qui vadunt ſimpliciter ad lucrandas indulgentias ſuſpenſas credentes illas eſſe plenarias: quāuis eſſent ſuſpenſæ non ſint excōmunicati ſed ſolū rectores & prædicatores earū, Hoc habetur in quadam tabula antiqua priuilegiorum dicti ordinis per quendā patrem cōmiſſarium Romanum compilatam. *Collector.*

INDVL. QVAE CONCEDI POSSVNT ab aliquibus fratribus ſignatis ordinis mi. deuotis quibuſlibet perſonis.9.

Aduertendum eſt quod Leo. 10. cuidā reuerendo patri fratri Gilberto Nicolai alias de Aue Maria nuncupato vulgariter, qui officium generalatus fratrum min. citramontanorum exercuit bina vice, conceſſit, *Collector.*

vt ipſe & aliæ perſonæ relig oſæ quibus ipſe committeret poſſent concedere perſonis deuotis infraſcriptas indulgẽtias b.ffo.90.conce.263. Et virtute huius auctoritatis præfatus reuerendus pater in capitulo generali quod tenuit Antuerpiæ.anno dñi.1514.communicauit prædictam facultatẽ omnibus prouincialibus & cuſtodibus ac diſcretis qui ibidem aderant, vt habetur ſub autentico.B.ffo.63 conce.204.in fine.

1 *De indulgẽtiis decẽ aue Maria.* PRIMA conceſſio fuit Iulij ſecũdi quã referẽs Leo 10.& amplians conceſſit vt perſonæ quicunque quibus decem inſignia recitandi Aue Maria dederint præfati fratres ſignati,& quæ inſignia huiuſmodi detulerint ac ſingulis vicibus decies ſalutationem angelicam in honorem gaudiorum & virtutũ beatæ Mariæ recitauerint nõ ſolum decem millia dierum (prout conceſſerat præfatus Iulius) ſed etiam decem millia annorum indulgentiæ valeant promereri.b.ffo.63.conce.204.

Collector. Aduertendum eſt quod in quodam alio breui Leonis vbi fit mẽtio de prædicta cõceſſione dicitur, quod præfata decem aue Maria debent dici ſemel in die præmittendo vnũ Pater noſter pro papa & felici ſtatu S.eccleſię,& adduntur ibidem centum dies indulgentię.b.fffo.89.conce.256.

2 *De indulgẽtiis coronæ beatæ virginis.* SECVNDA conceſſio fuit etiam prædicti Iulij.2. quam referens &amplians Leo.10.cõceſſit quod ſingulæ perſonæ quibus ſeptuaginta duo inſignia recitandi aue Maria dederint prędicti fratres ſignati, & quæ illa inſignia detulerint ac 70 duabus vicibus ſalutationem angelicam in memoriã ſeptuaginta duorum annorum quibus ipſa virgo Maria in hoc ſeculo credit vixiſſe deuotę recitauerint nõ ſolũ.72.millia dierum (prout præfatus Iulius conceſſerat) ſed etiam centũ annorũ de vera indulgen.conſequantur.b fffo.63.conce.204.

Collector. *Nota.* Aduertẽdum eſt circa conceſſiones ſupradictas quod Leo decimus in quodam breui directo præfato reuerẽdo patri fratri Gilberto ſeu de Aue Maria nũcupato voluit & ordinauit, quod huiuſmodi gratia nõ paſſim: ſed moderatè: ac perſonis promerẽtibus & dignis tribueretur. Ne præfata gratia quæ piè in ſalutem animarum

eſt conceſſa propter illius affluentiam & indifferentem conceſſionem in interitum(quod abſit)earundem vergat animarum.b fffo,90.conce.263.

Tartia cōceſſio eſt prædicti Leonis qua cōcedit, quod perſonæ prædictæ dicēdo ſemel in die quinquies Pater noſter cum totidem Aue Maria in honorē quinq; plagarum Chriſti & quinque præcipuorum doloriū virginis Mariæ conſequantur ſimiliter indulgentiam quæ ſupra de decē aue Maria eſt conceſſa.b.fffo.89.cō 258. 3 *De indulgen 5. pater noſter & tot aue maria.*

Vltra præfatas conceſſiones indulgentiarum in literis apoſtolicis ſuperius allegatis contentas ſunt nonnullæ aliæ indulgentiæ obtente à prædicto reuerendo patre fratre Gilberto alias de Aue Maria nuncupato quas indulgentias poſſunt concedere quibuſlibet deuotis ſecularibus illi fratres qui habuerint eius vices quo ad hoc,iſtas autem indulgētias ego qui hanc collectionem feci vidi ſubſcriptas manu propria prædicti reuerendi patris in quadam cedula commiſſionis quā fecit cuidam fratri ſub ſequētibus verbis. Ego frater.G.maria non ſolum concedo tibi fratri.N.infraſcriptas indulgentias pro te verum etiam facultatem tibi impartior, vt & tu aliis perſonis deuotis vtriuſque ſexus eaſdē cōferre valeas,In cuius conceſſionis fidum teſtimonium præſentes ſigno meo ac ſigillo feci muniri hac.26.Iunij.1523. *Collector.*

In præfata autem cōmiſſione erāt prius poſitæ cōceſſiones ſupraſcriptæ ac ſuperadditæ que ſequuntur.

Dicentibus duodecim aue Maria præmittendo vnū Pater noſter in honorē duodecim excellentiarum virginis Mariæ datæ ſunt indulgentiæ duodecim millium annorum. 4

Dicentibus vnum Aue Maria quādo audiunt pulſum ad horas canonicas qui fit ſepties in die dantur ſeptem millia dierum indulgen. 5

Dicētibus pro qualibet hora diei naturalis vnum aue Maria dantur mille dies indulgentiæ,Et ſunt in ſumma pro omnibus.24.horis diei & noctis.24.millia dierum indulgentiæ. 6

Aduertendum eſt tamen circa iſtas tres vltimas con- *Collector.*

ceſſiones indulgen. quod non poſſunt illas concedere quibuslibet perſonis niſi illi fratres quibus prefatus dominus pater (Poſtquã illas obtinuit) ſpecialiter cõmiſit vel cõmiſerit. Fuerunt autẽ obtente huiuſmodi indulgentiæ poſt capitulũ generale ſupra nominatũ, vbi omnibus prouincialibus & vocalibus: qui ibi aderant cõmiſit facultatẽ quã tunc habebat. Et ideo præfati patres nõ poterunt virtute illius cõmiſſionis concedere aliquibus prædictas tres vltimas conceſſiones, nec etiã poterunt hoc facere illi: qui poſt impetrationẽ illarũ non habuerunt cõmiſſionem plenariã quo ad hæc à præfato Patre Reuerendo de aue Maria, & multominus hoc poterunt qui habent illius commiſſionẽ præciſè quo ad indulgẽtias de decem Aue maria.

Collector. Aduertendum eſt inſuper pro concluſione materiæ iſtarũ indulgentiarum, quod ſolum pro duabus primis conceſſionibus. ſ. de decem Aue maria: & de. 72. requiritur receptio inſigniarum ab habente authoritatem: & delatio illarum: prout in prædictis conceſſionibus expreſſè continetur: non tamen eſt neceſſaria aliqua benedictio inſigniarum huiuſmodi, quia in literis apoſtolicis ſuperius allegatis non ſit de hoc aliqua mentio, quamuis ſit bona cerimonia, Debet tamen circa prædictas duas conceſſiones ſtrictè obſeruari id quod Leo. 10. ſtatuit: & præcepit. ſ. quod non paſſim & indifferenter: ſed moderatè: ac perſonis dignis tribuantur, vt habetur ſupra poſt ſecundam conceſſionem. Pro reliquis vero conceſſionibus non oportet quod concedens det aliqua inſignia: nec quod ab his quibus cõceduntur: deferantur, licet aliter nonnulli abſque fundamento arbitrati ſint. Et hæc de indulgentiis quæ in priuilegiis fratrum continentur dixiſſe ſit ſatis.

INFIRMI FRATRES.

Collector. Quãuis oẽs cõceſſiones: quæ reſpectu fratrũ infirmãtiũ factæ repiũtur: ſub variis dictionibus huius cõpẽdij (velut in ſuis ꝓpriis locis) ponãtur tamẽ ne huiuſmodi frẽs grauẽtur in q̃rendis quæ ad ipſos attinẽt viſum eſt

ponere hic oĩa illa inſimul adunata prout ſequuntur.

MARTINVS.5.Eugenius.4.Nicolaus.5.Calixt⁹. 1
3 Pius.2.ac Sixtus.4.conceſſerunt oĩbus fratr. *Indulgen-*
mi.de obſer.indulgentiã plenariã in articulo mortis. Et *tia plena-*
quod ſi occurrerit caſus quod non poſſint confiteri etiã *ria.*
tunc conſequantur prædictam indulgentiam ſi ſunt in ✠
ſtatu gratiæ. b ſſo.71.conce.185.

SIXTVS.4.cõceſſit quod fra.mi.nõ potentes ieiuna- 2
re bono modo propter infirmitatem vel debilitatem *Ieiuniũ.*
non teneantur.o.fo.62.Et ſſo.66.conce.99.

INNOCENTIVS 8.conceſſit vt fratres infirmi in 3
ſuis infirmariis & cellis &etiã lectulis (quando cõmode *Station.*
aliter dicere non poſſunt) valeant promereri indulgẽ- *Indulgẽ.*
tias ſtationũ & alias nobis conceſſas in noſtris eccleſiis
dicendo quinquies Pater noſter & Aue maria pro intẽ-
tione & propoſito illius indulgentię.o.fo.65.Et.ſſo.69.
conce.160.Et ſſſo.100.conce.390.

Idẽ Innocentius fecit quandã cõceſsionẽ pro monia- 4
libus infirmis quæ habetur infra in dictione Ingredi *Pro moni.*
monaſteria monialium.§.19.

LEO.10.cõceſsit ꝙ fratres infirmi ac ſenes in decre- 5
pita ætate conſtituti poſsint lucrari indulgentias con- *Indulgẽ-*
ceſſas dicentibus coronas domini noſtri Ieſu Chriſti & *tiæ coro-*
matris ſuæ dicendo vnum pſalmum vel hymnum bea- *narum.*
tę virginis aut domini noſtri.quia tales nõ ſemper poſ-
ſunt dicere tot.O.ſſſo.60.conce.181.

Idẽ Leo qa fuit ſibi expoſitũ ꝙ aliqui fratres ſcrupu- 6
loſi (qñ ſunt infirmi) ferè nũquã poſſunt nec ſciũt deter-
minare qñ licitę pñt dimittere dicere horas canonicas
cõceſsit ꝙ ſiue ꝓpter febrẽ aut dolorem intenſum vel *Officium*
aliã infirmitatem fratres fuerint grauati ſatisfaciant di *diuinum.*
cendo pro horis canonicis.pſal.hymnos. Pater noſter.
Aue maria vel alia iudicio prælati ſeu præſidẽtis loci
aut cõuentus aſsignanda, Et hoc quando medicus cor-
poralis (ſi cõmodè potuerit haberi) dixerit eſſe noci- 7
uum infirmo.O.ſſſo.59.conce.171. *Pro mo-*

Idem Leo fecit aliam cõceſsionem pertinentem ad *nialibus*
moniales infirmas, quæ ponitur infra in dictione Ingre *infirmis.*
di monaſteria monialium.§.vltimo.

Diſtinctio materiæ infraſcriptæ.

Collector. Circa materiam inferius annotatam eſt aduertēdum quod in ea continentur tria diuerſa.

Primũ attinet ad prohibitionem ingreſſus monaſteriorũ monialium,& de hoc habetur in omnibus.§.vbi in margine poſita eſt hæc dictio Prohibitio.

Alterum pertinet ad licentiam requiſitam pro huiuſmodi ingreſſu de hoc autem reperietur vbicunq; infra ponitur in marginibus hæc dictio Licentia.

Reliquum concernit abſolutionē cenſurarum incurſarum propter ingreſſum præfatũ abſque debita licētia, Iſtud vero continetur infra § 16. &.17. & in dictione Abſolutio quo ad ſeculares.2.in §.8.&.9.

1 *Prohibitio p fra.* GREGORIVS.9.in declaratione regulæ frat. mi. ſuper illud præcipio firmiter fratrib⁹ vniuerſis ne ingrediantur monaſteria monacharum præter &c. declarauit hoc generaliter eſſe prohibitum de quarũlibet cœnobiis monialium,cum regula nullum excipiat, Et nomine monaſterij voluit clauſtrum domos & officinas interiores intelligi.b.fo.11.tractatu.3. Et ffo. 2.tractatu.2.

2 *Prohibitio p omnibus Christia.* Idem Gregorius.9.decreuit,vt ab vniuerſis & ſingulis chriſti fidelibus inuiolabiliter obſeruetur ne monaſteria.S.Claræ intrent niſi in caſibus expreſſis in earum regula,& quod qui contrarium præſumpſerint excommunicationis ſētētiam incurrant.B.fo.48. Et ffo.132. conce.296.

3 *Licētia p fratribus.* Idem Gregorius.9.conceſſit, vt fratres mi.deputati obſequiis monaſteriorum monialium S.Claræ habeant liberam ingrediendi facultatem pro exercendo monaſteriorum ipſorum operæ vel illis conſeruandis ab incendio ſeu à latronibus defendendis aut confeſſor ipſarum cum fratre clerico maturo moribus & ætate pro audiendis confeſſionibus earum & extrema vnctione & aliis ſacramentis eccleſiaſticis exhibendis eiſdē infirmitate cogente ac pro ſepeliendis corporibus decedentium ſororum ſecundum formã quæ in ipſarum regula continetur.B fo.48.Et ffo.131.conce.295.

4 *Prohibitio pro fratr.* INNOCENTIVS.4.in declaratione prefatæ regu-

lę fratrum mi. exponēdo verba prædicta dicit, Ingreſſum in monaſteria tantūmodo monialium inclutarum ordinis ſancti Damiani ſeu ſanctæ Claræ prohibitum fore fratribus, ad quæ nemini licet ingredi niſi ea ſede apoſtolica facultas ſuper hoc ſpecialiter tribuatur, & nomine monaſterij clauſtium domos & officinas interiores voluit comprehendi, Ad aliarum vero cœnobia monialiū dicit quod poſſunt ſicut & alij religioſi ad prædicandum ſeu petendum eleemoſynam aut pro alijs honeſtis & rationabilibus cauſis accedere ac intrare quibus à ſuperioribus ſuis pro ſua fuerit maturitate vel idoneitate conceſſum. B. fo. 3. Et. b. ffo. 4. tractatu. 2. *Licentia fratribus.*

Aduerte & caue ne vtaris huiuſmodi conceſſione quia parum poſtea fuit reuocata, vt patet infra. §. 7. *Collector.*

5 ALEXANDER. 4. in declaratione quam fecit ſuper præfatam regulam fratrum minor. poſuit ad literam clauſulam immediatè præcedentem conceſſionis ſeu declarationis Innocentij. 4. & habetur vbi ſupra. ffo. 5. tractatu. 2.

Attamen caue ne vtaris ipſa, quia reuocata eſt vt infra ponitur. §. 7. *Collector.*

6 VRBANVS. 4. in regula quam fecit pro monialibus S. Claræ ſtatuit multas circa huiuſmodi ingreſſum rubricas. 18. dicens ſic. De ingreſſu perſonarum in monaſterium firmiter ac diſtrictè præcipimus, vt nulla vnquam abbatiſſa vel eius ſorores aliquam perſonam religioſam ſeu ſecularem aut cuiuſlibet dignitatis in monaſterij clauſuram intrinſecam intrare permittant, Nec omnino alicui liceat niſi quibus conceſſum à ſede apoſtolica fuerit vel à cardinali cui fuerit ſororum ordo commiſſus. *Prohibitio generalis.*

Excipiuntur autem à dicta ingrediendi lege medicus cauſa multum grauis infirmitatis & minutor cum neceſſitas exegerit, qui non abſque duobus ſociis de familia monaſterij introducantur, nec ab inuicem intra monaſterium ſeparentur, Necnon & illi quos occaſione incendij vel ruinæ ſeu alterius periculi vel diſpendij ſeu pro tuendis à violentia quorumlibet monaſterio *Licentia. Caſus in quib⁹ pōt. ingredi ad monaſte. monia.*

vel perſonis aut pro aliquo opere exercendo quod cōmodè extra monaſterium fieri non poteſt neceſsitas exegerit introire, Qui omnes expedito ſuo miniſterio vel imminenti neceſsitati per ipſos ſatisfacto exeant ſine mora, Nulli autem perſonę extraneę intra monaſterij clauſuram liceat comedere vel dormire.

Pro cardinalibus. Sed & ſi quis de S. Eccleſiæ cardinalibus ad aliquod monaſterium huiuſmodi religionis aliquando venerit, & intra clauſtrum voluerit ingredi, cum reuerentia quidem & deuotione ſuſcipiatur, ſed rogetur vt cum paucis ſociis debeat introire.

Pro generali mi. Liceat quoque generali miniſtro ordinis fratrū min. quando ibidem voluerit celebrare vel proponere ſororibus verbum Dei cum quatuor vel quinque fratribus ipſius ordinis intra clauſuram ingredi monaſterij, ſi quando ei videbitur expedire.

Pro platis inferio. Alius autē prælatus (cui aliquādo fortè de licētia ſedis apoſtolicę vel dicti cardinalis ītrare licuerit) duobus vel tribus tantum religioſis & honeſtis ſociis ſit contentus.

Pro epiſcopis. Quod ſi fortè pro conſecratione vel benedictione ſororum vel in alio modo conceſſum fuerit epiſcopo alicui miſſam interius celebrare aliquando, quā paucioribus & honeſtioribus potuerit ſociis ſit cōtentus & miniſtris. Et hoc quoq; ipſum alicui rarius concedatur.

Nulla tamen omnino loquatur cum aliqua perſona de ingreſsis, niſi modo prædicto ſiue infirma fuerit ſiue ſana.

Illud ſanè præcipuum caueatur, vt ij quibus aliquando conceſſum fuerit ſolummodo vel data licentia in monaſterium ingredi non aliter admittantur niſi abbatiſſæ & ſororibus viſum fuerit expedire, cum ex huiuſmodi conceſsionibus vel licentiis abbatiſſa vel ſorores eos admittere non cogantur, & vt ſint tales de quorum verbis & moribus necnon vita & habitu ædificati valeant intuentes, & materia iuſti ſcandali exinde nequeat generari.

Licentia. Super conceſsione vero vel licentia ingreſſus huiuſmodi ad omne ambiguum remouēdum apoſtolici apices vel cardinalis patentes literæ oſtendātur. b. fo. 288.

tracta 3 Et ffo.317.rubrica.18.tracta.2.

Idē Vrbanus ſtatuit, vt qñ aliqua ſoror ſeu monialis S.Claræ tāta fuerit corporis infirmitate detēta ꝙ ad los cutorium cōmodè venire non poſsit, & neceſsitatē habuerit cōfiteri vel Dñi nr̄i corporis ſeu alia recipere ſacramenta, exhibiturus hmōi ſacr̄a. ſ. cōfeſſor aut p̄latus alba & ſtola & manipulo cū duobus idoneis & religioſis ſociis vel vno ad minus alba vel ſaltē ſuppellicio veſtitis ingrediātur ac morētur induti, & audita cōfeſsione vel alio tradito ſacr̄o ſicut ingreſsi fuerint ſic egrediātur induti. Nec morā ibi faciāt lōgiorē. Caueāt ēt vt quādiu intra monaſterium fuerint nullatenus abinuicē ſeparētur, quin ſemper mutuo poſsint liberè ſe videre, ſic quoque ſe habeant in animæ commendatione. 7 *Pro monialibus infirmis.* *Licētia ingrediendi pro cōfeſſore.*

Statuit ſiſi ꝙ ad exeqas circa ſepulturā agēdas ſacerdos nō ingrediatur clauſtrū, ſed exterius in capella qđ ad officiū pertinet exequatur, niſi forè abbatiſſę & cōuētui viſum fuerit quod ad exequias debeat introire, & tunc modo ſupradicto cum ſociis intret indutus, & ſepulta mortua cū eis exeat ſine mora. Voluit etiā ꝙ ſi neceſſe fuerit vt ingrediātur aliq ad fodiendā vel aperiendā ſepulturā ſeu poſtmodū coaptādā, & abbatiſſe & conuentui viſum fuerit hoc expediēs ꝓpter imbecillitatē ſororum ſit ſacerdoti vel alicui alij ad hoc idoneo & honeſto cum vno ſocio vel duobus licitum introire. b. ſo. 285. in tractatu. 3. Et ffo. 295. tractatu. 2. *Pro exequiis agēdis.*

Nicolavs. 3. in ſua declaratione ſolēni incipiēte Exiit qui ſeminat exponendo p̄dictū paſſum regulæ fratrū mi. declarauit ſicut Gregorius. 9. generaliter eſſe ꝓhibitum de quarūlibet cœnobiis monialiū, & nomine monaſterij clauſtrū domos & officiuas interiores intelligi, ac decreuit vt in prædicto articulo & in aliis quos cōſtitutio ſeu declaratio ſua cōtinet quāquā aliqui prędeceſſores ſui aliter declarauerunt declarationem ſeu ordinationem ſuam tantum à fratribus min. præciſe ac inuiolabiliter perpetuis temporibus obſeruandam. B. ſo. 10. Et ffo. 11. in tractatu. 2. 8 *Prohibitio ꝓ fratrib.*

Bonifacivs. 8. conceſsit ꝙ fratres mino. inuitati à prælatis eccleſiaſticis poſsint vna cū ipſis in ſuis 9 *Licentia ꝓ fratribus.*

dioceſibus monaſteria & loca monialium cuiuſlibet ordinis liberè ingredi ad viſitationis officium impendendum,& ad defunctorum celebrandas exequias & ad proceſſiones generales & prædicationes faciendas ac confeſſiones infirmarum audiendas.b.fo.36. Et ffo. 33.conce 36.

Collector. Circa præfatam conceſſionem vide etiam conceſſionem Leonis quæ habetur infra in.§.26,

10 *Prohibitio & licētia ꝑ omnibus Chriſtia.* MARTINVS.5.decreuit quod nulli omnino hominum tam regularium quam ſecularium cuiuſcunq; gradus preeminentiæ dignitatis excellentiæ nobilitatis & conditionis fuerit (exceptis illis de quibus in regula ſanctæ Claræ per Vrbanum editam & in conſtitutionibus Benedicti.11.fit mentio)prætextu cuiuſlibet licētiæ ſibi deſuper quauis authoritate conceſſæ liceat monaſteria ſororum & monialium.S.Claræ ſeu aliquod ex eis ingredi, Nec etiā protectori,aut generali miniſtro ordinis mino. pro tempore exiſtentibus ſeu prouincialibus miniſtris & quibuſcunque viſitatoribus licentiam ſuper ingreſſu huiuſmodi(inconſulto Romano pontifice)concedere liceat quoquomodo.b. fo.38. Et ffo. 36.conce.41. *Nota.*

Collector. Aduerte quod in vltima clauſula præcedenti vult dicere Martinus,quod licet in regula S.Claræ vrbaniſtarū cōceſſum eſſet quod protector ordinis poſſet dare licētiam intrandi monaſteria prædictæ S. Claræ aliis fratribus tamen quod de cætero nec protector nec generalis miniſter nec multominus prouinciales & viſitatores poſſint dare licentiam intrandi prædicta monaſteria alicui perſonæ cuiuſcunque dignitatis fuerit ſine licentia ſedis apoſtolicæ. *De protectore ordinis.*

Vide circa hoc in dictione Miniſtri prouinciales.§.7. & in dictione Protector ordinis.§.6.

11 *Prohibitio ꝑ omnibus chriſtia. Excōmunicatio.* EVGENIVS.4. præcepit omnibus & ſingulis tam clericis quā religioſis & ſecularibus perſonis cuiuſcūq; conditionis gradus preeminentiæ vel dignitatis exiſtāt ſub pena excommunicationis quā tranſgredientes ipſo facto incurrant,& à qua niſi à Romano pontifice poſſint abſolui præterquam in articulo mortis conſtituti

quatenus

quatenus monaſteria.ſ.Claræ:nec aliquod ipſorum ingredi præſumant:præter formã regulæ ipſarum:& prouiſionum apoſtolicarum ſuper hoc ſpecialiter editarũ. b.fo.42.Et ffo.39.conce.44.

Idem Eugenius vt difficilius pateret ingreſſus ad monaſteria monialiũ ſtatuit,quod ſicut Abbatiſſæ : & aliæ ſorores ad hoc deputatæ tenent claues: quibus ad intra portæ monaſteriorum prædicatorum claudãtur,ſic per confeſſores: aut alias honeſtas perſonas per generales aut prouinciales deputandas ex parte exteriori teneantur:& conſeruentur.B.fo 42.Et ffo 39.conce.44. 12 *Clauſura.*

Idẽ Eugenius ordinauit,ꝙ in omnibus tertij ordinis ſororum & monialium collegiis fratres min. in acceſſu & ingreſſu ſic ſe habeant, ſicut obſeruatur in monaſteriis ſanctæ Claræ.b.fo.46.Et ffo.42.conce 47. 13 *Prohibitio pro tertiariis.*

Circa huiuſmodi ſtatutum : ſeu ordinationem ſunt duo aduertenda & mente tenenda,quia ob inaduertentiam:aut obliuionem ipſorum:aliqui fratres minus rectè quandoque ſe habent. *Collectio.*

Primum eſt,quod tertiarias nominat inſimul ſorores & moniales , & hoc pro tanto dico eſſe ponderandum quia aliqui arbitrati ſunt huiuſmodi tertiarias non eſſe intelligendas nomine monialium,propter quod in aliquibus partibus nominant eas bizochas: & in aliis beatas.Contra quos tamen (vltra verba expreſſa ſupra poſita) facit ſtylus curiæ cõmunis,qui non curans de rigore nominum:ſæpe appellat indifferenter collegia perſonarum religioſarum:monaſteria,licet non ſint monachorum: vel monacharum propriè dictorum , ac ſimiliter omnes fœminas collegialiter viuentes nominat frequẽter moniales , quanuis non ſint ordinum monachaliũ, & hoc idem patet ex regula. ſ. Claræ, vbi moniales ſæpiſſimè appellantur ſorores.

Alterum aduertendũ eſt , quod in ſupradicta conceſſione ſpecialiter loquitur de fratribus mi. duntaxat, & non ſicut in præcedẽti de omnibus fidelibus, ex quo ſequitur friuolam & nullius momẽti fore rationẽ : quam nonnulli allegant:dicẽdo quod ex quo non mõnaſteria tertiariarum non incluſarum intrant perſonæ ſecu-

lares: quare non poterunt ſimiliter intrare huiuſmodi fratres? Et cui prædicta non ſuffecerint: videat expoſitionem ſancti Bonauenturæ ſuper hoc in declaratione quam fecit, qui ſtrictius circa hoc loquitur.

14 *Pro Epiſcopis.* Idem Eugenius cõceſſit: quod de licẽtia generalis aut prouincialium miniſtrorum poſſint Epiſcopi intrare in monaſteria monialiũ cauſa conſecrationis eccleſiæ: vel altaris, aut pro benedicendo cemiteria: vel ſorores.

Collector. Suprascriptã conceſſionem reperi in quadam tabula priuilegiorum per quẽdam patrem commiſſarium Romanum ordinatam. Et ponit in fine, Eugenius in breui quod incipit Cupientes. Sed hoc breue non reperitur in libris impreſſis priuilegiorum hîc allegatis.

15 *Licẽtia pro famulatri-bus monialium.* NICOLAVS.5. cõceſſit omnibus & ſingulis mulieribus ſeruientibus monialibus ſanctæ Claræ: aut pro eis eleemoſynas quærentibus, vt quotieſcunque pro parte Abbatiſſarum requiſitæ fuerint earũ monaſteria (cũ cõſilio diſcretarũ) intrare valeãt, ac pro aliquãdo etiã in præcipuis feſtiuitatibus pro ipſarũ cõſolatione cũ ipſis monialibus comedere poſſint, licentia tamẽ prius per eas deſuper à prouinciali obtẽta b fo.49. Et ffo.43.con.48.

16 *Abſolutio.* SIXTVS.4. declarauit quòd mulieres ingredientes monaſteria ſanctæ Claræ: & ſancti Dominici nõ teneãtur ire ad curiã Romanã pro abſolutiõe ab excõmunicatione, ſed eas poſſint abſoluere fratres minor confeſſores, etiã ſi tales mulieres ingrederentur mala intẽtione o.fo.62. Et ffo.68. conce.160. Et ffo.96.conce.330.

17 *Abſolutio.* Idem Sixtus fecit aliam conceſsionem latiorem quã ſupraſcripta immediatè: quæ habetur in dictione Abſolutio quo ad ſeculares.2.in.§.9. Vide ibi.

18 *Licentia pro laborato.* Idem Sixtus conceſsit quod ſeculares laborantes in monaſteriis ſanctæ Claræ: ac aliarũ monialium poſsint ibi comedere in loco honeſto.o.fo.63. Et ffo.67.cõ.120.

19 *Licentia pro medico.* Idem Sixtus cõceſsit quòd ſorores ſanctæ Claræ non teneãt intromittere aliquẽ de ſeruitoribus ſuis: quando medicus intrat clauſuram, ſed ſufficiat quod à tribus vel quatuor monialibus de antiquioribus aſſocietur. o. fo. 63. Et ffo.67.conce.321. Et ffo.96.conce.331.

20 INNOCENTIVS.8. conceſsit quod cõfeſſores mo

nialium poſsint intrare monaſteria illarum tempore peſtis ad celebrandum miſſam & audiendum confeſsiones illarum quæ ſeruiunt peſtilentiatis, quia ſtant ſeparate ab aliis.o.ffo.99 conce.365. *Licentia confeſſori. monia. S. Claræ.*

Alexander. 6. cum cōceſsiſſet generali & prouincialibus miniſtris & cuſtodibus: vt de conſilio aliquorum fratrum poſſent deputare monialibus ſeu ſororibus tertij ordinis confeſſores presbyteros ſeculares ſeu aliorum ordinum regulares, quibus cōfiteri: & ab eis Sacramenta Eccleſiaſtica recipere poſſent: ſtatuit vt confeſſores huiuſmodi dictarum ſororum clauſtra ſeu interiores officinas abſque alterius perſonæ bonæ vitæ & famæ ſocietate nullo modo debeant ingredi. b. ffo. 243.conce.269. 21 *Licentia p confeſſori. bus tertij.*

Idem Alexander. 6. conceſsit generali & prouincialibus ordinis min. de obſeruant. & confeſſoribus per eos deputatis, vt monaſteriorum monialiū Sanctæ Claræ: quæ eorum regimini immediatè ſubijciuntur pro adminiſtratione Sacramentorum tempore neceſsitatis & aliis rationabilibus cauſis interdum occurrentibus, prout ſecundum Deum expedire viderint clauſuras interiores ingredi poſsint: Et voluit quod tunc moniales prædictæ portam maiorē aperire licitè valeant. B. ffo. 71. Et ffo. 255.conce. 373. 22 *Licentia p prelatis & confeſſori. monia. S. Claræ.*

Aduertendū eſt quod huiuſmodi conceſsio non permanet iam in ſuo vigore, quia Leo. 10. circa illam ordinauit quod immediatè ſequitur. *Collector.*

Leo. 10. prohibuit ſub æternæ maledictionis interminatione in virtute ſanctæ obedientiæ, ne quis frater confeſſor monialium ſanctæ Claræ aut aliquis alius frater cuiuſcunque præeminentiæ aut officij inter fratres mi. ſit: ad ipſas moniales aut in ipſarum monaſteria ingredi vel intrare præſumat niſi in caſibus in ea ſem regula & inſtitutionibus ipſius ordinis mi. contentis. & quo ad ipſorum monaſteriorum ingreſſum editis. Nec etiam aliæ vtriuſque ſexus ſeculares perſonæ etiam prætextu cuiuſuis indulti etiam confeſsionalium prædictā monaſteria ingredi valeant. B. ffo. 17. cōceſsione quinquaginta & ſex. 23 *Prohibitio & licentia p monaſt. ſ. Clar.*

Prohibitio pro tertiariis. Et ſequitur poſt prædicta in eodem breui: dirigendo verba ad prælatos.ſ generales & prouinciales. Nec ipſi fratres ordinis veſtri ad tertiarias in congregatione viuentes: niſi de licentia & ſpeciali mandato veſtro intrare præſumant. Vos propterea monẽdo: vt nõ paſſim ingreſſum huiuſmodi relaxetis: ſed in capitulis veſtris ꝓuincialibus & generalibus ꝓuide de ſi?ibus & aliis ad obſeruãtiã honeſtatis & cõti?ẽtiæ ſpectãtib⁹ ordinetis.

Collector. Circa præfata verba eſt valdè aduertendum, ne quis decipiatur: ſicut decepti ſunt: qui impetrauit prædictum breue & pontifex qui illud conceſſit credendo ac præſupponendo quod ingreſſus ad monaſteria tertiariarũ non erat prohibitus. Poſita ſunt enim in relatione ſeu ſupplicatione huiuſmodi breuis (poſtquã dictum fuerat de monialibus.ſ. Claræ) ſequentia verba. Et pariter ad tertiarias in congregatione viuentes ad quas accedere licet prohibitum non ſit &c. hoc enim præſuppoſitum eſſe falſum cõſtat tàm ex regula quã ex declarationibus ipſius præſertim ex determinatione Eugenij.4.ſuprapoſita.§.13.ac per conſequens hoc breue eſt ſurreptitiũ & nullius valoris quo ad conceſsionẽ fundatã ſupra præfatam relationẽ, Et ideo indubiè tenendũ eſt, quod nulli fratres mi.etiã ſi ſint prælati queunt magis ingredi monaſteria tertiariarum collegialiter viuentium quãuis nõ ſint incluſa quã monaſteria ſ. Claræ. Nec ſimiliter poſſunt prelati pro talibus monaſteriis aliis perſonis ad ingrediendum licentiã concedere, Ac ꝓpterea illud quod in præfatis literis Leonis dicitur ſcilicet quod in capitulis gener.& ꝓuin. ꝓuideatur de modo intrandi ad tertiarias &c.nil penitus ope? ? qa fundat̃ ſup falſa relatiõe ſ.ꝙ nõ ſit ꝓhibitus ingreſſus ad monaſteria tertiariaꝝ.

Ad cõfirmationẽ p̃dictorũ.ſ.ꝙ monaſteria tertiariarũ debeant iudicari ſicut & monaſteria ſ. Claræ facit quodã ſtatutũ capituli generalis burgenſis ſuprapoſitum in dictione Accedere ad monaſteria monialium ꝓpè ſinẽ.

24 *Licẽtia pro fœminis ſecularibus.* Idem Leo declarauit moniales ſ.Claræ ſub regimine fratrũ mi.de obſe.exiſtẽtes nõ teneri nec obligatas eſſe cõtra voluntatẽ ſuã ingreſſum ad ſua monaſteria pbere aliqbus mulieribus vigore facultatũ apoſtolicarum

prædictis mulieribus per ipſum Leonē in cōfeſſionalibus ad ingrediendum p̄fata monaſteria conceſſarū, Ac ſimiliter cōceſſit p̄dictis monialibus, vt abſq; aliqua rū cēſurarū ſeu penarū incurſu & abſq; aliquo cōſciētiarū ſuarū ſcrupulo eiſdē mulieribus (dū & quoties oportunum & expediens viſum fuerit) ingreſſum in eadē monaſteria licitè denegare valeāt, Et inſuper hortatur moniales huiuſmodi, vt præfatis mulieribus ingrediendi prædicta monaſteria conſenſum quam rarius & parcius fieri poterit concedant B.ſſſo.38.conce.124.

Idē Leo p̄dictā declarationē iterato fecit per eadē verba addens ꝙ etiā vigore aliarum facultatum in confeſſionalibus cōtentarum nō teneātur moniales cōtra voluntatem ſuā ingreſſum præbere aliquibus mulieribus in ſua monaſteria non obſtantibus prædictis facultatibus tam conceſſis quā in poſterum concedendis, quas reuocauit caſſauit & annullauit, ac reuocatas & nullas eſſe decreuit. B.ſſſo.39.conce.125. 25 *Licentia p̄ fœminis ſecularibus.*

Idem Leo conceſſit ꝙ fratres mi. vocati rogati aut inuitati à prælatis eccleſiarū aut à prælatis religioſis vel viſitatoribus habētibus curam aliquorum monaſteriorum monialium ad hoc vt viſitent prædicta monaſteria vel exerceant omnia alia quæ in monaſteriis ſibi ſubiectis exercent, aut ad hoc vt intrent cum ipſis prælatis ſiue viſitatoribus ad videndum officinas & totū monaſterium interius poſſint ſicut poſſunt in monaſteriis ſibi ſubiectis ſiue intra vel extra clauſuram viſitando & alia facienda vel cum ipſis prælatis intrando, non obſtante prohibitione ſuæ regulæ, vel declaratione eiuſdem regulæ, dum tamen prædicti fratres ſi fuerint ſubditi hoc faciant de licentia ſuorum prælatorum. O. ſſſo.61.conce.194. 26 *Licentia p̄ ꝗbus fratribus.* *Viſitatio.*

Idem Leo conceſſit, quod prælati ordinis minor. poſſint dare licentiam ſuis ſubditis intrandi clauſuram monaſteriorum S. Claræ ad faciendum ſermonem de calenda, dum tamen intrantes ſint ſenes, & vitæ exemplaris. O.ſſſo.62.conce.195. 27 *Licentia p̄ prædicato.*

Idem Leo conceſſit, quod quando moniales S. Claræ grauiter infirmantur taliter quod non poſſunt ad cra- 28 *Licentia p̄*

prælatis & cõfeſ moniã ſ cla. Pro monialibus infirmis. tem venire ad audiendum miſſam poſſit illo tẽpore ſacerdos conſeſſor earum vel prælatus ſuperior introire clauſuram infirmariam & monaſterium ad celebrandũ, ne tales moniales remaneant ſine miſſa, dummodo ſacerdos ad nulla alia loca quam ad altare diuertat, nec moretur niſi tanto tempore quanto indiget ad celebrãdum, nec loquatur niſi quantum eſt opus in miſſa. o. ffo. 93. conce. 290.

INQVISIT. HÆRETICÆ PRAVITATIS.

Diſtinctio materiæ inferius annotatę.

Collectio. Circã materiã inquiſitorum hæreticæ prauitatis habentur in priuilegiis fratrũ mi. & aliorum mendicantiũ ea quæ inferius annotantur. Primo ponitur auctoritas generalis miniſtri ſuper fratres qui fuerint inquiſitores ac et ã ſuper alios fratres in hoc caſu, iſtud autẽ cõtinetur in. §. 1. & 2. Secundo ponitur exemptio omnimoda à quibuſlibet inquiſitoribus & præſertim, ne fratres mi. cũm fuerint inquiſitores procedãt contra prædicatores nec econtra, hoc continetur in. §. 3. & 4 & 6. & 7. & 8.

1 *Generalis miniſter.* CLEMENS. 4. conceſſit generali fratrum min. vt fratres eiuſdẽ ordinis qui ad inquirendũ contra hęreticã prauitatẽ ſeu ad alia huiuſmodi negocia fuerint à ſede apoſtolica deputati poſſit liberè & licitè remouere ſeu reuocare & penitus transferre, ac eis vt ſuperſedeãt iniungere alioſque ſubſtituere ſi expedire viderit, & in eos ſi contra venerint, cenſurã eccleſiaſticã exercere, ac *Prouinciales miniſtri.* etiam quod quilibet miniſter prouincialis vel eius vicarius eiuſdẽ ordinis poſſit idipſum facere in ſua prouincia circa fratres ſuos quibus ab eadem ſede ſimiliter contigerit committi, non obſtantibus aliquibus literis vel indulgentiis apoſtolicis impetratis vel in poſterum impetrandis quæ de hoc non fecerint mentionem. b. fo. 57. Et ffo. 141. conceſſione 326.

2. *Pro frat. pdicato & mi nor.* SIXTVS. 4. conceſſit ꝙ generales ordinum prędicatorum & mi. poſſint examinare geſta per fratres inquiſitores ſuorum ordinum & quærelas cõtra illos propoſitas audire ac ſuper illis (quantum eis iuſtum & ęquũ videbitur) ſtatuere & ordinare, & ſi eos in aliquo deli-

quiſſe inuenerint illos iuxta exceſſuum exigentem etiã per eorum ab officio amotionem ac alias corrigere&. punire, dictoſque inquiſitores ſecundum quod æquum & iuſtum aut neceſſarium videbitur (non tamen in vna eademque diœceſi) multiplicare liberè & licitè valeant. B.fo.66. Et ffo.149.conce.366.

Idẽ Sixtus ſtatuit vt fratres inquiſitores ordinis prædicatorum in fratres ord.mi.& ecõtra fratres inquiſitores ordi.mi.in fratres ordin.prædicatorum quoſcunque officio inquiſitionis huiuſmodi fungi illudque exercere nullatenus poſſint abſque ſedis apoſtolicæ licentia ſpeciali de præſentibus literis ex ſpecificã & expreſſam facientem mentionem.B.fo.66.Et ffo.149.conce.366. 3 *Pro fratr. prædicato. & mino.*

Idem Sixtus omnes fratres ordi.Carmelita.ab omni iuriſdictione dominio & poteſtate inquiſitorũ hæreticę prauitatis prorſus & omnimodo exemit, ac perpetuo liberauit ꝙ huiuſmodi inquiſitores (etiam ſi ſint ordi. mendicantium) quãuis occaſione vel cauſa contra perſonas dicti ordinis nullatenus inquirere procedere aut iuriſdictionem aliquã in eoſdẽ exercere quoquomodo valeant ſub excõmunicationis latæ ſententiæ pena quã quilibet contra faciens eo ipſo incurrãt. Et voluit quod ſolum teneantur coram Romano pontifice aut ſui ordinis protectore vel cameræ apoſtolicæ generali auditore in cauſis fidei aut officium inquiſitorũ concernentibus reſpondere, ac decreuit irritum & inane ſi ſecus ſuper his quicquam quis authoritate etiam apoſtolica ſcienter vel ignoranter contigerit attentari.b.fo.112.Et ffo.196.conce.489. 4 *Pro fratr. carmelit.* *Excõmunicatio.*

Idem Sixtus ſtatuit quod inquiſitores hæreticæ prauitatis (quicunq; fuerint) habeant facultatem procedendi contra eos qui aſſeruerint quod confeſſi fratribus mendicantium ordinum teneantur confiteri eadem peccata rectoribus parrochialium eccleſiarum.b.fo.61. Et fo. 144.conceſſione.353. 5 *In fauorẽ fratrũ cõfeſſ.*

INNOCENTIVS.8.approbauit & cõfirmauit literas ſupraſcriptas Sixti in.§.2.& firmiter obſeruari debere ac robur ꝑpetuę firmitatis obtinere decreuit ꝑq; potiori cautela eas de nouo ſtatuit & ordinauit ac vni- 6

In fauor fratrũ mi. & prædi. uerſis & ſingulis inquiſitoribus hæreticæ prauitatis prædicatorum & aliorum quorũcũq; ordinum tam mendicantium quã non mendicantium profeſſoribus & clericis ſecularib⁹ per vniuerſum orbem prohibuit, ne prætextu cuiuſcunq; poteſtatis & facultatis eis attributæ ſeu attribuendæ ſuper inquiſitione huiuſmodi quantũcũq; ampliſſimè contra quempiã ordinis mino. profeſſoré ꝓcedere & inquirere aut officium ſuum exercere quoquomodo præſumant, & ꝙ ſi fortè præſumpſerint aliquos ex dictis fratribus mi. capere ſeu carceribus mãcipare debeant remittere fratres ipſos ſic captos infra triduum (poſtquã de præſentibus literis notitiã qualitercunque habuerint aut requiſiti fuerint) ad ipſorum ſic captorum & detentorum ſuperiores per omnia illæſos & ſine mora per eos iuxta iuris formã & regularia inſtituta debitis penis puniendos, Super quibus dat conſeruatores omnes eccleſiarum prælatos imponendos graues penas in contrarium qualitercunque facientibus. B. fo. 57. Et ffo. 52. conce. 60.

Correctio.

7 Leo. 10. literas ĩmediatè ſupra poſitas Innocentij. 8. inſeruit de verbo ad verbum & approbauit & innouauit ac ſui ſcripti patrocinio cõmuniuit decernens illas ab omnibus debere inuiolabiliter obſeruari, proq; potiori cautela omnia prout per ſuos prædeceſſores prohibita ſtatuta ordinata & conceſſa fuerũt prohibuit ſtatuit ordinauit & de nouo conceſsit, non obſtantibus q̃buſcunq; in contrarium facientibus. B. fffo. 21. cõc. 64.

8 Idem Leo poſtea informatus, ꝙ aliqui inquiſitores non obſtantibus ſupradictis attẽtabant procedere contra quoſdam fratres min. præcepit & mandauit inquiſitoribus præfatis apoſtolica vel quauis alia authoritate etiam motu proprio & ex certa ſcientia & plenitudine poteſtatis etiã conſiſtorialiter in quibuſuis mundi partibus ſub excõmunicationis ſententia & priuatione omnium & ſingulorum beneficiorum & officiorum eccleſiaſticorum quæ obtinent ac inhabilitatis ad illa & alia impoſterum obtinenda & aliis penis in literis aliorum prædeceſſorum ſuorum contentis quas contra facientes ipſo facto incurrere voluit, ne de cætero contrã

In fauorẽ fratrũ mi. ob ſeruan. Excõmunicatio.

dictos fratres mi ſuper cauſis prædictis nec ſuper quibuſuis aliis ad ſuum inquiſitionis officium pertinētibus ſe intromittere teſtes examinare & alios proceſſus agitare præſumāt Et voluit quod ſi forte ad aliqua de pręmiſsis ſe intromiſerint aliquos fratres capiendo teſtes examinādo aut ſcripturas recipiendo, fratres ipſos perſonaliter ac dicta teſtium examinatorum & quoſcunque proceſſus factos & ſcripturas prædictas ſuper cauſis huiuſmodi quomodolibet concernentes miniſtris prouincialibus aliiſque prædictorum fratrum mi. prælatis ſeu ſuperioribus in locis illis in quibus inquiſitores pręfatos reſidere contigerit (nullis apud ſe retentis copiis aut trāſumptis vel notis) infra ſex dieū ſpatium poſtquam præſentium notitiam quomodolibet habuerint realiter & cum effectu reſtituant, vt fratres huiuſmodi delinquentes (ſi qui forte fuerint) iuxta exceſſuum & delictorum exigentiam per prælatos & alios ſuperiores dicti ordinis mi. ſecundum formam literarum apoſtolicarum ſuorum prædeceſſorum caſtigari debeant, Super quibus etiam aduerſus contrafacientes dat conſeruatores omnes eccleſiarum prælatos cum magnis nō obſtantiis. B. ſſſo. 20. conce. 63. *Correctio.*

INTERDICTVM.

Diſtinctio materiæ interdicti.

Aduertendum ꝙ earum conceſsionum quæ in priuilegiis fratrum mendicantium habentur circa interdictum quædam attinent ad modum ſe habendi tempore quo ab omnibus ſeruatur vel ſeruari debet interdictum & hæc ponuntur per ſe infra primo loco. *Collector.*

Alia verò pertinent ad ſuſpenſionē interdicti in certis feſtiuitatibus ac circa modum quo tunc ſe poſſunt habere fratres, iſta autē ponuntur ſucceſsiue ſecūdo loco.

Nōnulla autem concernunt familiares & procuratores fratrum, Et hæc vltimo loco collocata ſunt.

Interdictum primum. I

INNOCENTIVS 4. conceſſit vt cum fratres mi. ad loca interdicto ſuppoſita venire contigerit poſsint *Celebrare diuina.*

in eis (excommunicatis & interdictis excluſis) ſubmiſſa voce: & non pulſatis campanis: diuina officia celebrare, niſi id fuerit eis ſpecialiter prohibitum. B fo. 21. Es ffo. 105. conce. 224.

2 CLEMENS. 4. cõceſſit, vt cum generale interdictum apponi contigerit: poſſint fratres mino. in eccleſiis & oratoriis ſuis: ac in aliis quibuſcunq;: cum ad loca peruenerint eccleſiaſtico ſuppoſita interdicto: clauſis ianuis: excõmunicatis & interdictis excluſis: non pulſatis campanis: & ſubmiſſa voce celebrare diuina: & eccle-

Celebrare diuina. ſiaſtica recipere ſacramenta, dum modo cauſam nõ dederint interdicto: nec contingat id eis ſpecialiter interdici, niſi eccleſiæ: & oratoria eadẽ fuerint ſpecialiter interdicta. B. fo. 56. Et ffo 140. conce. 314.

3 Idem Clemens conceſſit fratribus ordi. prædicatorũ: *Ex priuil. fratrũ prædicatorum Pro interdicto ſtrictiſſimo.* quod tempore ſtrictiſſimi interdicti (in ſuis domibus dũtaxat) excluſis omnib' qui non fuerint de ordine ſuo clauſis ianuis & nõ pulſatis campanis valeant quotidie vnam miſſam in communi legendo audire ſeu quilibet ſacerdos eiuſdem ordinis cũ duobus aut tribus tantum miniſtris modo ſimili vnam miſſam celebrare poſſit, dũ modo in eiſdem interdicti ſententiis de ordine prædicto & de hac conceſſione non fiat mentio ſpecialis. b. ffo. 73 conce. 189.

4 NICOLAVS. 4 conceſſit fratrib. mi. quod dũ appoſitum fuerit interdictum in ciuitatibus vel locis vbi habitant prædicti fratres non obſtantibus priuilegiis ſeu indultis quibuſcũq; religioſis à ſede apoſtolica cõceſſis & omnia in huiuſmodi interdictis eccleſiaſtica ſacramenta prohibeantur exceptis baptiſmate paruulorum *Celebrare diuina.* & pœnitentiis morientium poſſint fratres tempore talis interdicti ſua confiteri peccata & ab ipſis abſolui ac ſimul legere diuinũ officium & miſſas celebrare ianuis clauſis non pulſatis campanis voce ſubmiſſa excõmunicatis & interdictis ac omnibus perſonis quæ non ſint de ordine prædicto excluſis, necnon temporibus cõſuetis iuxta morem dicti ordinis ſacræ cõmunionis & extremæ vnctionis ſacramenta recipere non obſtãte prohibitione præfata ſeu aliquibus literis ſuper hoc à ſede

apoſtolica impetratis, quæ de ordine prædicto & de hac indulgentia ſpecialem non fecerint mentionem. B. fo. 21. Et ffo 105. conce. 222.

PIVS. 2. declarauit qualiter. fratres mino. in obſeruatione interdicti ſe habere debeant dicens, quod ſi interdictum fuerit apoſtolicum, tunc poſtquam prædictis fratribus qui loca interdicta inhabitant inſinuatio facta fuerit ad obſeruantiam illius interdicti. aſtringantur nulla exceptione aut excuſatione admiſſa etiam ſi cæteri religioſi ac ſeculares ex quacunque cauſa nõ obſeruauerint. Sed ſi interdictum fuerit ordinarium, tunc ſolum ad illius obſeruantiam obligentur quando matricem eccleſiã illud viderint obſeruare. b. fo. 50. Et ffo. 49. conce. 52. 5 *Pro interdicto apoſtolico & ordinario.*

De hoc vide infra. § ſequenti.

INNOCENTIVS. 8. Reuocauit ſupradictam ordinationem ſeu declarationem Pij. 2. de obſeruatione interdicti apoſtolici. ſ. quod & ſi non obſeruetur ab eccleſiã matricæ debeat obſeruari à fratribus min. & reduxit eos ad ius commune. 6 *Pro interdicto apoſtolico.*

Hæc reuocatio fuit reperta in libro cuiuſdam patris notabilis ſub forma oraculi viuæ vocis, & ex obliuione nõ eſt poſita in aliquo librorum priuilegiorum ordinis impſſoɼũ, nullibi tñ repi ſub autẽtico, attamen de ipſa quin fuerit cõceſſa nõ eſt dubitãdũ, vt mihi videtur, nõ enim eſt veriſimile aliquẽ ſic ſuæ ſalutis eſſe immemorem, vt præſertim nullo interueniente intereſſe auderet aſſerere tale quid fuiſſe conceſſum, niſi ita eſſet. *Collector.*

IVLIVS. 2. fecit quandã cõceſſionẽ circa perceptionem ſacramenti Euchariſtiæ tẽpore interdicti, quæ ſupra poſita eſt in dictione Communicare § 8. Vide ibi. 7 *Cõicare.*

Idẽ Iulius conceſſit fratri. mi. ꝙ ſi contingat aliquã ciuitatẽ ſeu oppidũ cũ duobus vel tribus miliaribus circũ ueniens (infra qua milliaria domus fratrum prædictorũ exiſtunt) eccleſiaſtico ſupponi interdicto, fratres ordinis huiuſmodi (niſi cauſam interdicto dederĩt vel eis ſpecialiter ex cauſa legitima interdictum fuerit) hmõdi interdictum ſeruare nullatenus teneantur, ſi alias domus ipſorum fratrum de iure interdicto talis oppidi 8 *Pro quocũque interdicto.*

non comprehendantur. B.fo.43 Et ffo.126. conce.278.

9 *Pro inter-dicto ordinario. Sepelire fratres.* Idem Iulius conceſsit fratribus minoribus, quod tẽpore interdicti ordinaria authoritate appoſiti poſsint ſepelire in eccleſiis ſuis liberè & licitè corpora fratrum eiuſdem ordinis decedentium, & hoc etiam cum cerimoniis ſolitis in ordine ac pulſatis campanis miſſas & alia diuina officia in ſimilibus celebrari conſueta in omnibus & per omnia ac ſi interdictum huiuſmodi appoſitum non eſſet. B.ffo.212. conce. 516. Et fffo.72. conce.219.

10 *Nota. Pro inter-dicto ſpeciali.* Idem Iulius conceſsit fratribus Auguſtineñ. vt quæ ordini ſuo pro tẽpore generalis interdicti conceſſa ſunt ea omnia in ſpeciali interdicto intelligãtur eſſe cõceſſa in quo licere eis voluit eadem omnia quæ in generali interdicto licere cõceſſum eſt. b. fffo 95. conce. 310.

Collector. Aduertendum quod hoc eſt magna cõceſsio, & valde magna, & ideo valde notanda & nuſquam alias conceſſa, vt credo.

11 *Pro inter-dicto particulari.* L e o. 10. conceſsit fratribus mi. obſer. quod eccleſiæ domorum ſuarum interdicti non poſsint ad inſtantiam cuiuſcunque perſonæ etiam cardinalatus honore vel alia quauis fulgente dignitate vel per auditorem ſacri palatij aut quoſcunque alios iudices niſi tota ciuitas ſeu oppidum vbi domus huiuſmodi conſiſtit apoſtolica ſeu ordinaria authoritate eccleſiaſtico ſupponatur interdicto, Ac voluit quod in huiuſmodi domibus degentes fratres ad ipſius interdicti obſeruationem minimè teneantur. Nec propterea irregularitatis maculam aut aliquas ſententias cenſuras & penas incurrant, Sed dum modo cauſam non dederint huiuſmodi interdicto poſſint ianuis apertis & campanis pulſatis miſſas & alia diuina officia celebrare, niſi perſona ad cuius inſtantiam interdictum fuit appoſitum in eiſdem domibus degentibus fratribus de alimentis & aliis victui neceſſariis rebus competenter prouideri fecerit. Et decreuit irritum & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis authoritate ſcienter vel ignoranter actum fuerit B.fffo. 55. conce. 156.

12 *Abſolut.* Idem Leo conceſsit, quod tempore interdicti poſsint

fratres mi. abſoluere à cenſuris in foro conſcientiæ illos qui confitebuntur peccata ſua, niſi tales cenſuræ eſſent ex quibus huiuſmodi interdictum emanaret. O. ffo. 59. conce. 174.

Idem Leo declarauit & conceſſit eiſdem fratribus mino. quod in forma obſeruationis nulla ſit differentia inter ceſſationem à diuinis & interdictum quodcunque O. ffo. 59. conce. 165. 13 *Pro ceſſatione à diuinis.*

Aduertendum eſt circa huiuſmodi conceſſionem, quod duo inſignes doctores vniuerſitatis Salmantinæ in ſuis repetitionibus concluſerunt quod ceſſatio generalis à diuinis & interdictum loci ſunt omnino idem ita quod habet locum in eis capitulum Alma mater, quod eſt notandum. *Collector.*

Idem Leo conceſſit præfatis fratrib. mi. quod tempore interdicti aut ceſſatiõis à diuinis poſſint duo vel plures fratres extra eccleſiam in domibus ſuis officium diuinum dicere non obſtãte capitulo quod in te. De pœniten. & remiſſio. & aliis quibuſcunque, Et quod quãdo extra chorum dicunt prædicti fratres horas canonicas ſi à caſu tranſeuntes perſonæ interdictæ aliquid audierint non propterea incurratur aliqua cenſura. O. ffo. 59. conce. 166. 14 *Pro ceſſatione à diuinis ac etiam interdicto.*

Idem Leo conceſſit quod tempore interdicti ordinaria authoritate appoſiti poſſint fratres mi. obſeru. dare publicè profeſſionem fratribus ſuis, & in illa cantare hymnum Veni creator ſpiritus & alias cerimonias facere prout in conſuetudine habẽt. O. ffo. 62. con. 197. 15 *Pro interdicto ordinaria.*

Idem Leo conceſſit etiã quod præfati fratres mi. poſſint tempore interdicti ordinarij benedicere menſam & poſt prandiũ & cœnã Deo agere gratias ſicut ſi nullũ eſſet interdictum. O. fffo. 62. conce. 198. 16 *Pro interdicto ordinaria.*

Idem Leo cõceſſit, quod ſimiliter tempore interdicti ordinarij poſſint prædicti fratres mi. facere proceſſiones per clauſtra ſua dicẽdo letanias vel hymnos aut alia deuota carmina, dum tamen aliquod diuinum officium non dicant. O. fffo. 62. conce. 199. 17 *Pro interdicto ordinaria.*

ALEXANDER. 4. conceſsit vt cum generale fuerit interdictum poſsint fratres mi. in vigiliis & fe- 1 *Pro tribus ſanctis ordinis.*

ſtiuitatibus ſanctorum Franciſci & Antonij ac beatæ Claræ & octo diebus immediatè ſequentibus vna cum religioſis & clericis ſecularibus qui iūc in eccleſiis fratrum conueniunt apertis ianuis (excōmunicatis duntaxat excluſis) diuina officia ibi celebrare dummodo huiuſmodi fratres mi. aut prædicti religioſi & clerici cauſam non dederint interdicto nec præfatis fratribus cōtingat ſpecialiter interdici. b. ffo, 157, con. 642.

Collector. Aduerte quod hæc conceſſio licet fuerit reuocata per capitulum Alma mater tamen poſtea reualidata eſt per Iulium, 2. vt patet infra. §. 3.

2 *Pro omnibus ſanctis ordinis.* ALEXANDER, 6 extendit priuilegia ſummorum pontificum ſuorum prędeceſſorum quo ad interdictum ſcilicet quod ſicut tēpore interdicti poterāt fratres mi. celebrare ſolēniter diuina officia in ſuis eccleſiis & monaſteriis in ſolennitatibus ſanctorum Franciſci Antonij & beatæ Claræ & per ſuas octauas ita poſſint in feſtiuitatibus aliorum ſanctorum dicti ordinis videlicet Ludouici Bernardini Bonauenturæ necnon quinq; martyrum de marrochio ſed hoc per diem tantum. o. fo. 66. Et ffo. 70. conce. 171.

3 *Pro feſtiuitate ſtigmatum.* IVLIVS. 2. cōfirmauit & de nouo cōceſſit Priuilegia ſuorum prædeceſſorum circa celebrationem feſtorum S. Franciſci & aliorum ſanctorum ordinis mi tempore interdicti extendens etiam eadem priuilegia ad feſtum ſtigmatum beati patris Franciſci, etiam tempore ceſſationis à diuinis, non obſtantibus quibuſcunque in contrarium facientibus præſertim capitulo Alma mater de ſententia excommunicationis li. 6. o. ffo. 70. cōce. 178. Et. O. fffo. 54. conce. 154.

Collector. Aduertendum eſt tamen quod prædicta conceſſio videtur ſolum pertinere ad fratres minor. prouinciarum Hiſpaniæ, quia ipſis ſolum directa eſt.

Circa autem iſtam nouam conceſſionem & reuocationem capituli alma mater necnon quo ad omnia pertinentia ad celebrationem ſanctorum ordinis tempore interdicti vide illa quæ in fine huius dictionis ſunt addita, & attende bene ad ſingula.

4 Idem Iulius conceſſit fratribus min. quod in die ſan-

cti Bonauenturæ (ſi eadem die interdictum authoritate apoſtolica appoſitum fuerit) poſſint dicti fratres in ſuis domibus à primis veſperis vſque ad ſecundas veſperas eiuſdem diei incluſiuè miſſas & alia diuina officia celebrare ſeu celebrari facere ſicut in die ſancti Fráciſci fratres huiuſmodi facere poſſunt. B. fo. 44. Et ffo. 127. conce. 28 6. *Pro ſ. n. Bonauen.*

5 Leo. 10 conceſſit fratribus mi. de obſer. ac monialibus. S. Claræ & tertiæ regulæ ſub obedientia eorundem fratrum degentibus vt in die ſanctæ Heliſabeth filiæ regis Vngariæ & per eius octauam poſsint tẽpore interdicti miſſas & alia diuina officia celebrare ſeu celebrari facere; quemadmodum poſsunt in diebus ſanctorum Franciſci Antonij & Claræ & per octauas eorũ B. fffo. 55 conce. 157. *Pro ſancta Heliſabet*

6 Idem Leo declarauit & conceſsit fratri. mi. ꝙ priuilegium conceſſum de ſuſpendendo interdictum in feſtis ſanctorum ſui ordinis intelligatur de diebus quibus talia feſta cadunt etiam ſi propter alia maiora feſta occurrentia eorum officia in alium diem transferantur. Conceſsit etiam quod in diebus huiuſmodi ſuſpenſionem interdicti tam virtute priuilegiorum dicti ordinis quã alias de iure generaliter conceſſa poſsint fratres in domibus ſuis intra & extra eccleſiã dicere & facere omnia illa quæ nullo exiſtente interdicto fieri poſſunt, & hoc propter ſcrupulum aliquorũ qui dicunt ꝙ quãdo ſuſpẽditur aliqđ interdictũ ꝑpter aliquid feſtũ nõ poſſe dici niſi officium & miſſam illius feſtiuitatis ſine aliis orationibus & collectis. O. fffo. 58. conce. 164. *Pro omnibus ſanctis ordinis.*

Aduerte ꝙ virtute huius conceſsionis nõ poſſunt fratres ſepelire ſeculares mortuos tẽpore talis ſuſpenſionis aut alia ſimilia facere, hoc patet ex verbis quæ conceſſionem ſubſequuntur. ſ. Et hoc propter ſcrupulum &c. *Collector.*

7 Idem Leo concesſit quod in partibus Hiſpaniarũ ſuſpendatur quodcunque interdictum in feſtiuitate puriſſimæ conceptionis beatæ virginis & per eius octauam prout habetur latè ſupra in dictione Conceptio virginis. in. §. 10. Vide ibi. *Pro feſto concep. B. virginis.*

8 Idem Leo concesſit fratribus ordinis prædicato-

Ex priuil. fratrum prædicato. rum, vt quoties feſtiuitates ſanctorum Dominici Petri martyris Thomæ de Aquino & Vincentij ac S. Catherinæ de Senis & earum octauæ quomodocunque etiam per tranſlationem celebrandę occurrerint tempore quo ciuitatis oppida & loca eccleſiaſtico interdicto etiam authoritate apoſtolica ſunt ſuppoſita in eccleſiis domorum ſuarum & monaſteriorum quorum cura dicto ordini eſt commiſſa (niſi eccleſiæ ſupradictæ vel huiuſmodi fratres nominatim eſſent interdicti aut cauſam dederint interdicto aut eam foueant) poſsint pulſatis campanis & apertis ianuis (interdictis & excõmunicatis excluſis) alta voce miſſas & alia diuina officia diurna & nocturna in diebus feſtiuitatum prædictatum & octauis eorum reſpectiuè durantibus etiam ſi per octauas ipſarum & in die octauarum non niſi memoria de ſanctis fieret liberè & licitè celebrare, ac voluit vt quoties dictarum feſtiuitatum & octauarum earundem celebrationes qualibet ex cauſa etiam extra tempus interdicti transferantur etiam indulgentiæ dictas eccleſias in feſtiuitatibus huiuſmodi & per earum octauas viſitantibus pro tempore cõceſſæ ad tempus celebrationis huiuſmodi ſint & cenſeantur tranſlatę. B. fffo. 82. conce. non ſignata. Et. B. fffo. 121. conce. 554.

INTERDICTVM, TERTIO.

1 *Pro familiaribus & procuratoribus ac operariis fratrum.* ALEXANDER. 4. cõceſsit quod ſi quãdo in perſonas vel terras vbi reſident fratres mi. excõmunicationis ſeu interdicti ſententia cõtigerit promulgari pueri fratrum ſeruitiis deputati negociorumque ſuorũ geſtores ſeu procuratores & operarij qui in locis frat. ſi huiuſmodi operibus eorum perſonaliter conſtituti inſtiterint prædictis ſententiis excõmunicationis vel interdicti obnoxij nullatenus habeantur, ibique poſsint audire diuina iuxta formam quæ à ſede apoſtolica eſt conceſſa eo caſu. t. tẽpore interdicti, niſi prædictæ perſonæ cauſam dederint vel excommunicari ſeu interdici contingat B fo. 31. Et ffo 114 conce. 251.

2 CLEMENS. 4. conceſsit fratri. mi. quod his qui in eorum

eorum morantur obſequiis tempore interdicti liberè poſſint miniſtrare cuncta Eccleſiaſtica Sacramenta : & ipſos cum deceſſerint in ſuis cemiteriis ſepelire. B. fo. 56. Et ffo.140.con.315. *Pro familiaribus ſepelire.*

3 Idem Clemens fecit conſimilem conceſſionē in mari magno: ſicut ſupraſcriptā in. §.1. ad literam. b. fo. 56. Et ffo.140 con.316. Idem habetur in mari magno Carmelitarum. fo. 97. Et ffo. 180. con. 429. Et in mari magno prædicatorum. ffo. 236. conce. 546.

4 IOANNES. 23. conceſſit fratribus ordi. prædicatorū, quòd confratres & germani dicti ordinis poſsint ſepeliri tempore interdicti in eccleſia: vel cemiterio eorumdem fratrum, niſi fuerint excommunicati publicè : vel nominatim: ibique diuina celebrare ſeu audire. b. ffo. 95. con. 306. *Ex priuil. fra. prædi.*

Aduertendum eſt: quod quia virtute huius conceſsionis prædicti fratres prædicatores admittebant ad diuina in aliquibus partibus ſuos confratres: aut germanos viuos: ac ſepeliebant eoſdē cū mori contingebat tali tēpore, exinde non paruum ſcrupulum exortum eſt, & ideo prædicta conceſsio fuit ventillata & diſcuſſa in famatiſsima vniuerſitate Salmantina per plures doctores iuris peritiſsimos, & declaratum extitit per eoſdem ſolum debere intelligi de illis confratribus : qui licet remaneant in ſeculo : & non mutent habitum ſecularē: tamen ſunt vel fiunt oblati ordinis prædicti, ac faciunt donationem inter viuos omnium bonorum ſuorum dicto ordini reſeruādo ſibi ſolum vſumfructuum quādiu vixerint & non de aliis confratribus cōmuniter vſitatis in partibus Hiſpaniarū. Fundatur autē huiuſmodi determinatio: ſeu declaratio in capitulo: Vt priuilegia de priuilegiis, ꝙ capitulū ad literā dicit, ꝙ ſolū tales cōfratres primo nomīati gaudēt eccleſiaſtica ſepultura & nō alij. *Collector. Nota.*

5 INNOCENTIVS. 6. conceſsit fratribus Auguſtinē ſi. quod tempore interdicti poſsint procuratores iurati negociorū conuentuū: & locorū dicti ordinis: etiam ſi ſeculares & laici exiſtāt: intereſſe diuinis officiis vna cū pdictis fratribus, dūmodo ipſi nō dederint cauſam interdicto: nec ſint ſpecialiter interdicti. B. fo. 77. cō. 231. *Ex priuil. Auguſti. Pro procurato. fra.*

6 *Pro tertia riis ac familiari.* SIXTVS.4.cōceſſit fratribus mi.quod tēpore interdicti poſſint admittere ad diuina fratres & ſorores tertij ordinis ſancti Franciſci de pœnitentia nuncupatos: ac ſuos & illorum procuratores ac ſimiliter monialiū.ſ. Claræ procuratores & negotia gerētes vtriuſque ſexus b.fo.59.Et fo.143.conce.344.

7 *Ex priuil. Carmelit.* Idem Sixtus fecit conſimilem cōceſſionem ſicut immediatè ſuprapoſitam fratribus Carmelitanis addens quòd ſimiliter tempore interdicti poſſint admitti ad diuina aduocati fratrum & monialium ac tertiariorum b.fo.97.Et ffo.180.con.428.

8 *Pro laborātibus in locis fratrum.* LEO.10.conceſſit fratribus minoribus obſeruantiæ quod tēmpore interdicti non teneantur euitare laborātes in ſuis domibus diebus quibus laborauerint etiam ſi non ſint familiares & ſeruitores continui commenſales fratrum & eis ſoluatur ſalarium.o. ffo.59.cō.167.

Collector. QVIA in conceſſionibus ſuprascriptis materiæ interdicti implicantur nonnulla quæ indigent declaratione ideo pro intelligentia illarū ſunt notanda ſequentia.

Primum notabile. Primo ergo ſciendum eſt,quod(omiſſis multis diſtinctionibus & ſubdiſtinctionibus quæ à doctoribus fiunt præſertim de interdicto loci vel populi de quibus latè videri poteſt per Calderinum in tractatu de interdicto & ſummitas)duplex eſt interdictum ſcilicet generale ac particulare, Generale eſt quando interdicitur regnum dioceſis ciuitas oppidum ſeu rùs &c.Particulare eſt quādo non interdicitur aliquod ſupradictorum ſed ſolū eccleſia vel eccleſiæ aut aliquid aliud in ciuitate ſeu loco etiam ſi interdicantur omnes eccleſiæ ciuitatis dioceſis prouinciæ aut regni ac etiam totius mundi,quia ex quo extra illas in quolibet alio poteſt celebrari cenſetur interdictum particulare.

Notandum eſt igitur & mente tenēdum quod omnes cōſtitutiones ſeu cōceſſiones iuris communis ac etiam priuilegiorū particulariū factæ &quæ cōmuniter fiūt pro interdicto generali ſunt.Et ſic capitulum Alma mater de ſententia excommunicationis per quod conceditur vt tempore interdicti poſſit celebrari ianuis clauſis &c. intelligitur de huiuſmodi generali interdicto &

communiter iſtud ponitur.

Notandum eſt etiã ꝙ quando nõ interdicitur locus ſed homines videlicet cõitas alicuius ciuitatis vel oppidi ſeu popul⁹ & hoĩes talis loci aut etiã totius regni iũc cum loca nõ ſint interdicta, euitatis talibus hominibus interdictis celebrari poterit ianuis apertis ac ſi non eſſet interdictum, licet aliqui doctores dixerint oppoſitum. Nam capitulum Alma mater de ſententia excommunicationis de interdicto locorum loquitur.

Secvndo eſt aduertendum ꝙ antiquitus. ſ. antè capitulum Alma mater quod editũ fuit à Bonifacio. 8. anno Dñi. 1300. ſolũ à iure tẽpore prædicti interdicti gñalis cõceſſa erant ſequentia. ſ. ꝙ poſſet celebrari ſemel in hebdomada ad renouandũ Sacramentũ, ꝙ poſſent admiņiſtrari Sacramẽta baptiſmatis & pœnitẽtiæ ac Euchariſtiæ pro infirmis, & ꝙ ſepultura clericis morientibus q obſeruaſſent tale interdictũ dari poſſet cũ ſilentio; itẽ ꝙ duo vel tres inſimul poſſent in eccl'iis ianuis clauſis &c. officiũ diuinũ dicere, ac taliter ꝙ extra nequiret audiri. Itaq; quicunq; amplius volebat habere oportebat vt per priuilegium particulare obtineret ſibi concedi, ac propterea tẽpore illo fuit nobis cõceſſum ꝑ Clementẽ. 4. ac Nicolaũ etiam. 4. ꝙ poſſemus in eccleſiis ac oratoriis noſtris ac quibuſcunq; aliis ad quæ nos declinare cõtingeret celebrare diuinum officium, & recipere Sacramẽta eccleſiaſtica ianuis tamen clauſis &c. Itẽ ꝙ etiam ſi apponeretur interdictum cum ſequenti clauſula non obſtãtibus priuilegiis quibuſcunque religioſis conceſsis prohibemus ꝙ nulla Sacramẽta eccleſiaſtica valeant miniſtrari exceptis baptiſmate paruulorum & pœnitentia morientium & ꝙ nullũ officiũ diuinum poſsit dici, nihilominus omnia ſupradicta poſſent fratres facere excluſis omnibus ꝑſonis quæ nõ ſunt de ordine noſtro, niſi de huiuſmodi indulgentia fieret expreſſa mentio. Item fuit conceſſum ꝙ poſſemus tali tempore admittere ad diuina pueros noſtris ſeruitiis deputatos ac negociorum noſtrorum procuratores & operarios. Item per Alexandrum. 4. conceſſum fuit quod poſſemus in vigiliis & feſtiuitatibus: ac per octa-

Alterum notabile.

uas ſanctorũ Franciſci, Antonij, & Claræ, vna cũ religio ſis & clericis qui ad noſtras eccleſias cõueniſſent: publicè ac ſolenniter diuina officia celebrare, niſi id ſpecialiter nobis fuerit probibitũ aut nos ſeu præfati religioſi: & clerici dediſſemus cauſam interdicto. Et idẽ pontifex cõceſsionẽ ſimilem fecit fratribus prædicatoribus pro ſanctis Dñico & Petro martyre. Poſt hæc omnia prædictus Bonifacius 8. fecit & promulgauit dictũ capitulũ Alma mater, in quo cõceſsit vt in omnibus eccleſiis & monaſteriis poſſent generaliter celebrari diuina officia ianuis clauſis &c. & adminiſtrari Sacramenta baptiſmatis & pœnitẽtiæ ac celebrari ſolenniter in quatuor feſtiuitatibus ibi contentis, & reuocauit omnia priuilegia ſuper hac materia cõceſſa quibuſcũq; perſonis: ac etiam religionibus dicẽs quod ſufficere deberet omnibus ſua prouiſio quã in ſupradicto capitulo fecit. Sed quia idẽ Bonifacius dedit nobis iterũ mare magnũ in quo cõtinebantur omnia ſupradicta nobis cõceſſa, ideo iterato habuimus noſtra ſupradicta priuilegia etiã circa interdictum excepta conceſsione de celebratione ſolenni in feſtiuitatibus ſanctorũ Franciſci &c. quia non continebatur in prædicto mari Magno ſed in alia bulla per ſe, & ſic à tẽpore dicti capituli Alma mater nõ habuimus pro hoc priuilegiũ aliud nec fratres vſi ſunt ſupradicta cõceſſione vſque ad tẽpora moderna proximè præcedẽtia in quibus in aliquibus partibus incepere vti iterum ſupradicto priuilegio & ſumpta occaſione ex huiuſmodi priuilegio, & eius vſu quidam pater commiſſarius Romanæ curiæ impetrauit viuæ vocis oraculo extẽſionem illius ad feſtiuitates ſanctorum Ludouici, Bernardini, Bonauenturæ, ac quinque martyrum de ma.ochio, quod etiam quãtum ad ſanctum Bonauenturã per breue Iulij. 2. extitit poſtea conceſſum.

Cum autem aliqui fratres ſcrupuloſi ſeu curioſi dubitarent de his ſcilicet de prædicta conceſſione Alexandri. 4. an ſcilicet eſſet viuificata vel non, & per conſequens vtrum extenſiones illius ad alia feſta valerent non inuenientes fundamentum validum ac ſufficiens aſſerebant huiuſmodi conceſſiones circa celebratio-

nem ſolennem dictarum feſtiuitatum eſſe nullas, Nam prima conceſſio pro feſtiuitatibus ſanctorum Franciſci &c. erat reuocata per capitulũ Alma mater ſupra allegatum, & nulla reualidatio inueniebatur data, & per conſequens cætera quæ ſupra dictum priuilegiũ fundabantur erant nullius momenti, & ex his inferebant q̃ fratres non valebant celebrare ſolenniter diuina in talibus feſtiuitatibus ſine incurſione cenſurarum, ac propterea ad tollendum huiuſmodi ſcrupulum & elucidandam veritatem alij fratres amplius eruditi & ſtudioſiores in rebus religionis ſcrutati ſunt per q̃ diligentiſſimè priuilegia noſtra & tandem deuentum eſt ad confirmationem ac nouam conceſſionem priuilegiorũ per Sixtũ 4 factam cũ clauſulis fortiſſimis, præſertim q̃ non obſtantibus reuocationibus apoſtolicis poſſemus vti omnibus priuilegiis prædeceſſorum ſuorum, prout habetur in bulla aurea verſus finem. Ex quibus verbis viſum eſt quod fratres à tẽpore Sixti. 4. licitè potuerunt celebrare ſolenniter prędicta feſta ſicut ante reuocationem poterant, nam aliter nihil operarentur illa verba non obſtantibus reuocationibus cum tamen ſecundum iura omnia quæ ponuntur in indultis apoſtolicis debeant aliquid operari. Ex quibus concluſum eſt per plures iuris peritiſſimos vniuerſitatis Salmantinæ, quod erat viuificatum ſeu reualidatum priuilegiũ prædictum & per cõſequens aliæ conceſſiones ſuper illud fundatæ erant ſimiliter validæ ac ab omni ſubreptione alienæ.

Poſtea autẽ ad abundantiorẽ cautelam Iulius 2 ad inſtantiam protectoris ordinis noſtri procurantibus quibuſdam ex fratribus hiſpaniæ prædictas conceſſiones quo ad prædictas feſtiuitates approbauit addens quod hoc idem facere poſſent in die ſtigmatum beati Franciſci, etiam tempore ceſſationis à diuinis, & hoc non ſolum in prædicta confirmando, verumetiam illam de nouo concedendo non obſtante capitulo Alma mater &c. Sed adhuc cum omnibus ſupradictis aliqui nõ fuerunt ad plenum ſatisfacti dubitantes vtrum huiuſmodi conceſſio Iulij eſſet valida ex eo quod non fuiſſet expoſitum dicto pontifici qualiter Bonifacius. 8. reuocaue-

rat priuilegium Alexandri. 4. verumtamen ab aliis in iure peritis reſponſum eſt, quod cum ſecundum iura princeps cenſeatur habere omnia iura in pectore ſuo ſatis eſt quod papæ dictum fuit ſcilicet quod conceſſio illa facta fuerat ab Alexandro. 4.

¶ Alij inſuper dubitauerunt, vtrum præſuppoſito quod huiuſmodi conceſſio ſit valida, an fuerit generalis pro toto ordine vel ſolum pro partibus Hiſpaniarum, propterea quia ibi dicitur (conceſſit eiſdē) Attamē (ſaluo meliori iudicio) videtur quod fuit generalis, quia prædicta dictio eiſdē poteſt referri ad omnes fratres ordinis, &. ita ſiue per nouam conceſſionē Sixti ſupradictam ſiue per conceſſionem Iulij vel per vtramque videtur non eſſe aliquatenus dubitandum de huiuſmodi facultate celebrandi ſolenniter prædicta feſta.

Aduertendum eſt etiā ꝙ cōceſſio cōſimilis facta pro conceptione virginis glorioſe & eius octaua habet etiā aliquod fundamentū in prædicta conceſſione Alexandri. 4. Nam dicitur ibi quod fratribus min. conceſſum ſit vt in ſolennitatibus ſanctorum Franciſci &c.

Poſt etiam ſupra idem fundamentum conceſſum eſt à Leone 10. quod in feſto S. Heliſabeth reginæ Vngariæ ac in eius octauā poſſit celebrari ſicut in feſtiuitatibus ſanctorum Franciſci &c. circa quam conceſſionem ortum eſt aliquod ſcrupulū. ſ. vtrū ſit ſubreptitia ex hoc quia ipſa ſancta non fuit regina ſed filia regis Vngariæ ſicut in ſupplicatione poſitum eſt.

Aduertēdum eſt inſuper quod aliqui fratres noſtri aduertētes quod etiā omnibus ſupradictis exiſtētibus validis non poterant ſolenniter celebrare tēpore interdicti infra octauas omnium ſanctorū ordinis exceptis tribus ſupradictis, ac deſiderantes idem habere ꝓ octauis omnium ſanctorum ſuorum ſed nihilominus dubitantes ſe poſſe hoc obtinere ſi nudè & clarè à pontifice poſtularent: conſiderantesque conceſſum eſſe olim fratribus ordinis prædicatorū ab Alexādro. 4. (vt prædictum eſt) poſſe celebrare ſolenniter in feſtiuitatibus & octauis ſanctorum Dominici & Petri martyris ac reualidatum id etiam fuiſſe per bullam auream à Sixto. 4.

editam propter rationem ſupradictam circa conceſſionem noſtram: cum huiuſmodi bulla nobis eiſque ſit cõmunis obtinuerunt à Iulio.2. vt ea quæ in honorẽ ſanctorum Dominici:Petri martyris & Thomæ de Aquino:& Cathetinæ de ſenis fratribus vel locis ordin. prædicatorum ſunt conceſſa:intelligantur ſimiliter cõceſſa nobis & locis noſtris in feſtiuitatibus ſanctorũ Franciſci:Antonij:Lodouici:Bernardini & Bonauenturæ: ac quinq; martyrũ:& in aliis feſtiuitatibus noſtri ordinis licet ſint in maiori numero quã feſta fratrum prædicatorum,Ita quod illud quod cõceditur omnibus ſanctis ordinis prædicatorum iunctim & cuilibet ſeu aliquibus eorum intelligatur conceſſum omnibus ſanctis noſtri ordinis etiam iunctim & cuilibet eorum etiam ſi noſtri ſint in maiori numero,Ex qua conceſſione illatum eſt quod poſſumus celebrare ſolenniter oẽs octauas ſanctorum noſtri ordinis ſicut(vt prædictum eſt)cõceſſum fuit fratribus prædicatoribus pro duabus feſtiuitatibus ſuis.Attamen in hoc poſſet non immerito haberi ſcrupulum,ex eo quia idem Alexander.4.qui dictum priuilegium conceſſit fratribus prædicatoribus pro ſanctis Dominico & Petro conceſſit& nobis conſimilibus verbis pro ſanctis Franciſco Antonio & Clara.Vnde ſi forte Iulio 2.expecificatum fuiſſet hoc non conceſſiſſet vt ſupra,ſed dixiſſet.Sitis contenti cum conceſſione propria veſtra & illi cum ſua.Sed hoc non obſtante in ciuitate Salmantina ex cõſilio iuriſperitorum vniuerſitatis illius inſignis.Anno domini.1522.in octaua S. Bernardini tempore interdicti celebrauerunt fratres ſolenniter diuina.

Poſt oĩa ſupradicta obtinuerunt frat.ordi.pdicatorũ à Leone.10.aliã conceſſionẽ cum hac relatione, quod quia fratribus mino.conceſſum erat vt in feſtiuitatibus ſanctorum Frãciſci Antonij Lodouici Bonauenturæ ac eorum octauis poſſent celebrare tẽpore interdicti(etiã apoſtolica auctoritate appoſiti) quod ſimiliter poſſent ipſi in ſuis feſtiuitatibus ac etiam in monaſteriis ſuarũ monialium & cætera.

Circa quod eſt aduertẽdum quod hæc ſupplicatio ſeu

illã faciens peccauit in duobus. Primo quia relatio fuit in parte falſa, nam ſaltem expreſſè non eſt conceſſum nobis prædictum indultum pro octauis Sanctorũ Ludouici & Bonauenturę prout ipſi retulerunt. Secundo qa in noſtra conceſſione ſimpliciter dicitur tempore interdicti abſq; additione apoſtolici ſicut ipſi addiderunt licet tamen ſecundum veritatẽ ita ſit intelligendum. Et ideo videndum eſt vtrum hęc conceſſio fuerit ſubreptitia propter huiuſmodi defectus, præſertim quia eſt gratioſa. vbi minimus defectus ſufficit ad cauſandam ſubreptionẽ. Videtur tamẽ quod nõ, imo quod ſit valida & ſufficiens, nã licet nos directè non haberemus pro prædictis octauis, tamẽ indirectè per reductionẽ ſuprapoſitã habebam⁹. Et idẽ dici poteſt quo ad aliud de expreſſione interdicti apoſtolici, & quod amplius eſt quia papa in conceſſione huiuſmodi non videtur ſe fundare ſuper relationẽ prædictã, nã dicit ſic. Nos autem ad tantorũ ſanctorum merita & venerationẽ debitum reſpectũ habentes huiuſmodi ſupplicationibus inclinati deuotioni veſtræ &c. Et ſic videtur quod abſq; aliqua heſitatione poſſumus diuina ſolenniter celebrare in omnibus feſtiuitatibus noſtris: & per eorum octauas, qui tamen in hoc adhuc dubitauerit conſulat peritiores, & hoc quo ad feſtiuitates ſanctorum dixiſſe ſit ſatis.

Nota. *Reſolu ſupradictorum.*

ITINERANTES FRATRES.

1 *Indulgẽ.* ALEXANDER. 4. conceſſit oĩbus recipientibus fratres mi. viatores in domibus ſuis & miniſtrantibus alimenta, ſoluentibus naula: paſſalia: & alia pietatis obſequia dictis fratribus miniſtrantibus indulgẽtiam quadraginta annorum. b. ffo. 260. conce. 655.

2 *Hoſpitiũ.* CONCILIVM Conſtãtiæ ſtatuit quod quãdo fratres mi. obſeruãtiæ quacunq; ex cauſa per mũdum proficiſcentur ſeu iterfacient: poſſint ad loca & conuentus fratrum conuentualium eiuſdẽ ordinis declinare ſi voluerint, ad alia vero loca fratrũ in obſeruantia ſibi ſimiliũ ſemper declinare teneãtur iuxta quod in ſtatutis ordinis continetur. b. fo. 26. Et. ffo. 110. conceſſione. 236.

CALIXTVS.3. ſtatuit & ordinauit quod oẽs & ſinguli fratres mi.tã conuentuales quã obſeruantes ad ciuitates: terras ſine caſtra in quibus conuentus dicti ordinis fuerint pro tẽpore accedentes teneantur & debeãt eorundem locorum prælatis ſuis reſpectiuè ſe præſentare, in qua qdẽ ciuitate vel terra ſi vnus duntaxat conuentus fuerit: ad ipſius vnius prælatum debeant ſe cõferre illius mandatis humiliter pariturì. Et pcepit ſub excõmunicationis pœnatne in prædictis ciuitatibus ſeu terris ſine prelatorum ſuorum licentia permanere præſumant. b. fo. 6. Et ffo. 90. conce. 197. prope finem. 3 *Excõmunicatus.*

4 INNOCENTIVS. 8. conceſſit quod fratres mi. qui per obedientiã reperiuntur extra cõuentus & loca poſſint promereri indulgentias ſtationum & alias conceſſus in eccleſiis fratrum mi. dicendo quinquies pater noſter & Aue maria in quacunq; eccleſia & loco ea dixerint pro intentione & propoſito illius indulgẽtiæ, prout illi qui prædicta ſuis locis dicunt ea. o. folio. 65. Et ffo. 69. conceſſione, 160. *Indulgẽ.*

5 LEO. 10. conceſſit quod fratres mi. itinerantes poſſint transferre ieiunium diei itineris ad alium diem. o. ffo. 93. conce. 286. *Ieiuniũ.*

Quo ad hoſpitia perpetua relicta pro fratribus itinerãtibus habetur quædam declaratio capituli generalis infra in dictione Paupertas prope finem. *Collector.*

1 CALIXTVS. 3. conceſſit quod fratres mi. laici poſſint tangere calices & lauare corporalia & alia eccleſiaſtica cum expedierit. o. ffo. 65. cõce. 91. Et fo. 101. conce. 398. *Indulgentia plenaria.*

2 INNOCENTIVS. 8. conceſſit prædictis fratribus laicis indulgentiam plenariã quando communicant in diebus dominicis & feſtiuitatibus domini: & beatæ Mariæ: ac ſanctorum noſtri ordinis. o. ffo. ſexaginta & nouem conceſſione. 148.

3 LEO. 10 cõceſsit quod fratres prædicti laici ſocij generalium vel prouincialium eo tantum tẽpore quo ſocij ſunt: & extra loca & conuentus cum inſeruiunt miſſis prædictis prælatis poſsint propriis manibus tractare vaſa ſacri miniſterij. ſ. calices & corporalia explican-

Miſſa. do & plicando poſt miſſam ſicut clericus in ſacris cõſtitus. In conuentib' vero vbi ſunt alij fratres ad miniſtrãdum concedere recuſauit.o.ffo.92 conce.169.

Collector. Aduerte quod nõ obſtãte hac cõceſſione ſtricta poſſunt fratres vti prima ſuprapoſita, quia qui hanc impetrauit ignorabat primam,& quia in hac non ponitur aliqua reuocatio alterius.

4 Idem Leo ſtatuit: quod quando aliquis frater laicus ad clericatum aſcenderit extra obedientiam prælatorum ordinis etiam ſi vſque ad ſacerdotium ꝓmotus ſit poſtquã reuerſus fuerit omni honore clericali priuetur, nec permittatur canonicum perſoluere officium ſed laicorum officium perſoluens ad merum ſtatum ſuum laicalem reducatur.

Collector. Aduerte quod virtute præfatæ conceſſionis in capitulo generali Lugduni celebrato fuit renouatum ſtatutum ne fratres laici ad clericatum aſcendant ſine conſenſu generalis miniſtri aut capituli generalis, & hoc vigore præ licti indulti à ſanctiſſimo domino papa Leone nouiſſimè ordini conceſſo.

Aduertẽdum eſt etiam quod ratione huius ſtatuti authoritate apoſtolica facti non poſſunt extunc vllo modo aliqui fratres laici ad ordines ſacros neque ad clericatum promoueri vel aſſumi à quibuſcunque prælatis ordinis generali miniſtro inferioribus etiam in ſuis capitulis prouincialibus, niſi de nouo obtineatur authoritas apoſtolica ſpecialis vel generalis.

Aduerte etiam quod iſtud non habetur in priuilegiis ordinis impreſſis, ſed fuit publicatum in capitulo generali Lugdunenſi. Anno domini.1518. præſidente authoritate apoſtolica reuerendo domino Cardinale de Araceli.& fuit poſitum in tabula diffinitionis prædicti capituli generalis.

Collector. Sciendum eſt inſuper quod circa fratres mi. laicos ordinata ſunt nõnulla in aliis diuerſis capitulis generalibus, prout inferius annotantur.

Statutum generale. In capitulo generali vbi fuit electus quintus miniſter generalis præſente ſummo pontifice Gregorio.9. inhabilitati ſunt fratres laici ad officia ordinis qui

vſque tunc dicta officia vt clerici exercebant. fo. 209. tractatu 3. Et ffo. 227. tracta.2.

In capitulo generali Barchinone celebrato, vbi fuit electus.2.vicarius generalis ordinatum eſt, quod nullus frater laicus ad clericatum aſcendat, ſed vnuſquiſque in ſua vocatione qua à Deo vocatus eſt permaneat, & ꝙ nullus eorum tonſuram clericalem ferat, niſi eam ab epiſcopo receperit, & ſit tunc in parua quantitate. fo. 218. tractatu.3. Et ffo. 236. tractatu.2. *Statutum generale.*

In capitulo generali in conuentu montis lucis celebrato vbi fuit electus.6. vicarius generalis ordinatum eſt quod quicunque frater laicus apoſtatauerit & extra familiam ordines ſuſceperit ſi contingat ipſum denuo in familiam noſtram recipi maneat ſuſpenſus ab executione ordinum & ab omni promotione ad officia omnimodè quo ad vſque per generale capitulum fuerit aliud determinatum. fo. 222. tractatu.3. Et ffo. 240. tractatu.2. *Statutum generale.*

In capitulo generali celebrato in dicto conuentu mõtis lucis vbi fuit electus.13. vicarius generalis ordinatum eſt, quod fratres laici qui ad clericatum, ſeu ad ſacros ordines contra generale ſtatutum promoti fuerint vel in poſterum promotionē procurare directè vel indirectè præſumpſerint ad vlteriores gradus vel ordines nulla ratione promoueantur. Et ſi in officiis prelationis præſidentiæ vel confeſſionis extiterint ſint ipſo facto priuati. ffo. 244. tractatu.2. *Statutum generale.*

LEGATA.

SIXTVS. 4. conceſſit quod prælati fratrum mi. obſer. poſſint cõmutare legata facta locis eiuſdē ordinis ad vnum vſum in alium ſine ſcandalo, tamen illorū ad quos ſolutio talium legatorum pertinet. o. fo. 62. Et ffo. 66. conce. 95.

Vide circa hmõi materiam aliqua in dictione Eleemoſynas. §. 2. & in dictione Heredes ſeu hæreditas. §. 2. Et attende ad illa quæ ponuntur ibidem poſt omnes conceſſiones. *Collector.*

LICENTIARE FRATRES VEL MONIALES.

Collector. Qualiter fratres mi. obſer. poſsint & debeãt licentiari à prelatis ordinis vel à ſede apoſtolica, vt licitè valeant tranſire ad aliurn ordinem: vel ad couẽtuales eiuſdem ordinis: habetur ſupra in dictione Apoſtate in omnibus §. vbi in margine eſt hæc dictio Licentia ſeu licentiare, & in dictione conuentuales fratres. §. 1. & in dictione Exẽpti fratres, præſertim in tribus. § vltimis. Sed quomodo moniales S. Claræ poſsint licẽtiari, vt ad alia monaſteria eiuſdẽ ordinis valeant trãſire ſeu alias habetur ſupra in dictione Clauſura monialium, vide ibi.

LOCA FRATRVM.

Collector. Qualiter fratres mi. poſsint recipere loca eis oblata pro ſua habitatione, vide ſupra in dictione Edificate §. 4 & 9. vſque ad. 12. ac. 17. & 18 & 20. Et qualiter huiuſmodi loca poſsint deſerere, vide etiã vbi ſupra eadem dictione. § 7. & 13. & 14.

MAGISTER.

1 *Gradus ſcholaſtici.* MARTINVS. 5. ꝓhibuit: vt nullus frater mi. poſſit recipere gradum magiſterij, niſi perfecerit curſum ſibi præfixum per conſtitutiones apoſtolicas: & ordinis, ac niſi alias idoneus fuerit b. fo. 35. conce. 40.

De hoc multa alia poſita ſunt ſupra in dictione Gradus ſcholaſtici per totum.

2 *Electio.* LEO. 10. in bulla concordiæ ſtatuit quod fratres mi. couẽtuales eligant vnum fratrẽ ſuper ſeipſos, qui magiſter generalis fratrum conuentualium in perpetuum appellari debeat b ffo. 32. conce. 105.

3 *Electio.* Idem Leo ſtatuit quod in ſingulis prouinciis deputatĩ ad regimen fratrum mino. conuentualium vocentur magiſtri prouinciales fratrum conuentualium. & ꝙ hmõi magiſtri à miniſtris prouincialibus regularis obſeruantię cõfirmationẽ electionũ de eis ꝓ tẽpore fa-

ctarum petere teneantur eo modo quo vicarij prouinciales olim de familia ſeu de obſeruantia nuncupati antea miniſtris prouincialibus fratrũ conuentualium petere tenebantur.B ffo.32.conce.106.

Idem Leo reuocauit caſſauit & annullauit ac viribus penitus omnino carere decreuit electionẽ primi magiſtri generalis fratrum mi. conuentualium, quã ſub nomine miniſtri generalis fecerant fratres conuentuales, ac nullam fuiſſe declarauit ſed eam pro electione canonica magiſtri generalis confirmauit & approbauit ac ſi facta fuiſſet ſub nomine magiſtri generalis cõuentualium. B.ffo.33 conce.116. 4 *Electio.*

MENDICARE.

ALEXANDER.4. declarauit,quod mẽdicitas fratrum mi.& prædicatorum eſt meritoria, & quod prędicti fratres tã ab his quibus prędicant quã ab aliis poſſunt petere & recipere eleemoſynas,ac quod illi poſſunt huiuſmodi eleemoſynas eiſdem fratribus ſalubriter elargiri b ffo.26.conce 15. 1 *Pro fratr. prædicato. & mi.*

De hac materia vide ſupra in dictione Eleemoſynas. §.4.&.5.ac.7.& infra in dictione Paupertas. *Collector.*

MINISTRI.

Diſtinctio priuilegiorum attinentiũ ad miniſtros.
Cõtẽta ĩ priuilegiis reſpectu miniſtrorũ ſic diſtinguũt. *Collector.*

Primo enim ſunt ibi aliqua quæ particulariter pertinent ad miniſtrum generalem, & hæc habentur ſimul in dictione Generalis miniſter.

Scđo reperiũtur aliqua quæ attinent ad miniſtros ꝓuinciales vel in particulari aut in quibus eſt eis cõis authoritas cũ generali,& hęc ſubdiſtinguuntur,nã quædã cõcernunt electionẽ aut inſtitutionẽ hmõi miniſtrorũ. Iſta aũt habẽtur ſupra in dictione Electio § 3.&.6.& in dictione Cõfirmatioꝑlatorũ § 2. Alia ſpectãt ad authoritatẽ eorũdẽ circa collationes officiorũ prædicationis & confeſſionis & circa abſolutiones & declarationes. Et

hæc continẽtur infra.§.1.&.2.&.4.&.5.& in reliquis ſequentibus vſque ad.11. Alia reſpiciunt eorundem miniſtrorum facultatem ad conferẽdas nonnullas indulgẽtias,& iſta habentur in.§.3.&.12. Vltimo reperitur vbi ſupra aliquod pertinẽs ad huiuſmodi miniſtrorum durationem,hoc autem ponitur in §.13.

1 *Prædicatio.* CLEMENS.4.conceſſit vt ſinguli prouinciales miniſtri in ſuis prouinciis cum diffinitoribus in prouincialibus capitulis congregati habeant plenam authoritatem & facultatẽ examinandi & approbandi fratres mi. in ſacra pagina eruditos & eis officiũ prædicationis(Deum habendo prę oculis) committendi ſicut ex forma regulæ poterat ſolus miniſter generalis. b.fo. 56.Et ffo 139.conce.311.

2 *Abſolutio.* Idem Clemens circa abſolutiones fratrum conceſſit multa miniſtris ꝓut latè habetur ſupra in dictiõe Abſolutio ordinaria quo ad fratres.§.2.&.4 &.6.&.9.ac.10.

3 *Indulgen.* VRBANVS.5.cõceſſit ꝙ miniſtri ꝓuĩciales de ſuis prouinciis poſſint dare ſuffragia indulgentiarũ & orationum ac beneficiorum ſpiritualiũ procuratoribus & aliis qbuſcunq; perſonis deuotis & benefactoribus ꝑdicti ordinis.b.ffo.261.cõce.671. Et ffo.109.conce.454.

4 *Diſpenſatio.* SIXTVS.4.conceſſit generali & prouincialibus miniſtris fratrũ mi. auctoritatẽ copioſam diſpenſandi cum ſuis ſubditis defectum natalium patientibus & cum irregularibus,prout poſitum eſt ad longum ſupra in dictione Diſpebſatio in.§.10.&.12.

5 *Confeſſores.* Idem Sixtus conceſsit prouincialibus carmelitarum, vt in ſuis capitulis poſsint inſtituere fratres ſuos confeſſores,prout habetur ſupra in dictione Confeſsiones & confeſſores.§.3.

6 *Diſpenſatio. Sacerdotium.* INNOCENTIVS. 8. conceſsit ꝙ generalis & prouinciales miniſtri poſsint diſpenſare cum fratribus ſuis vt ad ſacerdotiũ promoueantur in anno.22. completo hoc eſt cũ attingentibus.23.annum.o.fo.63.Et ffo. 69. conce.158.Et ffo.99.conce.356.

7 *Caſus reſeruati.* ALEXANDER.6.quo ad reſeruationem caſuum & abſolutionem à quibuſcũque delictis & cenſuris dedit magnã authoritatẽ miniſtris generalibus & prouincia-

libus, prout ſupra poſitum eſt in dictione Abſolutio ordinaria quo ad fratres §.13.&.14.&.15.

IVLIVS 2. conceſsit vt prouinciales fratrum mi. habeant eandem poteſtatem ſeu facultatem circa moniales S. Claræ. eorũ curæ cõmiſſas, quã Vrbanus 4. in regula prædictarum monialium committit protectoribus dicti ordinis. b. ffo. 72. conce. 220. 8 *Moniales*

Aduertendũ eſt circa hanc conceſsionem, quia multi abuſi ſunt illa credentes quod facultas & poteſtas ſupra dicta collata protectori nũquã fuerit reſtricta, propter quod nõnulli prouinciales & alij prælati ſuperiores dabant licentiam aliquibus perſonis ad ingrediendũ monaſteria prædictarum monialium, cum tamen hoc fuerit expreſsè prohibitum prædicto protectori per Martinum. 5. ac etiam quibuſcunq; aliis prelatis, prout dictũ eſt ſupra in dict. õe Ingredi monaſteria monialiũ § 10. Vide etiam ibi aliam declarationem circa præd. cta. Vide etiam in dictione Protector ordinis § 6. *Collector.* *Nota.*

LEO 10. fecit multas cõceſsiones pertinentes ad miniſtros, quarum aliquæ continentur ſupra in dictione Abſolutio ordinaria quo ad fratres. §. 21. & 22. 9

Idẽ Leo conceſsit miniſtris & eorũ generalibus commiſſariis authoritatẽ determinandi quę dicantur res viles aut parui valoris, vt poſsint dari à fratribus mi. intra & extra ordinem, prout habetur ſupra in dictione Declarare ſeu determinare. §. 1. 10 *Declarare*

Idem Leo cõceſsit præfatis miniſtris authoritatem determinandi in ſcrupulis ſubditorum ſuorum, vt habetur late in prædicta dictione Declarare. §. 5. 11 *Declarare*

Idẽ Leo conceſsit quod omnes prouinciales obſeruãtiæ acta viſitatione ordinaria in conuentibus ſuæ prouinciæ habeant facultatem concedẽdi indulgentiã plenariam omnibus fratribus cuiuſlibet cõuentus ſic viſitati. Et idem de monialibus S. Claræ ac tertiariis in cõgregatione viuentibus. o. ffo. 93. conce. 285. 12 *Indulgen. plena.*

Idẽ Leo ſtatuit ꝙ miniſtri ꝓuinciales vltra trienniũ in ſuis non poſsint continuari officiis, & voluit ꝙ triẽnio elapſo pro abſolutis ab officio à cũctis fratribus habeãtur, ac etiam quod infra dictum trienniũ (ſi minus vtiles 13

inuenti fuerint) poſſint in capitulis prouincialibus ab officiis abſolui. B. ſffo. 30. conce. 97. in fine.

MISSA.

Diſtinctio conceſſionum apoſtolicarum, quæ miſſas concernunt.

Collector. Attẽde quod omnium quæ in priuilegiis habẽtur circa miſſas, quædam pertinent ad locum celebrationis & hæc continentur in dictione Celebratio diuinorũ. §. 1. &. 2. &. 5. ac. 10. Alias ſpectant ad tempus ſeu horam celebrandi & iſta exiſtunt etiam in dictione Celebratio diuinorum. § 3 &. 4 &. 6. &. 7. &. 8. &. 11.

Nonnulla verò attinent ad modum celebrandi & iſta ſunt multiplicia, nã quæ iã ſunt quo ad hymnum angelicũ & hæc habentur in dictione Gloria in excelſis Deo. Quædã quo ad ſymbolum, & hæc habentur in dictione Credo, Quædã quo ad præfationem & hæc habentur in dictione Præfatio. Quædam quo ad totam miſſam, & hæc habentur infra in hac dictione Miſſa.

1 *Pro domicellis.* EVGENIVS. 4 conceſsit quod puellæ nobiles nõ audientes miſſam in diebus dominicis excuſantur ſi ſunt in poteſtate alterius. o. ſffo. 102. conce. 417.

2 *De ſanctis ordinis.* Idem Eugenius conceſsit quod fratres qui noluerint dicere miſſam de dominica infra octauas ſanctorũ noſtri ordinis non teneantur. o. ſffo. 101. conce. 407.

Collector. Attende quod ſupradictum videtur ſolum habere poſſe locum quãdo in huiuſmodi dominica poneretur hiſtoria dominicæ.

3 *Pro clericis ſecularibus.* Leo. 10. ſtatuit in concilio lateraneñ. quod tã prælati eccleſiaſtici quã preſbyteri ſeculares qui vinculo excõmunicationis ligati non fuerint miſſas in eccleſiis quorumlibet fratrum deuotionis cauſa celebrare volentes celebrare poſſint, ipſique fratres tales celebrare volentes libenter recipere debeant. B. ſffo. 25. conce. 70.

4 *Pro conuẽtibus noniter reformatis.* Idem Leo informatus quod in conuentibus quos fratres mino. obſeru. à fratribus conuentualibus eiuſdem ordinis de mandato & licentia ſedis apoſtolicæ reformandos receperunt tot & tanta onera ac fundationes

miſſarum

miſſarũ &aliorũ ſuffragiorũ cõperiuntur vt ſi omnibus ſatisfacere deberent in multis locis fratres non ſufficerent, quinimo opus eſſet quaſi vbique ordinariũ præter mittere officium & alia extraordinaria celebrare &perſoluere: ac in pleriſq; locis prouẽtus & redditus ex quibus celebrationes miſſarum & ſuffragiorum huiuſmodi fundate ſubſtiterant:ſunt probate non ſubſtitere:ſed penitus lienati necnon & paramenta eccleſiaſtica pro quibus etiam ſimilis obligatio excreuerat eſſe omninò conſumpta:decreuit & declarauit quod prædicti fratres qui prouentus & redditus propter quos talia onera impoſita ſunt non percipiunt nec ex voto profeſſionis percipere poſſunt non fuiſſe obligatos: nec eſſe,nec in poſterum ſi contigerit ſimiles reformationes in conuenti bus fieri: teneri ad ſimilia ſuffragia perſoluenda, dummodo tam in communibus officiis quæ quotidie in dictis eccleſiis celebrantur quã in priuatis orationibus: & in extraordinariis miſſis: & ſuffragiis quæ in dicto ordine pro ſingularibus benefactoribus fieri ſtatutũ eſt: illorum qui prædictos redditus:ſeu ornamenta reliquerunt:memoriam ſimiliter faciant. Et ſimili modo cõceſſit quod moniales ſanctæ Claræ ſub cura dictorum fratrum viuentes: vbi ſimiles obligationes in reformatis monaſteriis fortè inuenerint: non teneantur ad huiuſmodi onera, dummodo etiam in communibus officiis:& orationibus priuatis & aliis extraordinariis miſſis & ſuffragiis pro benefactoribus per eas ordinatis & ordinandis eorum memoriam faciant ſpecialem.B.fo. 38.conce.58. *Pro cõuentibus monialium, Claræ.*

5 Idem Leo poſteà informatus quod antè reformationem aliquarum domorum ordinis mino. fratres conuentuales in illis exiſtentes certa bona:ac annuos redditus cum onere celebrandi Miſſas & alia diuina officia & ſuffragia illis relicta poſſidebant,& quod poſt reformationẽ huiuſmodi guardiani & frat. regularis obſeruantiæ in illis exiſtentes bona : ac annuos redditus huiuſmodi, partim dimiſerunt : & partim vendiderunt & præcium illorum in reparationem dictarum domorum & alias neceſſitates fratrum domorum eorundem *Pro cõuentibus nouiter reformatis.*

conuertunt: ac etiam quod in aliquibus locis regularis obſer. dicti ordinis inueniuntur aliquę obligationes per petuę ad miſſas continuè celebrandas per prædeceſſores prælatos prædictorum locorum antea contractas, quas ſi ſeruare deberent fratres præſentes: & pro tẽpore dicta loca inhabitantes: cum ex quotidiana mendicatione: ac laboritio viuere habeant: quotidianæ neceſſitatis præſidio fraudarentur: declarauit & ordinauit, quod cum prædicti fratres iuxta regulæ ſuæ puram & debitam obſeruantiam ex quotidiano laboritio: & humili mendicatione viuere habeant: nõ fuerunt nec ſunt capaces onerum perpetuorum huiuſmodi per quæ temporis progreſſu libertas ſpiritus in miſſis & aliis diuinis officiis ac in acquirendis vitæ neceſſariis commoditas à fratribus prædictis tolleretur. Quare omnes & ſingulas huiuſmodi obligationes pepetuas: tã per fratres conuentuales quã per fratres obſeruantes cum quibuſcunque perſonis contractas: caſſauit & annulauit. Et ne Chriſti fideles, qui pro præfatis perpetuis ſeruitiis ſua bona ſunt elargiti: ſuo fraudentur deſiderio omnia charitatis opera: & diuina ſeruitia quæ in toto dicto ordine celebrantur: & fiunt prædictis chriſti fidelibus: & defunctis per viam ſuffragij: quantum diuinæ placuerit bonitati communicauit. B. ffo. 23. conce. 65.

De obligationibus perpetuis miſſarum.

6 *Prohibitio*

Idem Leo inhibuit diſtrictè miniſtris prouincialibus fratrum mi. regularis obſer. ac ſubditis eorundem: ne huiuſmodi miſſarum: aut aliorum ſeruitiorum onera perpetua vllatenus de cætero acceperent: aut recipiant. B. fo 23. conce. 65.

7 *De miſſis ſuperſtitioſis.*

Idem Leo conceſſit: vt quando fratribus mino. commendantur miſſæ: quæ vulgariter appellantur de Reuelatione, de Sancto Amatore; de Sancto Gregorio de Conſolatione: cum certis candelis; vel aliæ ſimiles: vel quod non diſcontinuentur ſatiſfaciant fratres prædicti dicẽdo illas miſſas ad quas magis diſpoſiti fuerint, maximè de officio de quo illo die recitant, & ad prædictas tali modo recommendatas nullatenus teneantur præcipuè cum videatur hoc quandam ſuperſtitionem ſonare. o. ffo. 93. conce. 289.

Aduertendum eſt quod occaſione huius conceſſionis aliqui illam minus benè intelligentes arbitrati ſunt præ dictam facultatem extendi ad quaſcunque miſſas eis re commendatas, vt de Epiphania de Natiuitate vel plagis ſeu de Paſſione &c. quod tamen eſt omnino falſum propter multa. Primò quia expreſſè litera conceſſionis loquitur de miſſis quæ habent aliquam ſuperſtitionem annexam, prout ibi exēplificatur. Nec obſtat illud quod additur vel aliæ conſimiles quia refertur ad ſuperſtitioſas immediatè exemplificatas. Secundò etiam quia à promiſſione & obligatione licita cuiuſmodi eſt de aliis miſſis non ſuperſtitioſis non poteſt quis (poſtquā obligatus eſt) liberari ſeu diſpenſari abſque conſenſu illius cui ſe obligauit aut ſine alia legitima cauſa, & ideò indubiè tenendum eſt, quod quandocunque aliqua miſſa recommendatur ſine admixtione alicuius ſuperſtitionis debet dici prout fuit recōmendata & acceptata. ſ. tā reſpectu officij quàm etiam loci & temporis &c. *Collector.* *Nota.*

Idem Leo informatus quod in quibuſdā regionibus pro celebratione vnius Miſſæ certa pecuniæ quantitas dari conſueuit in eleemoſynam fratribus mi.tàm valdè parua & tenuis quod dicti fratres ob eleemoſynam quę ſingulariter à pluribus elargitur tot miſſas quot ſunt largientes pro ſingulis celebrare non valent declarauit & conceſsit prædictis fratribus obſer. quod celebrādo vnā miſſam duntaxat ſi eleemoſyna equiualēs vnius Iulij id eſt decimæ partis ducati non elargitur etiàm ſi duas, tres vel quatuor aut plures miſſas celebraturi eſſent occaſione diuerſarum & plurium eleemoſynarum huiuſmodi & in dicta celebranda Miſſa pro omnibus qui pro dictis Miſsis in eleemoſynam vſque ad ſummā huiuſmodi contribuunt commemorationem in genere faciendo in hoc conſcientiarum puritati prædictorum fratrum ſatiſfactum ſit. b. ff fo. 19. conce. 62. 8 *De miſſis pro quibus datur modica eleemoſyna.*

Cauendum eſt omnino ne quis vtatur huiuſmodi cōceſsione, quia re vera nullius eſt valoris, prout multi viri famoſi Theologi & iuriſtæ ſuper hoc cōſulti tēnderunt, nam vltra multa quæ contra huiuſmodi cōceſsionem dici poſſent conſtat benè intuēti relationem quod *Collector.*

Nota. ſubrepticie obtenta eſt. Quapropter reuerendus pater frater Ioannes Glapion: cum inſtitutus eſſet procurator curiæ Romanæ promiſit procurare reuocationem ſeu potius declarationem nullitatis huius conceſſionis, & credendum eſt quod obtinuit, licet ad manus noſtras non perueneris.

Collector. Aduertendum quod audientibus Miſſas in certis feſtiuitatibus: & aliis diebus, ſunt conceſſæ nonnullæ indulgentiæ quæ habentur ſupra in dictione indulgentiæ plena. quo ad fratres. §. 19. & in dictione indulgentiæ quo ad ſeculares. 1. in multis. §.

MONASTERIA.

Diſtinctio indultorum apoſtolicæ ſedis pertinentium ad monaſteria.

Collector. Circa materiam monaſteriorum præſertim monialium ſunt multa ſuperius variis dictionibus poſita quæ hîc repetere ſuperfluum ac nugatorium foret, & ideò ſufficit remittere ad huiuſmodi dictiones.

Et primò quo ad edificationem monaſteriorum habetur ſupra in dictione Edificare. Secundò quo ad exemptionem ipſorum monaſteriorum dictum eſt ſupra in dictione Exemptio. Tertiò quo ad bona monaſteriorum huiuſmodi poſitum eſt ſupra in dictione Bona & etiam in dictione Abbatiſſa. Quartò quo ad acceſſum ad loca exteriora monaſteriorum monialium vbi communiter accedunt ſeculares dictum eſt in dictione Accedere ad monaſteria. Quintò quo ad ingreſſum in clauſuram prædictorum monaſteriorum habetur etiã ſupra in dictione Ingredi ad monaſteria.

Sextò quo ad indulgentias conceſſas viſitantibus huiuſmodi monaſteria aut pro illis manus porrigentibus adiutrices dictum eſt ſuperius in dictione indulgentiæ. quo ad ſeculares. 1. & 2. & 3. & 4.

Vltra prædicta ſunt addenda nonnulla alia monaſteriis pertinentia, prout ſequuntur.

1 INNOCENTIVS. 4. conceſsit fratribus min. vt in monaſteriis monialium S. Claræ in quibus tempore

Gregorij.9 prædicti fratres deputati non fuerunt pro illarum regimine aut ſeruitio non teneantur ibidem morari,nec ad id per literas apoſtolicas arctari poſſint niſi literæ ipſæ plenam fecerint de huiuſmodi indulto mentionem.b ff. 201 conce.495.

Idem Innocẽtius ſtatuit quod in monaſteriis monialium in q̃bus prædicti fratres.mi. deputati fuerint pro ſeruitio monialiũ in ſpiritualibus dũtaxat deſeruiãt & iuriſdictioni & correctiõi miniſtrorum ſuorum ſicut & alij fratres pareant & obediant.B.fo.201. conce.495. 2 *Collector.*

CLEMENS.4. inhibuit,vt nullus eccleſias aut monaſteria ſeu loca fratrum mi.auſu temerario præſumat infringere aut in illis violentiam damnabilem exercere, & voluit quod illi qui ſecus facere præſumpſerint ſententiam excommunicationis incurrant ipſo facto, à non poſſint abſolui niſi per ſedem apoſtolicam aut per conſeruatores eidem ordini deputatos.B.fo.21.Et ff. 105.conce.226. 3 *Excõmunicatio.*

Aduerte q̃ circa hoc poſtea Leo.10 cõceſſit vt p̃fatæ perſonę poſſint abſolui à p̃latis ordinis,prout habetur ſupra in dictione abſolꝰo quo ad ſeculares.2.in.§.14. *Collector.*

CONCILIVM Conſtãtienſe ſtatuit quod generali fratrum mi poſſit monaſteria ſibi ſubdita reformare: atq; ab eis ſuperflua tollere,prout ſupra latius poſitum eſt in dictione generalis miniſter.§.3. 4 *Reformatio.*

MONIALES.

Diſtinctio conceſſionum attinentium ad moniales.

Circa moniales complura cõtinentur in priuilegiis fratrum min.& aliorum mendicantium. Et primo ea quæ attinent in ſpeciali ad electionem abbatiſſarum & authoritatem officij ipſarum,dicta ſunt enim ſupra in dictione Abbatiſſa in.§. vbi eſt hæc dictio Electio. *Collector.*

Secundo illa quæ concernunt ad exemptionem earundem monialium ab ordinariis prælatis eccleſiarum & à decimis aliiſque impoſitionibus vt gabellarum &c. Poſita ſunt etiam ſuperius in dictione Decimæ. §.2.& 3.&.7.&.8 &.9.& in dictione Exemptio.§. 12.&.17.&

20.&.29.&.30. Tertio de indulgentiis & abſolutionibus plenariis eiſdem conceſſis habetur in dictionibus Abſolutio quo ad fratres & Indulgentię quo ad fratres.

Quarto qualiter ſunt præfatè monialibus communicata priuilegia fratrum mi. ac vice verſa fratribus priuilegia ipſarum ſpiritualia duntaxat poſitum eſt in dictione Communicatio priuilegiorum. §.11.

Quinto quomodo teneantur præfatè moniales obſeruare clauſuram ſuorum monaſteriorum & in quibus caſibus poſſint licitè illam egredi habetur ſupra in dictione Clauſura monialium.

Diſtinctio infraſcriptarum conceſſionum.

Collector. Vltra p̄dicta ſunt nonnulla alia quæ huiuſmodi moniales concernunt, & iſtorum quædam pertinent directè ad prælatos ordinis, iſta autem cōtinentur in §.1. & 2.&.3.&.6.&.9.&.17.&.19.&.20.&.22.&.26 ac 27.

Alia ſpectant directè ad moniales & horum quædā pertinent ad communicationem priuilegiorum eis factam, iſta autem continentur in. § 3.&.12. Quædam vero tangunt diſpenſationem, & hæc habentur in. §.4.& 5.&6.&.7.&.8.&.13 &.18.& 21.&.25. Quædā alia pertinent ad abſolutiones, prout habetur in. §.10.&.11.

1 ALEXANDER.4. conceſſit fratribus mi. quod nō teneantur ſuſcipere curam quarūcunque monialium prętextu quarumcunque literarum apoſtolicarum quæ de præſentibus plenam & expreſſam mentionem non fecerint, niſi Romanæ eccleſiæ immediatè eſſent ſubiectę. b. fo. 23.

2 *Viſitatis.* CLEMENS.4. conceſſit fratribus mi. vt ad viſitandū aliqua monaſteria monialium cuiuſcunque ordinis vel ad audiendum confeſſiones earum compelli aliquatenus non poſſint etiam per literas apoſtolicæ ſedis, in quibus non fuerit facta mētio ſpecialis de huiuſmodi indulto, nec magis per legatos vel delegatos eiuſdem ſedis aut per quoſcunque alios. B. fo.57. Et. 140. conceſſione.322.

3 BONIFACIVS 8. innouauit literas Innocentij.4. quibus ſtatuit & declarauit, ꝙ quæcunque moniales cōmiſſæ fuerint gubernationi fratrum min. virtute alicu-

ius indulti apoſtolici non propterea intelligantur eſſe ordinis prædictorum fratrum ſed quod huiuſmodi cõmiſſio ad hoc extẽdatur vt moniales ſic commiſſæ gaudeant priuilegiis conceſſis & concedendis prędictis fratribus, quodque prelati ordinis exhibeant eiſdem monialibus de conſtitutionibus prædicti ordinis mino. ea quę illis competere poſſunt, ac etiã quod miniſtri per ſe vel fratres ſuos quos ad hoc idoneos viderint viſitationis officium eis impendant corrigendo & reformando tã in capite quã in mẽbris quæ correctione & reformatione nouerint indigere inſtituẽdo & deſtituẽdo mutãdo & ordinando, prout ſm Deum viderint expedire, ita tamen quod electio abbatiſſę liberè pertineat ad cõuentum. Et quod cõfeſſiones earundem monialium audiãt & eis eccleſiaſtica ſacramenta adminiſtrent ac inſuper quod poſſint aſſignare & deputare aliquem capellanum ſecularẽ diſcretum tamẽ & prouidum, qui in neceſſitatis articulo præ dictarum monialium cõfeſſiones audiat & alia ſacramenta miniſtret necnon & diuina officia celebret. b. fo. 32. Et ffo. 33. conce. 35.

Cõicatio priuilegi.

Viſitatio.

Nota.

4 EVGENIVS. 4. conceſſit quod moniales S. Claræ ac tertiariæ necnon & aliorum ordinum. ſ. ſub gubernatione fratrum minorum exiſtentes ſolummodo teneãtur ad illa ieiunia ad quæ fratres mi. obſeruantiæ obligati ſunt, & quod eodem modo ſeruent in cibis quadrageſimal. tempore, exceptis debilibus & infirmis, ſed in aliis ieiuniis vt ſunt quattuor tẽpora & vigiliæ apoſtolorum & ſimilia ſeruent conſuetudinem regionis ſecũdum quam liceat eis etiam oua & lacticinia comedere b. fo. 46. Et fo. 42. conce. 47.

Ieiunium.

Diſpenſatio.

5 Idem Eugenius cõceſſit præfatis monialibus. ſ. primæ regulæ S. Claræ, vt non teneantur incedere nudis pedibus diſcaltiatæ, ſed poſſint deferre illa quæ nomine calciamentorum non cẽſentur, vt puta cuquos ligneos ſeu calepodia & ſandalia atque etiã cum oportunum fuerit calciamenta. b. fo. 46. Et ffo. 42. conce. 47.

Diſpenſatio.

6 Idem Eugenius conceſſit quod generales & prouinciales fratrum mino. obſeruantiæ habeant (cum diſcretorum conſilio) facultatem diſpenſandi cum præfatis

Diſpenſatio.

monialibus tam in cibis quã in ſilentio & quibuſcunq; aliis perpetuis quæ in earum regula continentur.b. fo. 47. Et fo.42.conce 47.

7 *Pro moni. prime regule S. Clare. Diſpenſatio.* Idem Eugenius declarauit ac voluit quod in nullius præceptorum primæ regulæ S. Claræ tranſgreſſione (præterquã eorum quatuor quæ cõcernunt principalia vota ſ obedientiæ paupertatis caſtitatis & clauſuræ ac ſuper electione abbatiſſę & eius depoſitione)peccatum mortale præfatè moniales incurrant.b. fo.47. Et ffo. 42 conce 47.

8 *Pro moni. ſecũde regule S. Clare. Diſpenſatio.* Idem Eugenius conceſſit poſtea,quod diſpenſatio per ipſum facta ſuper primam regulam S.Claræ videlicet ꝙ non teneãtur niſi ad quatuor vota & ſuper electione ac depoſitione Abbatiſſæ(prout ſupra poſitum eſt)extenderetur ad moniales ſecundę regulę S. Clarę .ſ. quod non teneantur niſi ad ſupradicta ſub pena peccati mortalis.o.ffo.261 conceſſione.674.

9 *De receptione nouitiarũ & capellani.* NICOLAVS.5.ſtatuit quod moniales S. Claræ niſi de generalis vel viſitatoris earũ expreſſa licentia aliquã ad religionẽ vel ꝓfeſſionẽ recipere valeãt, & quod nullum (niſi qui à p̃rato generali ſeu viſitatore pro idoneo reputatus fuerit)in earum capellanum recipere ſeu receptum retinere præſumãt.b.fo.48.& fo.43.conce.48.

10 *Abſolutio.* Idem Nicolaus conceſſit eiſdẽ monialibus ac earum ſeruitricibus copioſam facultatem qua vti poſſint confeſſores ipſarum prout latè poſita eſt ſupra in dictione Abſolutio ordinaria quo ad fratres.§.8.

11 *Pro moni. collectaneis.* SIXTVS.4.cõceſſit quod dictæ moniales collectaneæ(ſcilicet primæ regulæ S. Claræ) poſſint abſolui à miniſtris ſeu viſitatoribus & earum confeſſoribus ab omnibus criminibus pœnis & cenſuris etiã ſedi apoſtolicæ reſeruatis quoties opus fuerit, & quod ipſe & earũ nouitiæ poſsint promererri omnes indulgentias almæ vrbis viſitando ſuas eccleſias.o.ffo 261.conce.678.

12 *Cõicatio priuilegi.* Idem Sixtus conceſsit vt ſorores S. Claræ ſub cura fratrum mi.obſer.gaudeant omnibus priuilegiis gratiis & exemptionibus in genere ſororibus collectaneis factis.o.ffo.261.conce.677.

13 Idem Sixtus conceſsit omnibus monialibus S.Claræ

ac ſororibus tertij ordinis curæ fratrum mi. commiſsis quod poſsint tangere & lauare ſacros pannos exceptis corporalibus. *pro monial. S. Claræ ac tertiariis.*

Et poſtmodum conceſsit idem, vt omnes ſorores ſupraſcriptæ ſub clauſura & congregatione viuentes etiã corporalia & purificatoria tangere poſsint, dummodo ſteterint lota à fratribus.o.ffo.6 2.Et ffo.6 6 conce.97. Et ffo.95 conce.318. *Corporalia.*

Idem Sixtus communicauit ſororibus S.Claræ viuẽtibus ſub obedientia fratrum ciſmontanorum declarationes primæ regulæ S.Claræ, quarum principium eſt. Quam admiranda virginis &c. quas quondam magiſter Guilelmus de Caſſali miniſter ordinis mi. auctoritate apoſtolica compoſuit, citra tamen obligationis vinculum, ſed ſicut fuerit viſum generali cum conſilio aliquorum proborum patrum.o.fo.63.Et ffo. 67 conce.124. 14

INNOCENTIVS.8.declarauit quod moniales (q̃ neſciunt diſcernere inter intentionem primariã quæ cauſat ſymoniam & ſecundam) nunquã incurrant ſymoniam niſi in duobus caſibus ſcilicet quando paciſcuntur de aliquo dando vel ſoluendo pro ingreſſu, & quando recipiunt inhabiles ob ſpem habendi aliquid, quia tunc eſt illa principalis intentio.o.ffo.69. conce.151.& ffo.99.conce.363. 15 *Symonia.*

Idem Innocentius conceſsit prædictis monialibus, ꝙ ſine ſcrupulo cõſcientiæ poſsint petere quę ſibi promiſſa fuerunt ante ingreſſum o.ffo.69.cõce.152.& ffo.99. conceſsione 364. 16

ALEXANDER.6.declarauit, ꝙ licet aliquarũ monialium gubernatio & viſitatio ſit commiſſa prouincialibus vel cuſtodibus ſeu viſitatoribus aut guardianis non propterea ſint exemptæ à iuriſdictione generalis, ſed quod huiuſmodi generalis eandem authoritatem habeat in præmiſsis quam prouinciales cuſtodes viſitatores ſeu guardiani vel alij fratres ei ſubditi habent. b. fo 59.& ffo.55.conce.63. 17 *Generalis miniſter. Viſitatio.*

Idem Alexander declarauit, quod moniales S. Claræ non ſunt obligatę ad habendũ oſtium in ſublimi parte 18 *Clauſura.*

monaſteriorum ſuorum cum ſcala leuatoria, ad tenendum oſtium inferius muro à parte exteriori clauſum prout in earum regula continetur, ſed ꝙ liceat eis loco huiuſmodi oſtij ſuperioris habere oſtium in aliquo loco inferiori cõmodo & conuenienti, & præter illud etiã aliud oſtium maius muratum à parte exteriori non clauſum, Et voluit ꝙ ne illud oſtium totum ꝓ cuiuſlibet rei & perſonæ intromiſsione aperire oporteat in eo oſtiolum paruum habere poſsint, quæ quidẽ ambo oſtia ſint clauibus ſeris & repagulis iuxta ipſius ordinis inſtituta munita. B. fo. 52. & ffo 135. conce. 301.

Diſpenſatio.

19 *Regimen monialiũ.* IVLIVS. 2. ſtatuit: quod fratres mi. obſer. cõpelli ne queant ad recipiendum curã monialium etiã per literas apoſtolicas: & adhuc de huiuſmodi facientes mentionẽ niſi impetratæ fuerint per protectorem & generalem prædicti ordinis, Et voluit quod aliter recipientes huiuſmodi curam ipſo facto excõmunicationis latæ ſententiæ penam incurrant. B. ffo. 207, conce. 509.

Excõmunicatio.

20 *Miniſtri prouincia.* Idẽ Iulius conceſsit prouincialibus ordinis mi. illam authoritatẽ ſuper moniales S. Claræ eis commiſſas quã regula ipſarum per Vrbanũ ordinata cõcedit protectoribus eiuſdem ordinis. B. ffo. 112. conce. 517.

Collector. Aduerte ꝙ ꝑdicta authoritas protectoribus ꝑ Vrbanũ conceſſa fuit poſtea reſtricta ꝑ Martinum. 5. vt patet ſupra in dictione Ingredi monaſteria. §. 10. & ideo ꝓuinciales non debent vti præfata authoritate eo modo quo prius fuit data: ſed ſicut poſtea inuenitur reſtricta.

21 *Euchariſtia.* LEO 10. conceſsit monialibus S. Claræ ac cõceptionis beatæ Mariæ: & tertij ordinis S. Franciſci vt præcepto regulæ de percipiendo ſanctiſsimum ſacramentum ſatisfaciant per aliquos dies anteponendo: vel poſtponẽdo, dum tamen illud in fraudem non faciant. O ffo. 61. conce. 191.

Diſpenſatio.

22 *De viſitatoribus.* Idẽ Leo cõfirmauit & approbauit ſtatutum editum in capitulo generali Lugdunẽſi diſponens quod moniales S. Claræ nullos habeant viſitatores: niſi per miniſtros prouinciales in capitulis prouincialibus inſtitutos ac potiori pro cautela hoc idem de nouo ſtatuit: & ordinauit mandans in virtute ſanctę obediẽtiæ ſub excõmuni-

Excõmunicatio.

cationis latæ ſententiæ pena: à qua non niſi à Romano pontifice (præterquã in mortis articulo) abſolui poſſint vt prædictum ſtatutum firmiter & inuiolabiliter obſeruetur decernens irritum & inane quicquid ſecus à quoquã quauis authoritate fieri ſeu attentari contigerit. B. ffo.38.conce.123.

Idem Leo motu proprio & ex certa ſcientia & poteſtatis plenitudine ac ſub excommunicationis ſententia præcepit monialibus S. Claræ ac vniuerſis & ſingulis aliis ſub cura fratrum mi. pro tempore degẽtibus, quatenus ipſę iuxta regulares in hactenus celebratis & impoſterum celebrandis capitulis generalibus ſeu prouincialibus æditas & factas conſtitutiones ac deſuper ab earum prouinciali ſeu aliis ſuperioribus traditam formam obedire teneantur, & in earum aſſumpta profeſſione altiſſimo famulatum impendere debeant. B. fffo. 40.conce.128. 23 *Excõmunicatio.* *Statuta.*

Idem Leo declarauit moniales S. Claræ ſub cura fratrum mi. viuẽtes non teneri ad officium defunctorum, niſi prout tenẽtur prædicti fratres mi. quorum ritui in diuinorum perſolutione regula ipſarum præcepit eas conformari. B. fffo 41 conce.129. 24 *Officium diuinum.*

Idem Leo quo ad obligationem perſoluendi officium diuinum in choro decreuit etiam ſanas moniales præfatas non teneri ſemper officium huiuſmodi in choro perſoluere, ac exonerando conſcientiam ipſarum monialium diſcretioni abbatiſſarum pro tempore exiſtentium cõmiſit, vt quando & quomodo ſiue cum quibus ſit hæc remiſſio ſiue exemptio toleranda ſolerter inuigilent & diligenter aduertant & prudenter concedant, ne ſub colore pietatis ex nimia indulgentia permittant in aliqua ſororum ſeu monialium habitum generari diuinæ offenſionis. B. fffo.41. conce.130. 25 *Officium diuinum.* *Diſpenſatio.*

26 Idẽ Leo mãdauit monialibus S. Claræ & ſororib⁹ tertiæ regulæ in virtute S. obedientiæ & ſub excõmunicationis latæ ſententiæ pena quatenus miniſtrũ generalẽ fratrũ mi. pro tpe exiſtentem ad officiũ viſitationis admittãt, ſeq; & eaꝝ domos ac monaſteria & loca viſita- *Excõmunicatio.* *Generalis miniſter.* *Viſitatio.*

De fratr. habētibus curā mo. ti in capite:& in membris:ac corrigi:& puniti permittant, ac etiā vt ſalubria monita: & correctiones per huiuſmodi miniſtrum generalem facienda omni cum humilitate ſuſcipiant, Et ſub ſimilibus penis: & cenſuris præcepit fratribus vniuerſis eiuſdē ordinis & præſertim confeſſoribus: & viſitatoribus earundem monialium: & ſororum,ne aliquē actum confeſsionis:ſeu viſitationis exercere audeāt:vel præſumant,niſi moniales: & ſorores ipſæ mandatis huiuſmodi generalis miniſtri realiter:& cum effectu paruerint.B ffo.34.conce 118.

27 *De viſitatoribus.* Idem Leo ex certa ſcientia:& de plenitudine ſuæ poteſtatis ſtatuit:& ordinauit,quod illi fratres mi. qui antea vocabantur viſitatores monialium de cætero nuncupentur cōmiſſarij prouincialium,ac quod cōmiſſarij huiuſmodi & confeſſores prædictarum monialium vltra triennium officia ſua exercere nullatenus poſsint, illoque finito vel antea ſi expediens videbitur talis commiſſarius ab officio abſoluatur.Et voluit vt ad cognoſcendum defectus præfatorum cōmiſſariorū poſsit quilibet prouincialis in prouincia ſibi deputata reſpectiuè monaſteria domos & loca monialium prædictarum & religioſarum ingredi,& quod de viſitationis modo ac cōmiſſarij & cōfeſſorū meritis ac vitę integritate in eiſdem monaſteriis ſiue domibus liberè inquirere valeat, Ac inſuper vniuerſis & ſingulis monaſteriorum & domorum prædictarū abbatiſsis & monialibus ſub excōmunicationis ſentētiæ ac officiorum ſuorū priuationis & ad illa inhabilitationis & alia impoſterum obtinenda ſi cōtrafecerint ſine alia declaratione incurrendis penis ac ſub obteſtatiōe diuini iudicij & interminatione maledictionis æternæ diſtrictè præcipiēdo mandauit,quatenus infra vnius diei ſpacium poſtquā ad huiuſmodi inquiſitionē proceſſum fuerit de viſitationis modo ac meritis & idoneitate cōmiſſariorū & cōfeſſorum prædictorū omni exceptione & contradictione ceſſante ac appellationis & aliis defenſionis remediis tanquā cōtra verā correctionē & debitā obedientiā interpoſitis ſublatis & quibuſuis in contrarium ſub quibuſcunq; verborum formis eiſdē abbatiſſis monialibus & religioſis

Excōmunicatio.

Appellatio.

earũq; monaſteriis conceſſis priuilegiis indultis ac literis apoſtolicis ſua vota deponere,& in publicũ aut alias (prout per huiuſmodi prouinciales deſuper ordinatum fuerit)redigere teneantur & aſtrictè exiſtant, Et circa hoc dat iudices & conſeruatores cum magnis non obſtantiis.B.fiſo.49.conce.145.

MVLIERES.

Diſtinctio conceſſionum concernentium mulieres quæ non ſunt moniales.

Circa mulieres q̃ non ſunt moniales ſunt pleraq; ordinata & conceſſa in priuilegiis fratrũ mẽdicantiũ à variis ſummis põtificibus.Et primo qui & qualiter poſſint ingredi monaſteria monialiũ poſitũ eſt ſupra in dictione Ingredi monaſteria § 13.Secũdo qualiter poſſint abſolui mulieres etiã mala intẽtione prædicta monaſteria intrantes habetur ſupra in dictione abſolutio quo ad ſeculares.2.in §.8 Tertio in particulari de mulieribus ſeruitricibus monialium habetur in dictione Ingredi monaſteria.§.13.& qualiter huiuſmodi mulieres ſeruitrices poſſint abſolui à fratribus mi.eiſq; eccleſiaſtica ſacramenta cõferri,habetur ſupra in dictione Abſolutio ordinaria quo ad fratres.§,8.prope finem.Et infra in dictione Seruitrices monialium,vbi ponuntur aliqua quæ concernunt huiuſmodi ſeruitrices. *Collector.*

Vltra prædicta ſequuntur nonnulla pertinentia ad mulieres quæ ſub religionibus mẽdicantibus militant, licet non ſint moniales.

1

EVGENIVS.4.Et Martinus.5. confirmauerunt literas Bonifacij.9.inſerendo illas de verbo ad verbũ,in quibus cõceditur ꝓ generali & cuilibet ꝓuinciali priori ordinis heremitarũ S.Auguſtini in quibuſcũque ꝓuinciis conſtitutis ſit licitũ quaſcunque mulieres idoneas aliquod canonicũ obſtaculũ nõ habentes q̃ habitũ regularẽ dicti ordinis ad inſtar mãtellatarũ ſeu pinzocherarũ ordinum fratrum mi.& prædicatorum habere ac geſtare voluerint tam virgines quam matronas ac viduas in mãtellatas ſeu pinzocheras prædicti ordinis *Ex priuil. fratrum Auguſti.*

heremitarum recipere & admittere, ac earum ſingulis habitum regularem & regulam eiuſdem ordinis hæremitarum exhibere ad inſtar huiuſmodi mantellatarum ſeu pinzocherarum ordinum fratrum mi.& prædicatorum præfatorum,prout ſibi Deum ſaluti animarũ earũdẽ ſalubrius viſum fuerit expedire, Et voluit ꝙ huiuſmodi mulieres gaudeant & gaudere poſſint & debeant tam exemptionis priuilegio quã oĩbus immunitatibus libertatibus indulgentiis ac aliis priuilegiis quibuſcunque præfato ordini hæremitarũ eiuſque fratrib⁹ & perſonis per ſedẽ apoſtolicã conceſſis ac impoſterũ concedendis.B. ffo.246.conce 596 &.597.

Cõmunicatio priuilegio.

Collector.

Aduertendũ eſt quod in libris monumentorũ ordinis non habetur quicunque cõceſſum fratribus mi aut prædicatoribus in huiuſmodi materia, & ideo vix poterit procedere aliquid hæc conceſſio,cum referatur ad priuilegia quæ non apparent.

Cõicatio priuilegio.

SIXTVS.4.confirmauit ſupra ſcriptam conceſſionẽ Eugenij &c. & conceſſit præfatis mulieribus, ꝙ oĩbus & ſingulis priuilegiis immunitatibus fauoribus gratiis & indultis ſpiritualibus & temporalibus ordini & fratribus prædictis conceſſis & concedendis & quibus illi in genere quomodolibet potiuntur & gaudent tã in vita quã in mortis articulo etiã circa peccatorũ remiſſionem & iniunctarum pœnitentiarum relaxationem vti potiri & gaudere ac participes eſſe poſsint ac debeãt,& quod liceat fratribus præfatis eiſdẽ pinzocheris & mantellatis perſonis in earum etiã domibus quoties opus fuerit euchariſtiæ & extremę vnctionis ſacramenta miniſtrare,ac illarum cadauera tumulanda deferre etiam parrochialium eccleſiarum perſonarum earundem rectorum licentia deſuper minimè requiſita & contradictione qualibet non obſtante.B.ffo. 249. conce.622.

Adminiſtratio ſacramẽtorũ

Collector.

Aduerte quod circa vltimam clauſulam ſupraſcriptã ordinatum eſt aliter in concilio Lateranẽ. prout ponitur infra.§.6.

Ex priuil. Carmelit.

Idem Sixtus fecit conſimilem conceſsionem ordini fratrum Carmelitarum quaſi ad literã vt ſupra additur

tũ in fine ꝙ p̃fati fratres Carmelitæ poſsint ſuis pinzocheris & mantellatis perſonis etiã in earũ domibus quoties opus fuerit confeſsionibus diligenter auditis de abſolutionis beneficio ꝓuidere &c. vt ſupra. Et quod dũ huiuſmodi perſonas decedere contigerit poſsint earũ cadauera ad eorundẽ fratrũ eccleſias tumulanda deferre, Non obſtante contradictione rectorum parrochialium &c. B. fo. 96. Et ffo. 180. conce. 426. *Abſolutio.* *Sepultura*

Circa prædicta. vide infra. §. 6.

Idẽ Sixtus conceſsit generali & prouincialibus prioribus ordi. Carmelita. eandem authoritatem recipiendi pręfatas pinzocheras & mantellatas ſicut cõceſſerat ordini hæremitarũ S. Aug. ſub ſimili tenore ſicut ſ̃ poſitũ eſt. B. fo. 101. & ffo. 184. conce. 462. 4

L e o. 10. declarauit p̃fatas mantellatas ordinis S. Auguſtini oĩbus & ſingulis priuilegiis gratiis & indultis quæ in mari magno ſeu aliis conceſsionibus tã per ipſum quã per alios Romanos pontifices prædeceſſores ordini antedicto conceſsis continentur plenæ ac largiter perfrui poſſe & debere. b. fffo. 122. conce. 556. 5 *Ex priuil. Auguſtin.*

Idẽ Leo in concilio Lateranenſi ſtatuit quod præfatè mãtellatæ & pinzocheræ quorũlibet ordinũ in propriis domibus habitantes eligere valeant ſepulturam vbi voluerint, Et quod die paſchatis tantum eucharistiam necnon extremã vnctionẽ cæteraque eccleſiaſtica ſacr̃a (pœnitẽtiæ ſacr̃o dũtaxat excepto) à proprio ſacerdote recipere, & ad onera q̃ laicis incumbunt pferenda teneãtur ac decreuit ꝙ in foro ſeculari coram iudicibus ſecularibus conueniri poſsint. B. fffo. 26. conce. 86. 6 *Sepultura* *Sacramẽta.*

Aduerte quod hoc decretum declaratur & limitatur conceſsione ſequenti. *Collector.*

Idẽ Leo poſtea referendo præfatum ſtatutum per eũ in cõcilio factum quia occaſiõe illius aliquæ dubitationes exortæ fuerunt ad tollẽdũ omne dubiũ motu proprio & ex certa ſciẽtia de ap̃licæ ptãtis plenitudine decreuit & declarauit quod præfatum ſtatutum minimè intelligi debeat de facientibus votum ſolenne religionis ita vt mulieres virginalem vitam aut cælibem ſolenniter vouentes etiam in conſanguineorum vel affi- *De mulieribus vouẽtibus ſolã caſtitatẽ.*

niũ ſuorũ vel ꝓpriis domibus aut ſeorſum habitantes priuilegiis & immunitatibus prædictis in oĩbus & per omnia frui & gaudere debeant. B. ffo.28.conce.91.

NOVITIVS.

Diſtinctio conceſſionum pertinentium ad nouitios fratrum mi.& aliorum mendicantium.

Collector. Aduertendũ quod conceſſionum attinentium ad nouitios quædam pertinent ad receptionem ipſorũ ad habitũ & hæc cõtinetur. §.2.&.3.&.7.&.11. vſque ad 14. Alia ſpectãt ad eorũdẽ nouitiorũ abſolutionẽ & diſpẽſationẽ, iſta aũt cõtinẽt in.§.6.&.9.&.19. Nõnulla ptinẽt ad ipſorũ nouitiorũ ꝓfeſſionis emiſſionẽ, & hmõi exiſtunt in.§.1.& 4 & 5.&.16. vſque ad.20. Reliqua verò cõcernunt diſpoſitionẽ bonorũ ipſorũ nouitiorũ, & iſta habentur in.§ 10.&.15.& 19.

1 *Prohibitio* HONORIVS.3. inhibuit prælatis ordinis minorũ ne aliquẽ ad ſui ordinis profeſsionem admittant, niſi per annum in probatione fuerit. B.ffo.101.con.213.

2 *Prohibitio* INNOCENTIVS. 4. ſtatuit vt fratres prædicatores prætextu alicuius conceſſionis eis factæ vel faciẽdæ expræſſam mentionem de hoc priuilegio non facientis non poſsint recipere ordini fratrum mi. obligatos voto vel iuramento. b ffo.5.

3 *Prohibitio* Idẽ Innocentius ſtatuit, & in virtute ſanctæ obedientiæ & ſub excõmunicationis pena ipſo facto incurrenda & à qua nequaquam abſolui poſsint niſi per ſedem apoſtolicã præcepit miniſtris & fratribus ordinis mi. ne præſumãt recipere vllo modo prædicatores & eorum ordini votorum vel iuramento etiam obligatos prætextu alicuius indulti apoſtolici obtenti vel obtinendi de huiuſmodi literis expreſſam mentionem non facientis niſi prius prioris ſui petita licentia & obtẽta, poſtea tamen declarauit hoc de illis intelligi, quos poſt annum probationis elapſum eorum conſtiterit ordini obligatos. B.fo.19.&.ffo.103.conce.218.

4 *Excõmunicatio.* Idem Innocentius prohibuit ſub excõmunicationis pena aliquem ante annum probationis elapſum ad

profeſſionem

profeſſionem recipi,aut quominus ad aliam tranſeat re ligionem impediri,& profeſſionem aliter factam irritã mandauit eſſe & nullam.B.fo.119.Et b.ffo.5. *Profeſſio.*

5 Idem Innocentius diſtrictè inhibuit fratribus prædicatoribus & minoribus,ne antè annum probationis ela pſum quẽquã ad profeſſionem ſuorum ordinum præſu mant recipere,nec conſtitutum in probatione nouiciũ aliqualiter impedire: quo minus infra eundẽ probationis annum ad aliã religionem quã maluerit tranſeat,ſicut de ſua proceſſerit voluntate.B.ffo.103. conce. 118. *Prohibitio* *Profeſſio.*

6 Idem Innocentius conceſſit generali & prouincialibus miniſtris fratrum mi. vt poſſint abſoluere nouitios excõicatos ꝓ iniectiõe manuũ in ſeipſos,ꝑut habetur ſupra in dictione Abſolutio ordinaria quo ad frẽs.§.1. *Abſolutio.*

7 ALEXANDER. 4. præcepit in virtute ſanctæ obedientiæ magiſtro & fratribus ordinis prędicatorũ &ſub excõicatiõis pena ipſo facto incurrẽda:à qua nequaquã abſolui valeant niſi per ſedem apoſtolicam quatenus non recipiant ad ſuum ordinem fratres ordinis mino. aut eos qui voto vel iuramento eidẽ ordini mi. fuerint obligati , niſi prius petita fuerit & obtenta miniſtri ſui licentia:etiam prætextu alicuius indulti:ſeu aliquarum litterarum obtentarum à ſede apoſtolica vel in poſterũ obtinendarũ quæ de pſentibus expreſſam non fecerint mentionem,& decreuit irritum & inane quicquid ſecus in hac parte cõtigerit attentari.b,ffo.201. conce 496. *Excõmunicatio.* *Prohibitio*

8 CLEMENS.4.voluit quod ſi aliqui nouitij oſtenderint talia ſigna per quæ euidenter appareat eos voluiſſe perpetuò ſeculum deſerere:ac ſub de cætero domino deſeruire: & poſtea reuerſi fuerint ad ſeculum cõpellãtur per eccleſiarum prælatos (quando ex parte fratrum fuerint requiſiti) vt ad aliquem ordinẽ ſe debeant trãſferre.b.fffo.55.

9 Idem Clemens fecit quandam latiſſimam conceſsionem circa abſolutionem quæ nouitiis poteſt impendi quæ conceſsio poſita eſt ſupra in dictione Abſolutio ordinaria quo ad fratres in.§.4.&,6. *Abſolutio.*

Aduertere tamen oportet quod in hac conceſsione abſolutionis nullum caſum excipit dicendo(prout dici *Collector.*

ſolitum eſt) niſi caſus adeo grauis &c. ex quo videtur quod ampliorē gratiā voluit facere venientibus ad ordinē ne impediretur eorū cōuerſio ad Deū, quā iā profeſſis, in quorū conceſſione abſolutionis ponitur prædicta exceptio, attamē in caſibus contentis in bulla Cenæ Dñi non auderē aſſerere: quod poſſint venientes abſolui: & minus alij abſque noua conceſſione poſt prædictæ bullæ pronunciationem quolibet anno impetratā, quia caſus illi quolibet anno de nouo reſeruantur cum derogationibus priuilegiorum ordinum, & eximiis nō obſtantiis, de quo vide ſupra in dictione Abſolutio ordinaria quo ad fratres poſt. §. 9.

10 *Reſtitutio incertorū.* Idem Clemens conceſſit, quod ſi aliqui habitū fratrū mi aſſumentes diuerſis perſonis quę ſciri & inueniri nō poſſunt aliqua bona reſtituere teneantur: poſſint miniſtri & cuſtodes: & vicarij eorum ſinguli in locis ſibi cōmiſſis: bona ipſa in pios vſus conuertere, prout ſecundū Deum viderint expedire. b. fo. 58. Et ffo. 141. cōce. 334.

Collector. Circa prædicta vide ampliorem conceſſionē. §. 15.

11 *Quibus liceat recipere nouitios* NICOLAVS. 3. in declaratione regulæ fratrum minorum conceſſit & ſtatuit licere non ſolum generali ſed etiam prouincialibus miniſtris perſonas fugientes à ſeculo in fratres recipere, quæ tamen prouincialium miniſtrorum licentia per miniſtrum generalē poſſit arctari, ſicut expedire viderit. Et declarauit quòd vicarij miniſtrorum prouincialium ex officio vicariatus: licentiā hanc ſibi nouerint interdictam, niſi per miniſtros eoſdem hoc ipſis vicariis ſpecialiter committatur, quibus miniſtris hoc poſſe cōmittere vicariis & aliis licentiam conceſſit. b. fo. 10. Et b. ffo. 12. ſecundi tracta. arti. 7.

12 Idem Nicolaus circa hoc addidit dicens. Caueāt tamē ipſi prouinciales quod hoc nō indiſcretè nec paſſim, ſed ſic cōſideratè cōmittant: ac ſic illos quibus hoc cōmitti contigerit fidelibus conſiliis fulciant, quod omnia di-
13 ſcretè procedant, vbi ſupra immediatè.

Profeſſio. Idem Nicolaus ſuperaddidit circa hanc materiam, quod nō indifferenter omnes admittantur ad ordinem: ſed illi tantum qui ſuffragantibus eis litteratura & idoneitate vel aliis circunſtantiis: poſſint vtiles eſſe ordinī

ſibique per vitæ meritum & aliis proficere per exẽplum vbi ſupra allegatum eſt in fine.§.11.

NICOLAVS.5.ſtatuit ꝙ moniales ſanctæ Claræ ni ſi de prouincialis ſeu viſitatoris ſui expreſſa licentia recipere valeant aliquam ad religionem vel profeſsionẽ b.fo.48.& ffo.43.conce.44. 14 *Prohibitio contra moniales.*

SIXTVS.4. cõceſsit magiſtro generali & prioribus prouincialibus ac prioribus localibus ordinis fratrum carme.vt ſinguli eorum in locis ſibi cõmiſsis poſsint & valeant in pios vſus conuertere : bona quæ nouitij ad ordinem prædictum venientes renetur reſtituere diuerſis perſonis : quæ ſciri & inueniri non poſſunt. B. fffo. 103.& fffo.180.conceſsione.474. 15 *Ex priuil. Carmelit.*

Aduertendum eſt quod virtute huius conceſsionis & communicationis priuilegiorum poterunt guardiani ordinis fratrum minorum hoc idẽ facere, licet perClementem. 4. fuerit iſtud tantum conceſſum miniſtris & cuſtodibus, vt patet ſupra.§.10. *Collect. Pro guardianis.*

IVLIVS.2.ſtatuit quod cum aliqui fratres in ordine min.annum probationis inceperint:ac deinde habitum dimiſerint,ſed poſtea ad ipſum ordinem redierint tempus prioris receptionis habitus cum tempore poſterioris ſibi computari vel non computari poſsit : iuxta diſcretionem & determinationem ſuorum ſuperiorum B. ffo.127.conce.283. 16 *Profeſſio.*

Idem Iulius cõceſsit ordini hæremitarum.ſ. Augu.vt qcunq; nouitius in huiuſmodi religione promotus fuerit ad ſacros ordines habeatꝰ ꝓ profeſſo, & ꝙ habitũ p̃dicti ordinis relinquere : aut mutare nulla auctoritate poſsit,niſi licentiam in ſcriptis à generali præfati ordinis obtinuerit.b.fo.266.cõ.649.&.b.fffo.67. cõ.213. 17 *Ex priuil. Auguſtin.*

LEO.10. fecit quandam conceſsionem ſeu ſtatutum circa electionem nouitiorum & profeſſorum ab ordine,prout poſitum eſt ſupra in dictione Eijcere ab ordine.§.5.vide ibi. 18 *Eijcere ab ordine.*

Idem Leo in concilio Lateranenſi ſtatuit,quod excõmunicati volentes profiteri aliquem ordinem mendicantium,vbi de intereſſe tertij agitur: abſolui non poſſunt niſi præuia ſatiſfactione.B.ffo.26.conce.84. 19 *Profeſſio.*

20 *Pro fratr. & monia.* Idem Leo conceſsit, vt quando contigerit quod auctoritate apoſtolica cōceſſum fuerit aliquibus fratrib^9 vel monialibus diuerſarum religionum poſſe tranſire ad ordinē fratrum minorū aut ſanctæ Claræ, quod attēto quod tales iam ſunt nutriti in aliis ordinibus: vnde præſumitur de ieiuniis & aliis aſperitatibus religionis eſſe inſtructos: poſsint facere profeſsionem tanto tempore *Profeſſi.* ante annum probationis de iure cōmuni taxatum quāto prælato prædicti ordinis mi. de conſilio diſcretorum fratrum vel diſcretarum monialium reſpectiuè illius domus: in qua fecerint ꝓbationē: viſum fuerit, dū tamē fratres & moniales huiuſmodi fuerint inter obſeruantes ſuorum ordinum profeſsi: & nutriti: & ad obſeruantes prædicti ordinis minorum tranſire voluerint & non alias. ffo 94. conce. 295.

Collector. Aduerte ꝙ forma receptionis nouitiorum ad probationem ordinis minorum: & ad profeſsionem eiuſdem ordinis habetur ffo. 275. Et quo ad moniales. ffo. 299.

1 *Habitus ordinis.* HONORIVS. 3. ſtatuit quod nullus fratrum min. poſt factam profeſsionem ordinem prædictum relinquere audeat: nec relinquentem alicui ſit licitum retinere. Inhibuit etiam ne ſub habitu prædicti ordinis liceat alicui extra obedientiam euagari, & quod ſiqui fortè hoc præſumpſerint: liceat prælatis dicti ordinis in fratres ipſos donec reſipuerint cenſuram eccleſiaſticam exercere. B. ffo. 101. conceſsione. 213.

2 *Apoſtate* CLEMENS. 4 inhibuit ne quis poſt profeſsionem in ordine fratrum minorum factam ſine generalis vel prouincialis ſui licentia diſcedat ab ipſo ordine, prout latè poſitum eſt ſupra in dictione Apoſtatæ §. 7. cum additionibus ibidem poſitis.

3 *Apoſtate* Idem Clemens fecit quoddam ſtatutum circa præfatam materiam quod poſitum eſt ſupra in dictione Apoſtate § 8.

4 *De tertiariis.* SIXTVS. 4. ſtatuit aliqua circa obedientiam & ſubiectionem quam fratres & ſorores tertiæ regulæ Sancti Franciſci tenentur exhibere, quæ ponuntur infra in dictione Tertiarij. §. 8. Et habetur. B. fo. 8. &. ffo. 93. cōceſsione. 201.

ALEXANDER. 6. inhibuit fratribus minoribus obſeruantiæ, ne prætextu literarum apoſtolicarū ſe ab obedientia ſuorum prelatorum ſubtrahere audeant vel alio prelato eiuſdem ordinis ſe ſubdant, vel extra conuentus & loca fratrum maneant, niſi de conſenſu generalium prouincialium ſeu commiſſariorum generalis, ſuper quo dat iudices & conſeruatores cū magnis clauſulis & non obſtantiis latiſſimis. B. ffo. 14. Et ffo. 99. conceſſione. 209. 5 *Ex empti.*

IVLIVS. 2. prohibuit ſimiliter ſicut Alexander p̃fatus, & addidit contra cōmorantes cauſa ſtudij vel alias extra domos ordinis, ſed hæc cū multis aliis hanc materiā obedientiæ tangentibus poſita ſunt ſupra in dictione apoſtatæ in multis paragraphis, vide ibi. 6

OBLATI FRATRVM VEL MONIALIVM.

EVGENIVS. 4. fecit magnam conceſſionem circa abſolutionem oblatorum & perpetuo donatorum ꝓ ſemel in vita, ſicut poſitū eſt ſupra ad lōgū in dictiōe Abſolutio ordinaria quo ad fratres. §. 7. & in dictione Abſolutio extraordinaria quo ad fratres §. 2. 1

SIXTVS. 4. conceſſit quod oblati & oblatæ ordinis fratrū carmelitarū gaudeant priuilegiis & gratiis dicti ordinis ſicut gaudere poſſunt mulieres mantellatæ & pizocheræ ſub dicto ordine viuentes quæ ſunt (vt credo) velut tertiarij ordinis mino. quibus conceſſum eſt poſſe gaudere omnibus priuilegiis fratrum. B. fo. 97. & ffo. 180. conce. 427. 2 *Ex priuil. Carmelit.*

Idē Sixtus conceſſit oblatis fratrū ordinis hæremitarū S. Auguſtini oīa & ſingula priuilegia & indulta cōceſſa fratribus & ſororib⁹ de peni. ac mātellatis & pizocheris ſub dicto ordine degentibus, & decreuit in eis locū habere debere perinde ac ſi pro eiſdē oblatis perſonis & circa illas emanaſſent. b. ffo. 249. conce. 623. 3 *Ex priuil. Auguſt.*

Aduerte quod ratione communicationis priuilegiorum, ſimiliter oblati ordinis fratrū mi. gaudebunt priuilegiis dictorum fratrum. Aduertendū eſt etiā quod multa alia pertinentia ad huiuſmodi oblatos poſita ſunt s. in dictione familiares fratrum. *Collector.*

OBLIGATIONES.

Collector. Quia in priuilegiis fratrum mi.& aliorum mendicãtium reperiuntur multa & varia ad quæ huiuſmodi fratres obligantur & iſta poſita ſunt ſub diuerſis dictionibus huius cõpẽdij,ideo ne omnia in omnibus dicamus ſufficiet per remiſſiones circa hæc procedere.

Primo circa obligationes miſſaℝ & aliorum ſuffragiorũ ratione redditunũ vel alias habetur ſupra in dictione Miſſa. Secundo circa obligationes pertinẽtes ad officium horarum canonicarum ponitur.j.in dictione Officium diuinum. Tertio quantum ad obſeruationis interdicti obligationẽ continentur multa in dictione Interdictum Quarto quo ad obligationem votorum ponuntur nonnulla in dictione Votum Quinto quo ad obligationẽ ſtatutorum ordinis ponuntur aliqua in dictione Statuta. Sexto quo ad obligationẽ cõcordiarum & conuentionũ ac pactorum habetur in dictionibus Concordia & conuentiones.

OBSERVANTES FRATRES.

1 CONCILIVM conſtantienſe fecit decretum ſuper ſeparationem fratrum minorum obſeruan. à conuentualibus,& habetur.B.ffo.25.& ffo.109.conceſſione.236.

2 MARTINVS 5.approbauit poſtea decretum prædicti concilij quo ad ſeparationem fratrum mi.obſeruantium.B fo.36.& ffo.120.conce.260.

3 EVGENIVS.4.ſtatuit multa circa fratres mi.obſ. & conuentuales,quæ quia modernis tẽporibus non deſeruiunt:ideo illa hic inſerere ſuperfluum iudicaui, habetur tamen in certa bulla Pij 2. ſuper eadem materia. B.fo.2.& ffo.86.conce.196.

4 PAVLVS.2.ſtatuit etiã multa circa fratres obſeruantes & cõuentuales præſertim qualiter poſſint ſe trãsferre ab vna obedientia ad alterã,ſed iſta poſita ſunt ſupra in dictione Apoſtate & in dictione Cõuentuales fratres & habetur.B.fo.9.& ffo.93.conce.202.

ALEXANDER.6.ſtatuit quod nullus fratrum mi. obſer.poſſit ſuccedere ſuis parentibus etiā ſi trāſierit ad conuentuales, vt habetur latè ſupra in dictione Hæredes.§ 4.& 5.&. 6. 5 *Succedere.*

Leo 10 ſtatuit multa circa fratres mi.obſer. & conuentuales in bulla vnionis.o.ffo.18.& bulla concordiæ. B ffo.31. Videantur ibi & in variis dictionibus huius compendij. 6

Idem Leo in bulla vnionis præcepit firmiter & mādauit ſub pena excōicationis latæ ſentētiæ ipſo facto incurrenda,& à qua nullus pterquā in mortis articulo niſi à ſede apoſtolica abſolui valeat,ne aliquis frater S.Frāciſci appellet alium fratrē eiuſdē ordinis malitioſè:irriſoriè: aut improperosè priuilegiatū: colletaneum : bulliſtam: amadeitam:clarenum de euangelio ſeu de capucio ſeu bigotum aut alio quouis nomine irriſorio iniurioſo aut improperioſo vel quod pro improperioſo à patiētibus habeatur & ſimiliter pcepit tā clericis quam laicis ne fratres hmōi aut eorum fautores præfatis nominibus irriſoriè ſeu malitioſè appellent, ſed omnes fratres ipſius ordinis fratres mi.ſeu S.Franciſci à ſeipſis & ab omnibus aliis appellētur & nominentur.B.ffo.30. conce.99. 7 *Excōmunicatio.*

OCTAVÆ FESTIVITATVM,

Circa octauas feſtiuitatum ſunt nōnulla ordinata ſeu conceſſa à ſummis pontificibus quæ infra ponuntur. *Collector.*

SIXTVS 4.ſtatuit quod fiat octaua ſolennis de feſto conceptionis virginis Mariæ ſicut ad longum poſitum eſt ſupra in dictione Conceptio virginis.§.5. 1 *Conceptio virginis.*

Idem Sixtus conceſſit quod celebretur octaua S. Bonauenturæ ſicut de aliis ſanctis ordinis mi.o.fo.64, & ffo.68.conce.134. 2 *De S.Bonauen.*

Idem Sixtus ſtatuit & ordinauit quod feſtiuitas omnium ſanctorum cum octaua ſub duplici officio ſolenniter celebretur per vniuerſum orbem perpetuis futuris temporibus.b. folio quingenta & vnum conceſſione.56. 3 *De feſto omniū ſanctorum.*

4 Idem Sixtus ordinauit ſeu declarauit, quod per octã omniũ ſanctorũ ſemper fiat idem officiũ quod in die & quod dicatur officiũ beatæ virginis, ac quod non fiat de aliquo feſto ſicut fit in octaua S. Franciſci, o.fo.63.& ffo.67.conce.115.

De oĩbus ſanctis.

5 Idem Sixtus conceſſit poſſe dici credo in octa feſtiuitatis beati Franciſci o.fo.63.& ffo.68.conce.133.

Circa hoc vide ſupra in dictione Credo.

6 ALEXANDER.6.conceſſit quod in prouincia S.Iacobi celebretur octaua feſti eiuſdẽ S.Iacobi & cum officio proprio, & quod dicatur Credo per totã octauam. o.ffo.70.conce.168.

Pro S.Iacobo.

7 Idem Alexander conceſſit fratribus mi.de obſer.vt in omnibus feſtis glorioſæ virginis Mariæ octauas habẽtibus octauum diem ſub duplici minori poſſint celebrare.o ffo.261.conce.679.

De octauis beatæ virginis.

OFFICIA ORDINIS.

Diſtinctio materiæ officiorum ordinis.

Collector. Circa officia ordinis multa & varia ſtatuta & conceſſa ſunt à ſummis pontificibus iuxta varietatẽ officiorũ.

Et primo quo ad officiũ generalis miniſtri habentur pleraq; ſupra in dictione Generalis miniſter. Secundo quo ad officiũ miniſtrorum prouincialiũ dictũ eſt ſuperius in dictione Miniſtri. Tertio quo ad officiũ cuſtodũ poſita ſunt aliqua in dictione Cuſtodes.

Quarto quo ad officium guardianorũ nonnulla dicta ſunt in dictione Guardiani. Quinto quo ad officiũ viſitatorũ monialiũ ponuntur ſupra in aliqua dictione Moniales.§.22.&.27.Et infra in dictione Viſitatores.

Sexto quo ad officium vicariorum monialium & cõuentuum fratrum habẽt aliqua infra in dictiõe Vicarij.

Septimo quo ad officium abbatiſſarum iam dictum eſt in dictiõe Abbatiſſa. Octauo in generali quo ad oĩa prædicta officia habentur ea quæ cõcernunt electiones in dictione Electio. Vltra oĩa præfata addũtur hic quædam attinentia in genere ad officia ordinis præſertim ad durationem ipſorum.

NICOLAVS.4.ſtatuit:ac ordinauit fratres ordinis mi.qui poſt profeſſionem ab eis in ordine factam ad quoſcunq; ordines profeſſionis cuiuſlibet petita vel non petita obtenta vel non obtenta à ſuis ſuperioribus licentia immediatè vel per alium ſeu alios ordines mediatè tranſierint in ordine ſiue ordinibus ad quem vel ad quos tranſitum habere contigerit vel etiam extra illos ad nullam omnino adminiſtrationem vel officium curam animarum habentia neque etiam ad aliquam dignitatem vel prelaturam quoquomodo poſſint aſſumi abſque ſedis apoſtolicæ ſpeciali & expreſſa licentia per ipſius ſedis patentes literas concedenda facientes plenā certam, & determinatam de ſtatuto & ordinatione huiuſmodi mentionem, & decreuit irritum & inane ſi ſecus in hac parte fuerit attentatum. B.ſo. 28. & ffo.112. conce.239. 1 *Prohibitio contra diſcedentes ab ordine.*

IVLIVS.2.ſtatuit & in virtute S.obedientiæ ac ſub excõmunicationis pena præcepit quod omnia & ſingula officia trium ordinum beati Franciſci ſint triennalia, ita vt expleto triennio in eadem domo prorogari quiſpiam non poſſit in officio prelationis licet bene in alia domo vel in alio officio. B.ffo.226.conce.531. 2 *Pro tribus ordinibus S.frãciſci.*

Aduertendum eſt quod circa durationem officiorum ordinis fuerunt nonnulla ſtatuta in capitulo generali celebrato in conuentu Lauallis prouinciæ turoniæ anno domini.1503.prout ſequuntur. *Collector.*

Ordinat & ſtatuit generale capitulum quod omnia & ſingula officia regiminis trium ordinum beatiſſimi Franciſci patris noſtri de cætero ſint triennalia, Si autem aliquis guardianus ſeu abbatiſſa poſtquā ſuum triēnium in aliquo conuentu finierit in altero eligatur vel poſtuletur ibidem poterit præfici & confirmari, ſed nō poterit vltra triennium in eodem conuentu in officio continuari, Non intelligitur autem ita præciſè huiuſmodi triennium quin poſſit per menſem & per menſes prolongari vel breuiari ſecundum ꝙ capitula prouincialia accelerantur vel protrahuntur. fo. 229.trac.3. & ffo.248.tracta.2. *Statutum generale.*

Determinat totum capitulum generale ꝙ confeſſores *Statutum generale.*

monialiũ S. Claræ ſint triennales ſicut cæteri ꝑlati ſeu gaardiani: vel alij in regimine cõſtituti, Et ꝙ nullos in hoc poſſit diſpenſare. fo. 229. trac. 3. & ffo. 249 trac. 2.

3 *Miniſter generalis.* Leo. 10. in bulla vnionis ſtatuit, quod officiũ miniſtri generalis poſſit durare ꝑ ſex annos qbus ſex annis expletis ipſo facto ſit abſolutus à generalatus officio: & pro tali ab omnibus habeatur. B. fffo. 29. conce. 93.

4 *Miniſtri. prouinc.* Idẽ Leo voluit & ordinauit: ꝙ miniſtri prouinciales vltra triẽniũ non poſſint continuari in ſuis officiis, & ꝙ elapſo triẽnio ꝑ abſolutis ab officio à cunctis fratribus habeantur, & quod idem iudicium de cuſtodibus per omnia habeatur. B. fffo. 30. conce. 97. prope finem.

OFFICIVM DIVINVM.

Diſtinctio conceſſionum pertinentium ad officium diuinum.

Collector. Aduertẽdum: ꝙ ea quæ in priuilegiis reperiuntur circa officium diuinum ſubſequenti ordine diſtinguuntur.

Primo nãq; ſunt ibi aliqua quæ ꝑtinẽt ad ordinẽ officij: ſeu ad formã dicẽdi illud, & hæc ſubdiſtinguuntur, Quædã enim ſpectãt ad feſtiuitates ſanctorũ & hæc habẽtur ĩfra. § 2. & 3 &. 6. &. 9. &. 11. &. 12 &. 21. De octauis autẽ dictum eſt ſupra in dictione Octauæ feſtiuitatis. Alia ſunt quæ in particulari cõcernunt ferias, & iſta continentur infra. §. 4. &. 15. &. 24. &. 25.

Secundo principaliter continentur in priuilegiis nõnullæ diſpẽſationes circa officium diuinum ratione itineris: aut infirmitatis: vel alias. Et hæc habentur in. §. 1. &. 8. &. 15. &. 16. &. 17. &. 18. & 24.

Tertio principaliter ſunt aliqua conceſſa pro ſuppletiõe defectuum in huiuſmodi officio cõmiſſoꝝ, & iſta habentur in. §. 5. &. 7. &. 8. &. 14. &. 26. &. 27.

Quarto inueniuntur circa hoc aliquæ indulgentiæ: prout patet infra. § 10. &. 28. & nonnullæ aliæ indulgẽtiæ, quæ ſpecialiter ſunt datæ pro officio conceptionis habentur in dictione Conceptio.

Vltimo vero continẽtur quædã cõceſſiones circa facultatẽ declarandi dubia: & ordinandi quæ expedierint

circa huiuſmodi offm̃ diuinũ,ſicut patet in §.19.&.21.

INNOCENTIVS.4.cõceſſit fratribus mi.vt quãdo ratione itineris:vel alterius rei cauſa extra cõuẽtus: ſeu loca ſua quẽlibet: vel quolibet eorũ cõtigerit: legere poſſint diuinum officium fratres cum fratribus: aut ſimul cum aliis regularibus perſonis:vel quilibet ſeparatim facere:alio quã romano ordine placuerit,& quod id ſufficiat ad perſoluendum debitum ad quod ratione regulæ tenentur,nec iterum proprium officium dicere teneantur.B.fo.55.& ffo.138.conce.305. 1 *Pro itinerantibus fratribus.* *Diſpenſatio.*

SIXTVS.4.conceſſit vt officium cõceptionis beatæ virginis per fratrem Bernardinum de Buſto cõpilatum: & ordinatum poſſit liberè:& licitè dici & recitari à quibuſcunque volẽtibus pro deuotione ſua illud dicere B ffo.124.conce.272. 2 *De officio conceptionu.*

Idem Sixtus conceſſit,ꝙ fratres mi.poſſint dicere cõmemorationes omnium ſanctorum ſui ordinis ſub vna antiphona.o.fo.63 &.ffo.67.conce.116. 3 *De ſanctis ordinis.*

Idẽ Sixtus cõceſſit:ꝙ quãdo quis ſolus dicit matutinũ in quadrageſima:nõ teneatur dicere letanias duplices, prout in choro dicuntur quando fit de feria.o.fo.64.& ffo.68.conceſſio.132 & fffo.96.conce.328. 4 *De feriis.*

Idẽ Sixtus cõceſſit oĩbus fratribus mi.non valentibus pſoluere diuinum officium bene ac diligẽter in choro ꝓut tenẽtur, ꝙ ſi ꝑ defectum viſus vel auditus aliquid ꝓtermiſerint nõ teneãtur illud omiſſum iterum perſoluere,ſed dicant vnum pſal.ĩ fine horarum & ſufficiat eis o.fo.62.&.ffo.66.conce.98.Et fffo.100.conce.382. 5 *De ſupplemtione defectuum.*

Idẽ Sixtus cõceſſit nõnulla alia circa celebrationẽ feſtiuitatum &octauaꝝ q̃ poſita ſunt ſupra in dictiõe Feſtiuitas.§ 9.&.10.&.11.& in dictiõe Octauę feſtiuitatũ, 6

INNOCENTIVS.8.cõceſſit ꝙ quãdo fratres mi.dimittunt aliqd de diuino officio non ex dolo poſſint ſupplere dicẽdo aliquem pſal.vel orationem dominicã vel Aue maria.o.ffo.69.conce.149.& fffo.99.conce.362. 7 *De ſupplemtione defectuum.*

Idẽ Innocentius cõceſſit ꝙ fratres profeſſi neſcientes per ſe plenæ perſoluere officium diuinum non teneantur ad id ſub pena peccati mortalis donec ſciuerint illud,dummodo faciãt quod in ſe eſt & dicãt ſicut ſciunt 8 *De ſupplemtione defectuum.*

& vltra dicant horas fratrum laicorum.o.fo.65. & ffo. 69.conce.156.& ffFo.108.conce.373.

9 *De celebratione quorũdam feſtorum.* ALEXANDER.6.conceſſit omnibus & ſingulis fratribus mi. de obſer. vt in feſto p̃ſentationis virginis glorioſę & S.Gabrielis archangel.& S.Catherinæ virginis propria officia dictarum feſtiuitatum liberè & licitè recitare poſsint & valeant,quodq; feſtũ prędictæ virginis & martyris Catherinę ſub minori duplici celebrare poſſint,& quod pro introitu miſſæ eiuſdẽ dicatur officium Gaudeamus oẽs.&c.o.ffo.66.& ffo 70.conce.165.

10 *Indulgentie.* Idem Alexander conceſsit omnibus dicentibus in officio beatæ virginis in hymnis Quẽ terra pontus &c.& O glorioſa domina vel ſum Maria mater gratiæ.decem annos indulgẽtiarum pro quali bet vice.o.fo.66.& ffo 70.conce.170.

11 *De pprijs hiſtoriis.* Idem Alexander conceſsit fratribus mi.vt in ſolennitatibus ſanctorum poſsint dicere proprias eorum hiſtorias etiam ſi in breuiario nõ ſint.o.ffo.261.conce.679.

12 *De ſanctis ordinis.* Idem Alexander conceſsit fratribus mi. vt feſtum omnium ſanctorum dicti ordinis ſub vna celebritate dicere & recitare liberè & licitè poſsint & valeant.o.ffo. 261.conce.679.

13 Idem Alexander conceſsit nonnulla alia circa celebrationem feſtiuitatum ſanctorum,quæ poſita ſunt ſupra in dictione Feſtiuitas.

14 *De ſupple tione defectum.* Idẽ Alexander conceſsit quod quando aliquid dimittitur de diuino officio non ex dolo poſsit ſuppleri cum aliquo pſal.vel dicendo orationem dominicam vel Aue maria.o.fffo.99.conce 362.

15 *De ferijs.* IVLIVS.2.ſtatuit vt quoties in aduentu & quadrageſima occurrunt reſpõſoria aliqua vel laudes propriæ fiat de feria,niſi tunc feſtũ duplex vel ſolẽne occurrat.

Collector. Hoc non habetur in libris monumentorum ordinis nec in ſupplemento,ſed fuit impreſſum in Kalendario ordinato in capitulo generali celebrato apud Rothomagum tempore præfati Iulij.

16 *Pro ſcrupuloſis fratribus.* LEO.10.conceſsit ꝙ fratres mi.dicendo horas canonicas & alia officia diuina in choro vel extra ſatisfaciant præcepto capituli Dolentes de celebratione miſſa

rum de dicendo ſtudioſè pariter & deuotè ac etiam regulæ ſuæ etiã ſi propter aliquã fatigationẽ vel aliã cauſam dicant ſedendo aut deambulando vel nõ integrè verba proferendo prout ſcripta ſunt ꝑpter negligentiã aut imperitiã vel malam prolationem naturalẽ propter defectum linguæ ſeu alias qualitercunque ore imperfectè dicant aut cum mẽtis diſtractione & ſenſuum vagatione dum tamen non ex malitia hæc faciant.

Et ſi Pr cõceſsit ꝙ qui cũ talibus malè proferẽtibus vel alios ſupradictos defectus faciẽtibus dicunt officiũ non teneantur reiterare ab aliis imperfectè dicta aut ab eis nõ integrè audita propter diſtãtiã localẽ vel ſtrepitum ſeu aliã cauſam ſed ſatisfaciãt ꝑcepto eccleſiæ & regulæ ſuæ, qualitercunque audiendo quæ alij debent dicere præſertim in choro O. ſſfo.59.conce.169.

Idẽ Leo conceſsit ne fratres prædicti mutuò ſe impediãt in officio diuino aut aliis ſint faſtidioſi, ꝙ illa quæ in ordinario iubentur dici ſecretè ſub ſilẽtio tã in horis canonicis quã etiã in miſſa non teneãtur proferre vocaliter, ſed ſatisfaciãt dicendo mẽtaliter aut legendo inter ſe per librum quia aliqui deuotius ſic dicũt & abſq; impedimento & faſtidio aliorum, & quod eodem modo poſsit facere qui ſolus dicit officium per ſe, cum prolatio verbalis ſit præcipuè vt ab aliis intelligatur. O ſſfo. 59.conce.170. 17 *Pro ſcrupuloſis fratribus.*

Idẽ Leo quia fuit informatus ꝙ aliqui fratres ſcrupuloſi quãdo ſunt in infirmitate ferè non ꝗ poſſunt nec ſciũt diſcernere ſeu determinare quando licitè poſſunt dimittere dicere horas canonicas cõceſsit quod ſiue ꝑpter febrem aut dolorẽ intenſum vel aliam infirmitatẽ fratres fuerint grauati & afflicti ſatisfaciant dicendo pro horis canonicis pſal hymnos Pater noſter. Aue maria vel alia iudicio prelati aut præſidentis loci ſeu conuentus aſsignanda, & hoc quando medicus corporalis (ſi cõmodè potuerit haberi) dixerit eſſe nociuum infirmo. O ſſfo.59.conce 171. 18 *Pro ſcrupuloſis fratrĩ.*

Idẽ Leo conceſsit quod capitulũ generale dũtaxat habeat facultatem declarandi dubia quæ occurrerint circa officium diuinũ & ordinandi addẽdi & mutãdi quicqd 19 *Ordinare.*

videbitur pro fratribus expedire tam in regulis quã in Kalendario. O ffo.59. cõc.176. Vide circa hoc j.§.21.

20 *De anticipatione & poſtpoſitione horarum.* Idẽ Leo cõceſſit quod quãdo fratres prædicti habent aliquas occupationes poſſint ſine conſcientiæ ſcrupulo anteponere ſiue poſtponere officium diuinum, vt puta dicendo matutinum ante mediam noctẽ quacunq; hora voluerint & alias horas de mane vſque ad veſperas excluſiuè etiam ſi occupatio non ſit multum neceſſaria, ſed ſatis eſt quod cogitent tunc deuotius ac quietius dicere O.ffo.60.conce.182.

21 *Ordinare.* Idem Leo conceſſit quod miniſtri fratrum mi. in ſuis capitulis prouincialibus reſpectiuè poſſint de conſilio diffinitorum nominare duos vel tres fratres, qui ſic nominati poſſint ordinare vnum kalendarium ſanctorum feriarum & dominicarum pro toto anno cum regulis neceſſariis ita quod ſemper in quacunq; ꝓuincia tã fratres quã moniales illarum prouinciarum reſpectiuè idẽ officium & de eodem ſancto vel feſtiuitate aut feria faciant, ne varietati & diſcordiæ locus detur, dum tamen non multum diſcrepent à kalendario Romano. O.ffo.61. conce.190.

Collector. Aduerte quod licet iſta conceſſio facta ſit vltimo poſt conceſſionẽ ſuprapoſitã §.19. tamẽ illa debet obſeruari & nõ iſta, Ratio huius eſt, quia vt habetur ſ. in dictione Generalis miniſter. §.23. & latius. j in dictione Oraculo. § 3. cõceſſit idẽ Leo vt generalis in ſuo capitulo generali poſſit declarare vtrũ ab vſu alicuius conceſſionis viuæ vocis oraculo factæ debeat abſtineri, poſtquã declarationẽ nequeãt fratres vti huiuſmodi conceſſione, ac ſi per papã fuiſſet ſuſpenſa vel reuocata, Et cum virtute primæ conceſſionis & iſtius authoritatis in capitulo generali Burgeñ. fuerit ordinatum Kalẽdarium & nonnullæ regulæ circa diuinum officium & præceptum per obedientiã vt nulli prouinciæ ſeu conuentui liceat pro quacunq; conceſſione aliter officium diuinum immutare ſiue quouis alio modo alterare nec alia feſta communi kalendario ſuperaddere, ideo nulla prouincia poterit vti de cætero iſta conceſſione.

22 Idem Leo conceſsit, vt fratres mi. in vltramontanis

partibus.ſ. Galliarum & Hiſpaniarum &c.ac moniales & ſorores eorum curæ cõmiſſæ poſsint celebrare feſta angeli cuſtodis & angeli Raphaelis in diebus in quibus per ſua capitula prouincialia reſpectiuè ordinatum fuerit.O.fffo.61.conce.192.

Aduerte circa hanc cõceſsionẽ quæ ſupra poſita ſunt in fine præcedentis,quia idem iudicium eſt de vtraque. *Collector.*

Idem Leo cõceſsit multa circa officiũ diuinũ pro tpe interdicti,quæ poſita ſunt ſupra in dictione Interdum. 23 *Interdictum.*

Idẽ Leo cõceſsit ꝙ fratres ꝑdicatores& cõfeſſores ordinis mi.de obſeruãtia quando actu prædicant & cõfeſſiones audiunt vtputa in aduentu & quadrageſima poſſint officiũ feriale anticipare & feſta illis diebus reſeruare quibus amplius laborare neceſſe eſt,ita tamẽ quod non fiat in fraudem diuini officij,ſed vt liberius valeãt ſtudio vacare & ſpirituali conſolationi fidelium populorum incumbere.o.fffo.91.conce.265. 24 *De anticipatione feriarum.*

Idẽ Leo declarauit ꝙ fratres ꝑdicti dicendo officium extra chorũ ꝓpter occupationes occurrẽtes nõ teneantur duplicare letanias quæ ex ordinatio in quadrrgeſima ſolent poſt matutinũ dici, Nec etiã teneãtur ad obſeruantiam horarũ ſtatutarũ qb⁹ ſolet officium in choro dici à fratribus,præſertim quando ſunt ipſi fratres in itinere conſtituti vel alias infirmitate ſiue occupatione communi præpediti o.fffo.91.conce.266. 25 *De feriis.* *Diſpenſatio.*

Idẽ Leo cõceſsit ꝙ qcunq; dixerit poſt quãlibet horã diei infraſcriptã orationẽ,& in fine illius vnũ Pater noſter& Aue maria pro felici ſtatu ſuæ ſanctitatis &eccleſiæ ſanctæ Dei cõſequatur plenariã remiſsionẽ omniũ defectuũ in illa hora(humana fragilitate) cõmiſſorum 26

Seqtur orõ Sacroſanctę ac indiuiduę trinitati crucifixi Ieſu xpi dñi nři humanitati & beatiſsimæ ac gľoſiſſimę virginis Mariæ fecũditati ſiue ĩtegritati & omniũ ſanctoꝝ vniuerſitati ſit ſempiterna laus honor virtus & gloria ab oĩ creatura,nobiſq; remiſsio peccatoꝝ ꝑ infinita ſecula ſeculorꝝ Amẽ. Et btã viſcera Mariæ virginis quæ portauerũt ęterni pñs filiũ & btã vbera q̃ lactauerũt Chriſtũ dñm. Et poſt vnũ pater noſter & Aue maria pro intentione ſupradicta.o.fffo.901.conce.268. *Pro ſupplẽtione defectuum.*

27 *Pro ſupple tione defe ctuum.* Idem Leo declarando & ampliando prædictam gratiã conceſsit quod non ſolum ſufficiat dicere ſupraſcriptam orationẽ ſecundum Sacroſanctæ &c. pro ſupplemento vnius horæ quãdo deberet per ſe ſola, ſed etiã omniũ horarũ quæ dicuntur ſemel ſeu vno cõtextu, licet aliquid paruum interuallum inter vnã & aliam fiat. o. ſffo. 94. conce. 294.

28 *Indulgen.* Idẽ Leo conceſsit ꝙ religioſi ordinis mi. q officiũ diuinũ ſoluerint per librũ cõſequantur remiſsionẽ dimidiæ partis peccatorũ commiſſorum illa die qua prædictum ſoluunt officium. o. ſffo. 94. conce. 298.

29 *pro moni. ſ. Claræ.* Idem Leo fecit duas conceſsiones ſeu diſpenſationes circa officium diuinum pertinentes ad moniales ſanctæ Claræ, prout habentur ſupra in dictione Moniales. §. 24. & 25. Vide ibi.

Collector. ADVERTENDVM eſt vltimo circa huiuſmodi materiam officij diuini ꝙ virtute cuiuſdã cõceſsionis Leonis decimi ſuprapoſitæ. §. 19. fuit in capitulo generali Burgenſi totius ordinis fratrum mi. regularis obſeruantiæ ordinatum quiddam Kalendarium, & nonnullæ regulæ circa prædictum officium factæ, quæ omnia quia præfata authoritate apoſtolica facta ſunt viſum eſt hîc illa inſerere ad ꝑpetuã memoriã. Sic enim & de aliis ſimilibus in aliis capitulis generalibus ordinatis factum eſſe apparet in libris monumentorum ordinis prędicti. ffo. 257. trac. 2. Et inſuper ſic debere fieri viſum eſt, quia poſtquã in præfato capitulo prędicta ordinatio kalẽdarij & regularum facta & impreſsioni data eſt fuerunt in eodem capitulo nõnulla facta & immutata & addita quæ ad paucorum manus deuenerunt, Quapropter iuxta vltimatam ordinationem in dicto capitulo factam (prout ego qui hæc collegi vidi ſub literis autenticis) hic apponere curaui alio tamen ordine breuiori ac diſtinctiori ſicut infra patebit.

Sequitur præfatio ordinationis kalendarij & regularum diuini officij.

Capitulũ generale. HÆC EST ordinatio & emendatio in Kalẽdario diuini officij facta ꝓ vniformitate ſeruãda ordinata in capitulo generaliſsimo in prouintia & cõuentu

Burgenſi

Burgẽſi in Hiſpaniis celebrato anni ſalutis. 1523. in feſto Pentecoſtes, in quo reuerẽdiſsimus pater frater Frã ciſcus Angelorum vice Reuerendiſsimi patris miniſtri generalis præſidens ritè & canonicè in generalẽ totius noſtri ſacri ordinis minorum miniſtrum eſt electus & aſſumptus. Quæquidem Calendarij ordinatio ab vniuerſo capitulo acceptata fuit, & ſic de mandato & auctoritate ipſius reuerendiſsimi patris prænominati caſſantur: & irritantur omnes: & quęcunque aliæ diuini officij ordinationes ab hoc prædicto capitulo in antea factæ ita vt de cætero nulli prouinciæ, ſiue conuentui liceat pro quacunque cõceſſione ſibi particulariter facta: aliter diuinum officiũ immutare: ſiue quouis alio modo alterare: nec feſta alia cõmuni Calendario ſuperaddere, niſi fuerint à generaliſsimo capitulo tradita: & de ipſius generaliſsimi capituli mandato recepta ſub penã transgreſsionis: & inobediẽtiæ. Sub quã mandatur omnibus & ſingulis prouinciarum miniſtris: vt ſub hoc exemplari corrigere faciant omnia Calẽdaria in ſuis ꝓuinciis & prouinciarum conuentibus.

In primis ordinatur quod de cætero fiat (more Romanæ curiæ) de feſtis etiam ſimplicibus die quo cadũt reſumẽdo ſemper relicta facta diebus vacuis, in quibus videlicet nullum feſtum cadit. 1 *De feſtis ſimplicibus.*

Itẽ ſtatuitur ad vniformitatẽ in choro ſeruandã in ſingulis prouinciis, ꝙ quãdo ꝓpter aliqđ feſtũ dedicatiõis ꝓpriæ eccleſiæ: ſiue aliquod aliud feſtũ locale opus eſt diuertere à celebratione feſti: tunc in Calendario occurrẽtis fiat de illo ſancto cõmemoratio tãtum illa die: & vltra pro illo anno nõ reſumendo. Et hoc modo ſeruato continuè fiet in cunctis prouinciæ locis de vno & eodem ſancto: & vniformitas vbique ſeruabitur. 2 *De feſtis commemo.*

Itẽ ſtatutum eſt, vt ꝑter ferias in breuiario regulares: vtputa in die cinerum & in mẽſe ſeptẽbri: fiat de feria in quatuor tẽporibus aduẽtus: & quotieſcunq; fuerint laudes ꝓpriæ aſsignatæ, & in quadrageſima ad ponẽdũ capitula ꝓpria Feria ſexta poſt primã Dñicam quadrageſimæ: quę habet reſpõnſorium ꝓpriũ: ſiue feria tertia poſt quartã Dñicã ſeu (ſi magis placuerit) ſabbato poſt 3 *De ferijs extraordi.*

ſecũdã dñicã quadrage. in quibus oĩbus eſt reſponſoriũ ꝓprium, ac etiã in tota maiori hebdomada, & hoc intelligitur niſi feſtũ impediẽs vt duplex vel aliud occurrat.

4 *De feſtis trãſlatio.* Itẽ ordinatur ꝙ de cætero nulla tranſlatio celebretur in toto ordine, præter beatiſſimi patris noſtri Franciſci & Sãcti Antonij noſtri. Relinquuntur tñ prouinciæ ſiue cõuẽtus in quibus ſunt factæ hæ trãſlationes (vbi forrè fieret turbatio: ſiue admiratio ſi eædẽ tranſlationes nõ celebrarẽtur) in eorũ libertate. Et ſic de aliis feſtis: ꝑut de S. Lazaro in prouincia Sancti Ludouici, vbi ab antiquo conſuetum eſt ſub ritu duplicis feſti celebrari.

5 *De octa.* Itẽ ſtatuitur quod in dominicis quæ cadunt infra octauas ſanctorũ ordinis: fiat officium dominicę in miſſa tantum cum commemoratione ipſius octauæ.

Sequuntur regulæ particulares pro ſingulis menſibus anni.

6 *Pro menſe Ianua.* Item ordinatum eſt vt in octaua Epiphaniæ dicantur Antiphonæ: Baptizat miles &c. cum pſal. Laudate dominum omnes gentes: in fine.

7 Itẽ quod qñ feſtum Agnetis ſecundo venerit in dominica: cui ipſum feſtum cedit: fiat proxima die vacua.

8 *Pro menſe Martij.* Item ordinatur, quod fiat de Angelis cuſtodibus prima die Martij ſub ritu duplicis maioris.

9 *Pro menſe Maij.* Itẽ decreuit capitulum generale vniuerſum, quod octaua Aſcenſiõis ſub ritu duplicis minoris fiat, & quod infra octauam eiuſdem non fiat de feſtis occurentibus: ſed officium virginis Mariæ in choro dicatur.

10 Item quod de feſto ſancti Yuonis cõfeſſor fiat. 19. die menſis Maij, quia re vera tali die ab hac luce migrauit.

11 *Pro menſe Iulij.* Itẽ ſtatutum eſt quod feſtũ ſancti Bonauenturæ celebrẽt dñica ſecũda Iulij: iuxta ordinationem dñi Sixti papæ quarti, & quod in die octauæ eius fiat officium dñicæ occurrentis cum commemoratione tãtum octauæ.

12 Item ſtatuitur: ſeu declaratur quod in octaua apoſtolorum Petri & Pauli dicat̃ Antiphona Petr9 apl̃us ad magnificat in vtriſque veſperis abſq; vlla contradictione.

13 Item ordinatũ eſt quod de feſto viſitatiõis beat. virginis procurrent oẽs miniſtri & guardiani habere officium quod ordinauit dominus Sixtus. 4. & illud de ce-

tero ab vniuerſo ordine acceptetur, interea tamen fiat
vbique vti conſueuerunt.

Itē ordinatur ꝙ in craſtino octauæ viſitatiōis btē Ma-
riæ fiāt & celebrē dedicatiōes oīum eccleſiarū ordinis. 14

Item quod feſtū.ſ.Iacobi fiat duplex ma. in hiſpaniis. 15

Item ordinatum eſt, vt feſtum inuentionis ſancti Ste- 16
phani fiat ſolenne generale. *Pro menſe*

Item ſtatuitur: quod in feſto ſacrorum ſtigmatū bea- *Augu.*
ti patris noſtri Franciſci fiat officium proprium quod 17
communiter in breuiariis habetur. *Pro menſe*

Item ordinatum eſt ex decreto capituli vniuerſi vt in- *ſeptem.*
fra octauam beati patris noſtri Franciſci dicatur offi- 18
cium beatæ virginis Mariæ in choro. *Pro menſe*

Item decretū eſt ab oī capl̃o gñali vt feſtum ſancto- *Octob.*
rum ſeptē martyrū ſacri ordinis noſtri fiat. 13. diē mēſis 19
Octobris ſub ritu duplicis maioris, & quod dicat pro-
pria legenda quæ habetur in libro conformitatum.

Item decretum eſt vt in feſto vndecim millium vir- 20
ginum fiat officium virginum, & ſic declaratur per ca-
pitulū ad remouendā ambiguitatem illorum qui vo-
lunt facere officium plurimorum martyrum virorum.

Itē capl̃m gñale declarauit, quod infra octauā oīum
Sāctoꝝ debet dici officiū btē Mariæ virg more ātiquo. 21

Item ordinatum eſt in vltima correctione per gene- *Pro menſe*
ralem & diffinitores capituli generalis: vt feſtum ſan- *Nouem.*
ctæ Barbaræ fiat ſimplex licet antea eſſet duplex. 22

Item ordinauit & decreuit capitulū vniuerſum quod *Pro menſe*
in toto ordine ad vniformitatem ſeruandam dicantur *Decemb.*
hæ Antiphonæ ad cōmemorationes ſanctiſſimi patris 23
noſtri Franciſci videlicet in matutinis Antiphona San- *De cōme-*
cte Franciſce &c. in veſperis. Salue ſancte pater &c. & *moratio.*
in completorio Cælorum Candor &c. *ſ. Frāciſci.*

Item ad cōmemoratiōes ſanctorum nrī ordinis dica- 24
tur in veſperis Aña. Franciſci floret hortulus &c. Et in *De cōme-*
matutinis, Vos ſcī Dei inclyti &c. cū verſu. Orate Sācti *moratio.*
oēs & orōne. Deus qui ſacrā religionē ſeraphici Franci- *ſancti ordi-*
ſcī decorare dignatus es triumpho duodecim martyrū *nis.*
pro xpo occiſorū puriſſimiſque pōtificibus Ludouico
& Bonauentura ac feruentiſſimis Ieſu prædicatoribus An-

tonio atq; Bernardino cũ virgine Clara: præſtà quæſu-
mus eoꝝ interceſsionibus præſentia vitare ꝑicula,&ad
gaudia ꝑuenire ſempiterna, Per xp̃m Dñm nr̃m. Amẽ.
Collector. Itẽ eſt notã dũ quod in tota ordinatiõe Calẽdarij nr̃i
in p̃dicto capitulo facta fuerunt nõnulla alia immutata
ſ. vt feſta ſequẽtia, id eſt Agathæ, Margarithæ, & Vndecim
miliũ virginum Ceciliæ, Luciæ ac feſtum apparitionis
S. Michaelis mẽſis Maij, quæ omnia ex indultis apoſto-
licis facta fuerunt duplicia, de cætero ſint ſemiduplicia.
25 Item quod feſtum ſancti Iſidori Epiſcopi & cõfeſſo-
ris fiat ſimplex. 4. die Aprilis, & quod feſtum ſancti Egi
dij Abbatis fiat prima die Septembris non tranſfertur.
26 Item vlterius non fiat de ſanctis ſequentibus ſcilicet
Dorothea, Iuliana, Lõgino, Patritio & Nicolao de To-
lentino, quia non ſunt de Calendario Romano.
Reliqua oĩa in Calẽd. cõtenta manent, vt prius erant.

ORACVLA VIVÆ VOCIS.

1 LEO. 10. conceſsit quod fratres mi. regul. obſer. ſecu
23. Idem Leo poſtquã in concilio Lateranenſi moderauit *Reuocatio* ſeu reuocauit in aliquibus priuilegia fratrum mẽdicantium declarauit qđ oĩa & ſingula priuilegia prædicto- *Noua cõceſſio.* rum fratrum mendicãtium qualitercunque eis conceſſa permanſerunt & permaneãt in ſuo robore exceptis illis in quibus fuerunt moderata ſeu reuocata,Et ad abundãtiorem cautelã priuilegia prædicta cum dictis modificationibus motu proprio innouauit,ac diſtrictè præcepit & mandauit eccleſiarum prelatis vt religioſos præfatos ſuper aliis priuilegiis non modificatis moleſtare non præſumant,ſed ſua eis iura & priuilegia inuiolabiliter obſeruent.B.ffo.27.conce.88.

24 Idẽ Leo poſtea reualidauit ac in priſtinum ſtatum re- *Reualidatio.* ſtituit oĩa priuilegia fratrum mi.obſ.quo ad forum cõſcientiæ tm̃,& hoc ſolum oraculo viuæ vocis. Vide ſupra ad longum in dictione Concilium.§.7

25 Clemens 7.cõfirmauit approbauit & innouauit frĩ.mi.regu.obſ.oĩa & ſingula priuilegia ĩmunitates exẽptiones indulgẽtias pctõrũ remiſſiones & gratias dicto ordini mi.& S.Claræ ac tertio de pœnitẽtia nũcupato ordi.illorumq; fratrib.monialibus ſororibus & vtriuſque ſexus perſonis ac monaſteriis domibus eccleſiis & locis qbuſcunq; etiã per modum extenſionis ſeu

cōicationis & alias quolibet per quoſcunq; Roma. pōtifices & ſedem apoſtolicā conceſſa decreuitq; & voluit ipſos fratres moniales ſorores perſonas monaſteria domos eccleſias &alia hmōi loca vti frui & gaudere poſſe oībus priuilegiis & gratiis conceſſis & cōcedendis tam mendicātibus quā nō mendicātibus ordinibus, dūmodo eorum regularis obſeruātiæ profeſſioni non repugnent de hoc vide ad plenum in fine huius libelli.

SEQVVNTVR QVÆDAM QVÆSTIOnes pro intellectu priuilegiorum ordinibus mendicantium conceſſorum.

PRIMA quæſtio eſt, Quia in pleriſque cōceſſionibus ſupradictis & in toto noſtro mari magno & aliis priuilegiis cōtinetur quod non intelligantur reuocata niſi de eis fiat mentio de verbo ad verbum vtputa conceditur nobis vt non teneamur ad procurationem legatorum etiā ſi in literis eorundem dicatur vt tā nō exempti quā exempti teneantur ad hoc onus, niſi de hoc indulto nobis cōceſſo fiat mentio de verbo ad verbum, poſtea papa concedit legato vt poſſit exigere procurationem à quibuſcunque perſonis etiam exemptis quamuis talia habeant priuilegia quod de eis ſit facienda mentio de verbo ad verbum quæ voluit in literis legati haberi ꝓ expreſſis, quæritur nunc vtrū per has literas legatorum ſit derogatum priuilegio noſtro? Et ſic de ſimilibus.

Collector.

Quæſtio circa derogationem priuilegio. fra.

Et licet ſuper hoc multi multa dixerint tamen ſemꝑ maior & ſolennior pars doctorū tenuit priuilegio nrō derogatum eſſe. Tandem Felinus in c. Nonnulli de reſcriptis compendioſiſſimè tractās hanc materiam & ibi adducens omnes ſuper eā ſcribentes concludit quod ſi hoc habet curiæ ſtylus indubiè derogatur priori priuilegio. Et quod hoc habeat ſtylus curiæ eſt pluſquā manifeſtum, cum in nullis reuocationibus inſerantur literæ priores, niſi aliquando ad abundātiorem cautelam, ac propterea non debent opinari fratres ꝙ ſua priuilegia ſint īmutabilia, ſicut ſi ſic eſſent ligatæ manus pontificum vt non poſſent derogare conceſſis à ſe vel ſuis prædeceſſoribus niſi illa inſererent cum eſſet impoſſibile omnia ſcire cum ſint innumerabilia & particularia.

Reſponſio ad quæſtionem.

Eſt tamen aduertendum an relatio breuis vel bullæ ſuper qua fit conceſſio ſit vera,nam ſi eſt falſa, nihil valet quod conceditur etiam ſi contineat maximas clauſulas & non obſtātias. Item eſt aduertendum an in totum vel in partem aut ad tempus derogent prioribus, nam licet habeant literæ ſecundæ magnas non obſtantias & amplas generalitates non derogant niſi illis contra quæ ſunt, verbi gratia, ego habeo priuilegium vt in partes hieroſolymitanas poſsim tranſire poſtea prohibetur quod in illas partes nullus tranſeat non obſtantibus quibuſcunq; priuilegiis cōceſsis ordinibus vel perſonis &c. etiā ſi de eis eorumq; totis tenoribus &c. Nunquid non potero proficiſci ad Compoſtellam, cum habeam aliud priuilegium hoc mihi concedens? Si diceres non quia omnibus priuilegiis eſt derogatum, intellige omnibus priuilegiis derogatum quo ad tranſeundum in hieruſalem. Sed quia derogatio poteſt fieri quo ad totalem reuocationem vel quo ad temporalem ſuſpenſionem ideo quæritur ſecundo quid de ſuſpenſionibus priuilegiorum quæ quotidie fiunt quando conceduntur bullæ cruciatæ vel fabricæ eccleſiæ apoſtolorum Petri & Pauli ſiue tempore Iubilei aut aliæ ſimiles?

Quæſtio de ſuſpenſione priuilegiorum.

Reſponſio quæſtionis

Dicendum ꝙ inſpicienda ſunt verba & ſecundum ipſa iudicandum prout in alia quæſtione iā dictum eſt, ideo de hoc non quærimus, Sed quæritur quot vel quę priuilegia comprehendant tales ſuſpenſiones.

Et videtur quod ſolum comprehendant & ſuſpendāt illa quæ poſſent impedire vel retardare effectum illorū quæ per tale iubileum exhortantur vt fiant, vt proficiſci Romam ad conſequendum iubileum, ire ad bellum contra infideles ad conſequendam indulgentiam accipere bullam & contribuere certam quantitatem pecuniæ pro eadem cauſa, Nam ſi ego haberem per priuilegium illud quod conceditur per iubileum vel cruciatam &c. videlicet per confeſsionalia & ſimiles facultates non curarem de dicto iubileo ſeu cruciata &c. ideo ſuſpenduntur talia priuilegia & facultates & aliæ quæſtuariæ applicandæ cruciatæ &c. non autem priuilegia ſuper alias materias vel in bullis cruciatæ non

contenta aut per iubileum non cōceſſa,quia abſurdum eſſet quod ſuſpenderet illud quod mihi non poteſt præbere quia non habet.

Sed dimiſſa quæſtione de ſuſpenſione per iubileum & alias bullas quas non vidimus dicamus de cruciata conceſſa in Hiſpania primo contra mauros regni granatæ deinde contra infideles partium Affricæ, Et dicimus ꝙ clauſula ſuſpenſionis in forma & ad literā continebat hæc verba,Et ne propter alias indulgentias in hoc ſancto opere tardiores chriſti fideles exiſtant omnes ſimiles aut diſsimiles indulgentias & facultates à nobis & eadem ſede vel eius authoritate quibuſcunque eccleſiis monaſteriis hoſpitalibus & piis locis vniuerſitatibus confraternitatibus & ſingularibus perſonis plenarias temporales & perpetuas in vita vel mortis articulo in dictis regnis conceſſas pro hmōi expeditione dūtaxat ad tempus triennij duratura ſuſpendimus, ita quod ille etiam ſi clauſulas aliquas contra futuram earum ſuſpenſionem in ſe continerent(quatum tenores& formam ac ſi de verbo ad verbum inſererentur pręſentibus haberi volumus pro expreſsis)nemini interim vllatenus ſuffragentur, Et ſub excommunicationis latæ ſententiæ pena hmōi indulgentiæ durante triennio publicari & prædicari & earum prætextu quæuis pia ſuffragia poſtulari nequeant.

Nunc quæritur quomodo vel in quibus prædicta ſuſpenſio intelligatur. *Quæſtio de ſuſpenſionibus cōtētis in bullis cruciatæ*

Et videtur quod ſolum in indulgentiis conceſsis viſitantibus eccleſias monaſteria hoſpitalia &c.Pātet hoc nam ibi dicitur, Omnes ſimiles aut diſsimiles indulgentias plenarias temporales & perpetuas, Additur etiā quod non prædicentur aut publicentur nec quæuis ſuffragia poſtulari queant ſuſpenſione durante, Item in principio clauſulæ dicitur,Ne propter alias indulgētias &c. Attamen quia ibi dicitur, ne tardiores chriſti fideles exiſtant &c.poſſet forte dici quod omnes aliæ gratię ſiue facultates quarum ſimiles cōtinentur in bulla cruciatæ ſuſpenduntur videlicet cōfeſsionalia & alię quæcunque ibi cōtentę, Nam videtur velle papa ꝙ (vt

Chriſti fideles neceſſitentur ad accipiendum iſtam cruciatam & contribuendum) nō poſſint facultatibus cōtentis in bulla cruciatæ per bullas vel confeſſionalia antea habitas vti, Dicere enim (prout aliqui auſi fuerunt) ꝙ per iſtam ſuſpenſionē ſuſpendebantur omnia priuilegia facultates & indulta quibuſcunque pſonis facta eſt ita abſurdum quod non indiget reprobatione, nā eſſet dicere quod etiā eſſet derogatum priuilegiis eorū qui habent facultatem teſtādi & priuilegiis religionum vniuerſitatum & aliarum perſonarum ſuper diuerſis materiis ita quod durāte tempore ſuſpenſionis nō poſſent tunc vti eis illa habentes, & ſic quod pro illo tempore eſſent religiones ordinariis ſubiectę & quod non poſſent prelati religionum abſoluere ſuos ſubditos à caſibus eis per ſedem apoſtolicam conceſſis neque à caſibus epiſcopis reſeruatis, niſi ſibi epiſcopi darent commiſſionem, & ſic de aliis infinitis inconuenientibus.

Reſolutio quæſtionis Propter qđ teneamus (prout ſupra dictum eſt) ꝙ per ſuſpenſionem ſupradictam ſuſpenduntur omnes indulgentiæ quæſtuariæ & omnes facultates contentę in bulla cruciatæ hmōi quæ antea virtute aliorum indultorum habebātur. Et quo ad religioſos eſt etiā aliud q.i. ꝗ in tali ſuſpenſione non ſuſpenduntur cōceſſiones religionū, q̄a licet dicatur de monaſteriis, intelligendum vř de indulgentiis conceſsis viſitantibus monaſteria &c.

Sed an etiam propter hoc indulgentiæ ſuſpendantur quo ad fratres? Videtur quod non, nā prout dixi nō ſuſpendit conceſsiones religionum neque ſunt quo ad religioſos quæſtuariæ, cum illas non conſequantur porrigendo manus adiutrices, ſed cor purum & orationes deuotas quibus plus proderunt intentioni cruciatæ quā pecuniis. & ſic videtur qđ non ſunt in præiudicium cruciatæ. Et fortè hoc intendit Sixtus. 4. talia verba dicēs, vt patet ſupra in dictione Indulgentiæ ſtationum. § 7. Et ſic declarant ſemper cōmiſſarij dictæ cruciatæ, cum ad eos recurritur, & in ſpeciali quo ad fratres minores obſer. ita conceſsit Leo. 10. vt poſitum eſt ſupra. §. 21. Tamen ſecurius eſſet procurare ꝙ emendaretur ille ſtylus, & quod expreſſe exciperentur indulgentiæ fratrum

quo ad perſonas ſuas, & etiam quo ad alios in his quæ non poſſunt diuidi, videlicet: Habemus priuilegium ſuſpendendi interdictum in noſtris feſtiuitatibus non poſſemus bene ipſo vti niſi ſeculares poſſent audire diuina licet per bullas cruciatæ ipſis concedatur quod poſſint audire diuina tali tempore ianuis clauſis &c.

Hæc poſita ſunt propter multos ſcrupulos fratrum & vt prælati prouideant : aut prouideri procurent, quia aliter nunquam quietabuntur aliqui fratres neque ex omnibus his ſatiſfiet ipſis.

PROBATIO NOVITIORVM.

Circa tempus probationis nouitiorum in ordine fratrum min. ſunt nonnulla ſtatuta & conceſſa per varios ſummos pontifices quæ poſita ſunt ſupra in dictione Nouitius. §.1.&.4.&.5.&.16.&.17.&.20. vide ibi. *Collector.*

PROCESSIONES.

ALEXANDER.6. ſtatuit ꝙ fratres ordinis mi. de obſer. in proceſſionibus non ſeparentur à fratribus conuẽtualibus eiuſdem ordinis, & declarauit quod in huiuſmodi ꝓceſſionibus ille modus & ordo circa ꝓcedentiã obſeruari debet in fratribus obſeruãtibus dicti ordinis circa fratrum aliorum ordinum, qui in fratribus conuentualibus prædicti ordinis obſeruatur, ita vt nulla ſeparatio:vel diuiſio fiat inter huiuſmodi fratr. obſeruantes:& conuentuales. B. ffFo.56.conce.67. 1 *Pro frat. mi. obſer. & conuen.*

LEO.10. in concilio Lateranenſi ſtatuit, ꝙ fratres requiſiti à prælatis eccleſiarum ad proceſſiones ſolemnes pro tempore faciendas accedere debeant ad illas, dummodo domus ſeu loca eorundem fratrum non ſint remota vltra vnum miliare à ciuitatibus vel oppidis vbi facienda eſt proceſſio. B. fo 25.conce.71. 2

Idem Leo ſtatuit, quod ne inter fratres minores obſeruantiæ & conuentuales ſuper præcedentia: diſſenſio: & contentio oriatur: talis inter eos ordo ſeruetur, videlicet quod in proceſſionibus : & funeralibus:ac exe- 3 *In fauore fra. mino. obſer.*

quiis:necnon & in aliis actibus publicis in quibus fratres obſeruantes & conuentuales conuenerint : fratres conuentuales fratribus regularis obſeruantiæ locum di gniorẽ relinquere teneantur. B.fo.32 conceſſione 113.

4 *De pr̄edẽtia crucis fra. mino. obſeruan.* Idem Leo poſtea declarauit tàm fratres min obſer. quàm conuentuales in quibuſcunq; proceſſionibus & aliis actibus publicis: in quibus eos ſimul adeſſe contigerit ſuas cruces poſſe : & debere deferre, ita tamẽ ꝙ ſicut ipſi frẽs obſeruãtiæ regularis locũ digniorem inter omnes alios fratres dicti ordinis tenere debent, ſic etiam eorum cruces in parte ſeu loco digniori proceſſionis deferri poſſint & debeant.B.ffo.36.conceſſione.121.

5 *Cõtra fr. Auguſti.* Idem Leo ad ammouendum aliquas contentiones inter fratres minores obſeruantiæ & Auguſtinenſes : & alios mendicantes ſuper præcedentia in proceſſionibus exortas declarauit, quod prædicti fratres minores poſt capitulum generaliſſimum Romæ tempore eiuſdem Leonis celebratum habent & habere debent in proceſſionibus : & in cæteris actibus publicis illam præminentiam & locum quem antè præfatum capitulum habebant fratres minores conuentuales. Sed in locis vbi fratres minores conuentuales nunquam fuerunt : ſed ſoli obſeruantes: & alios fratres ordinum mendicantiũ ſequens ordo obſeruetur, quod.ſ.fratres min. obſeruã. antiquum ſemper locum teneant: quem ordo ſancti Frãciſci in ſimilibus actibus tenere alibi conſueuit, niſi cõſuetudo antiquitus approbata:& legitimè obſeruata ſecus habeat. Super his autem vt benè ſeruentur dat conſeruatores omnes eccleſiarum prælatos.b. ffo. 57. conceſſione.158.

PROCVRATO. SEV FRATRVM SYNDICI.

1 *De inſtitutione procuratorũ.* INNOCENTIVS. 4. conceſſit miniſtris fratrum min. auctoritatem quatenus in prouinciis eis commiſſis per ſe vel fratres ſuos : quibus id duxerint committendum : poſſint conſtituere vel nominare aliquos

viros idoneos Deũ timentes:q̃ ſcd̃m indigentiam conuentuum ſeu domorum prædictorũ fratrum poſſint res conceſſas fratribus hm̃oi auctoritate apoſtolica petere ac vendere: commutare alienare tractare expendere permutare & in fratrum vſum cõuertere. Cõceſſit etiã quod liceat prædictis miniſtris præfatos viros ſic cõſtitutos remouere alioſque ad prædicta exequenda ſine difficultate aliqua ſubrogare quoties videbitur opportunum. B.fo.29.& ffo.113.conce.247.

CLEMENS. 4. concesſit quod procuratores negociorum fratrum mi. poſsint tempore interdicti in locis prædictorum fratrum audire diuina, niſi ipſi procuratores cauſam dederint interdicto vel excommunicari ſpecialiter ſeu interdici contigerit eoſdem. B.fo.56. Et ffo.140.conce.36. 2 *Interdictum.*

MARTINVS. 4. concesſit generali & prouincialibus ac cuſtodibus vniuerſis ordinis fratrum minorum quod poſsint nominare aliquas perſonas quæ non ſint de prædicto ordine, quæ perſonæ ſic nominatæ habeãt circa res cõcernẽtes p̃dictos fratres ad miniſtrationẽ legitimã & generalẽ ac liberã. Et decreuit quòd tales perſonæ ſint veri & legitimi adminiſtratores œconomi: ſyndici:& actores, qui res prædictas & rerum prædictarum precium nomine Romanæ eccleſiæ recipiant, & p eoſdem in fratrum prædictorum vtilitates (prout eis licet ex regula vel declaratione regulæ) conuertant quãdo à prædictis miniſtris vel aliis fratribus de aſſenſu eorundem miniſtrorum fuerint requiſiti. Et generaliter concesſit quod prædictæ perſonæ habeant facultatem procurandi in omnibus cauſis pro rebus & locis ad eccleſiã Romanã ſpectantibus & ipſorũ fratrum vſui cõceſsis. Necnon pro immunitatibus libertatibus iuribus ac priuilegiis eorundem fratrum & ſuorum conuentuũ ſeu domorum. B.fo.46.& ffo.129.conce.290. 3 *De p̃curatorum nominatione ſeu inſtitutione.*

Aduertẽdum eſt circa prædictam cõceſsionem quod Guardiani etiam cum toto ſuo conuentu non poſſunt prædictos p̃curatores vel ſyndicos nominare, quia hoc ſolũ conceditur miniſtris & cuſtodibus. Et ſimiliter eſt aduertendũ quòd miniſtri ſeu cuſtodes nõ inſtituũt p̃ſa *Collector.*

toſ procuratores: vel ſyndicos: ſed ſimpliciter nominā-
tur & ſic nominati per illos inſtituūtur ſummo pōtifice
pro procuratoribus:& ſyndicis ſuę ſanctitatis &eccleſię
Romanæ ad quam pertinent res conceſſæ fratribus quā
do dantes non reſeruauerunt ſibi dominium:& quando
huiuſmodi res ſunt tales quorum vſum licet fratribus
prædictis habere. Vnde ſequitur quod reſpectu rerum
in quibus dantes reſeruauerunt ſibi dñium,aut quarum
vſum non licet vel aliquando licuit fratribus habere ni
4 hil poſſunt agere procuratores vel ſyndici.

Indulgen. Idem Martinus conceſsit procuratoribus fratrū mi.
in curiis eccleſiaſticis:& ciuilibus laborantes pro defen
ſionę ordinis prædictorum fratrum eccleſiarumque
ſuarum ſingulis annis indulgentiam centum annorum
b.ffo.260.conceſsione.663.

5 NICOLAVS.4. fecit cōſimilē conceſsionem circa
procuratores vel ſyndicos, prout fecerat Martinus.4.
in conce.ſupra poſita.§.3.B.ffo.23.& ffo. 107.cō. 230.

6 CONCILIVM Conſtantienſe ſtatuit quod genera-
Generalis lis fratrū mi.poſsit & debeat in cōuentibus ſibi ſubditis
miniſter. tollere quęcunq; ſuperflua ſiue ſint in rebus mobilibus
Paupertas vel immobilibus quantum fieri poterit bono modo ha
bito ſemper conſilio antiquorum &diſcretorum fratrū
ſuorum. Et voluit quod præfatus generalis eligat (ſi
opus fuerit) aliquas perſonas fideles qui prædictas ſu-
perfluitates auctoritate dicti concilij vendant & com-
mutent: aut alias in operibus conuertant. B. ffo. 26. &
ffo.110.conceſsione.236.

7 MARTINVS.5. literas Martini 4. ſupra poſitas.§.
4.approbauit & fulminauit illas inſerendo de verbo
ad verbum,& conceſsit miniſtris & cuſtodibus: ac aliis
fratribus minori. quod literis prædictis ac omnibus
in eis contentis liberè & licitè vti valeant, tandiu: &
Cōtra Ioā quouſq; per ſedem apoſtolicam aliud in præmiſsis eidē
nē papam ordini vtilius fuerit ordinatum. Non obſtante conſti-
8 tutione Ioannis.22. Quæ incipit. Ad conditorem,per
quam prædictis fratribus ne literis & conceſsione præ-
fatis ſine ſpeciali ſedis apoſtolicæ licentia vterentur:
prohibitum fuerat.b.fo.39. & ffo.38. conceſsione.42.

prope finem.

Idem Martinus confirmauit conſtitutiones quæ vulgariter appellantur martinianæ:quas quidam legatus à latere præfati pontificis ordinauerat, in quibus quo ad procuratores fratrum habetur ſequens ſtatutum.

Statuimus & ordinamus iuxta declarationem Nicolai.3.& Clemens.5.ac Martini.4.&.5.quod quilibet cõuentus ſeu locus habeat ſuum procuratorem œconomum: ſyndicum: & actorem, cui omnis eleemoſyna pecuniaria: & alia quæ ad pecuniam reduci poſſunt integraliter aſſignentur qui eaſdem diſpenſare debeat legaliter & fideliter pro reparatione conuentuum & locorum,ac alias quoque neceſſitates fratrum pro tempore occurrentes,& infra. In omnibus autem quæ vltra hoc magis videntur arctari fratres:ſiue ex declaratione ſummorum pontificum vel aliorum quorumcunque apoſtolica nobis authoritate commiſſa miſericorditer diſpenſamus.Non aſtringentes eos propterea qui voluerint prædictas declarationes ſeruare,quin ſuo voto ſatisfacientes ſeruare valeant & tenere. Habetur hoc folio.233.tractatu.3.Confirmatio autem huiuſmodi ſtatuti & conſtitutionum exiſtit.b.ſſo.38.&. ſſo.36. conceſſione.41. *Statutum generale.*

Aduertendum & notãdum eſt quod huiuſmodi ordinatione ac diſpẽſatione vtuntur fratres minores obſer. partium Italiæ qui præfatas conſtitutiones acceptauerunt,necnon & bullam Martini.4. ſuprapoſitam.§. 3. Et ideo ipſi omnem eleemoſynam pecuniariã & alia ad pecuniam reducibilia aſſignant hmõi procuratoribus ſeu ſyndicis tãquã nunciis nominatis ꝑ papã,q noĩe papæ tenent dictã pecuniã pro fratrum neceſſitatibus ſuo tempore expendendam. Sed fratres Hiſpani & galli ac alemani qui obſeruanter viuunt,quia prædictam diſpẽſationem non acceptauerunt vtũtur ſyndico ſolum & præcisè ad hoc vt ſi aliquid ſuperfluum vel inutile in conuentu fuerit inuentum vtputa ſi mulus aut aſinus ſenſuerint, ſiue aliquid aliud quod vno tempore fuit neceſſarium & poſtea non eſt,immo oportet vendi aliquid prædictorum tunc præfatus procurator no- *Collector.* *Nota.*

mine papæ cuius eſt ſyndicus vendat & præciũ in alias neceſſitates fratrũ cõuertat. Et de iſto ſyndico locuius eſt Nicolaus.3 in declaratione regulæ dicens debere dari à papa vel à protectore ordinis. Et taliter vti ſyndico eſt regulam purè obſeruare & talem non habere eſt periculoſè committere, vix enim repetietur aliquis conuentus ſeu locus fratrum min. qui aliquando non indigeat vt aliquid vendatur & renouetur. Et ſi dicas ꝙ poterit vendi & pecunia recipi & expendi per aliquẽ amicum ſpiritualẽ qui nõ ſit ſyndicus papæ: dico ꝙ hoc nequit fieri ſine tranſgreſſione voti paupertatis, quia tunc ille amicus ſpiritualis faceret prædicta authoritate fratrum, & ſic eſſet interpoſita perſona, ex quo papa ꝓ huiuſmodi rebus quarum dñium pertinet ad ipſum & ſedem apoſtolicam ordinauit ſuum ſyndicum & non reliquit hoc voluntati fratrum. Dico etiã qđ talis amicus ſpiritualis in ſupradicto caſu committeret furtum contrectando rẽ alienam inuito dño .ſ. papa. Aliqui tamen fratres vtuntur hmõi procuratore vel ſyndico in oĩbus cõtentis in bulla ſupradicta Martini.4.&.5. excepto in petitione ac receptione eleemoſynarum & denariorum ſeu pecuniarum aliter obuenientium quã per teſtamenta, vt faciendo petere ea quæ pro habitibus ꝓ defunctis acceptis vel pro celebrãdis miſſis fuerunt promiſſa &c. Sed tales vtuntur diſpenſatione contra declarationem Nicolai.3. quã ſicut & regulã obſeruare tenentur, cum ſm iura declaratum & declaratio ſint idem, & pręſertim (quia vt ſupra dixi) non fuit acceptata prædicta diſpenſatio niſi in partibus Italiæ. Vnde contra talia pręſumẽtes factum eſt quoddam ſtatutum in capitulo generali in conuentu Lauallis prouinciæ Turoniæ celebrato Anno domini 1503. ſub forma ſeq.

Statutum generale. Deponantur oẽs guardiani, & pena proprietarij puniantur qui ratione debiti cuiuſcunque ſeu aliorum bonorum tẽporalium fecerint excommunicari ſeu detineri vel vexari quoſcunque ſeculares. Subditi verò qui talia procurauerint pena proprietarij puniantur, & de conuentu confuſibiliter expellantur fo. 230 tractatu.3. ffo. 249. in tractatu. 2.

Aduertendum eſt inſuper ꝙ extra caſum quo aliquid conceſſum vſui fratrum cuius dñium attinet ad papam debet vendi non indigent fratręs hmõi procuratore vel ſyndico. Et in caſu quod hæredes vellẽt defraudare eos legatis in teſtamentis habent duplex remedium, prout poſitum eſt ſupra in dictione Hæreditas in fine conceſſionum, qui autẽ latius videre voluerit materiam hanc procuratorum & ſyndicorum repetiet eã optime diſcuſſam & elucidatã in tractatu intitulato Speculum fratrũ mi propè finẽ additionum articuli. 5. declarationis Nicolai. 3. & in additionibus articuli. 11. Vide ibi ac nota bene, & ſic in hac materia non errabis. *Collector.*

EVGENIVS. 4. literas prædictorum Martini. 4. & 5. de verbo ad verbum in ſuis literis inſeruit decernens ꝙ hmõi literis eadẽ fides adhibeatur vbicunque ſicut originalibus literis prædictorum pontificum adhiberẽtur ſi oſtẽſe forẽt. Noluit tñ vt per hoc aliquod ius de nouo acquireretur prædictis fratribus, ſed ꝗđ antiquum ius (ſi quod habeant) tantummodo eis conſeruaretur. b. fo. 40. & ffo. 38. conce. 42. in fine. 9

SIXTVS. 4. approbauit & robur perpetuæ firmitatis obtinere decreuit literas ſuorum prædeceſſorum circa procuratorꝝ & ſyndicorum nominationẽ & inſtitutionẽ ac illorum authoritatẽ. Et inſuper ampliauit prædictorũ procuratorũ authoritatẽ quo ad aliqua quę nõ attinent ad fratres mi obſer. quapropter non oportet hic illa referre. B. fo. 62. & ffo. 146. conce. 356. 10 *Pro frat. mi. côuen.*

INNOCENTIVS. 8. conceſſit vt procuratores fratrum mi. eorũq; ſubſtituti liberi parentes fratres ſorores & vxores eorum poſſint promereri indulgentias ſtationum & alias fratribus prædictis conceſſas dicẽdo in eccleſiis hmõi fratrum quinque Pater noſter & totidem Aue maria pro felici ſtatu Romanæ eccleſiæ. o. ffo. 65. & ffo. 70. conce. 162. 11 *Indulgen.*

IVLIVS. 2. conceſſit cuidam generali fratrum. minorum conuentualium, quod prædicti procuratores vel ſyndici poſſint & debeant adminiſtrare bona relicta fratribus prædictis vel monialibus Sanctæ Claræ ac fructus & redditus ex illis prouenientes conuertere in 12 *Pro frat. conuent.*

vſus & neceſſitates fratrum ſeu monialium hmõi reſpectiuè. Multa etiã concedit ibidẽ, ſed quia nõ deſeruiunt fratribus obſer. omittuntur. b. ffo. 59 conce. 71.

PROFESSIO FRATRVM MENDICANTIVM.

Collector. Circa profeſſionis emiſſionem in ordinibus fratrum mendicantium factam vel faciendam ſunt multa & varia conceſſa per multos ſummos pontifices, quæ poſita ſunt ſupra in dictione Nouitius. §. 1. & 4. & 5. & 13. & 16. vſque ad. 20.

PROMOTIO AD ORDINES.

Collector. Quo ad promotionem ad ordines ſacros: præſertim ad ſacerdotium fecerunt aliqui ſummi põtifices aliquas conceſſiones & diſpenſationes in fauorem fratrum mino. ac nonnulla alia pertinentia ad promotiones cõceſſerunt, ſed quia hæc poſita ſunt in dictione Ordines ſacri in multis. § . ideo ſuperfluum foret illa hic repetere. Vide etiam in dictione Diſpenſatio. §. 11. & 12. & 13. ac 20.

PROTECTOR ORDINIS.

1 *Officiũ diuina. Conradi.* GREGORIVS. 9. diſtrictè inhibuit ne cardinalis protector ordinis fratrum mino. ſe intromittat in rebus pertinentibus ad officia & gubernationem ſeu correctionem fratrum dicti ordinis, niſi quando prædicti fratres aut aliqui ipſorum aliquid committerent cõtra tres articulos in regula prædictorum fratrum contentos videlicet quando deuiarent ab vnitate fidei vel ab obedientia Romanæ eccleſiæ aut ab obſeruantia ſuæ regulæ ita dictus ordo & fratres eiuſdem ordinis in nullo ſint ſubiecti protectori huiuſmodi niſi dumtaxat in caſu quo ipſorum fratrum communitas vel generale capitulum (quod abſit) à prædictis articulis vel eorum aliquo deuiarent. Decreuit etiã irritum & inane quicquid lecus factum fuerit.

Statuit inſuper quod fratres prædicti ordinis recurrẽtes ad protectorem tanquam ad prælatum pro licentiis vel aliis conſimilibus puniantur grauiter & actibus legitimis & officiis ordinis ſint ſuſpenſi ipſo facto. B.ffo. 137.conce.304. *Nota.*

SIXTVS.4.approbauit literas ſupradictas Gregorij. 9.inſerendo illas de verbo ad verbum: & robur perpetuę firmitatis obtinere decreuit,ac etiã declarauit,quod nec adhuc in præfatis tribus caſibus habeat authoritatẽ præfatus protector:quando non vniuerſi ſed ſolum aliqui prædicti ordinis profeſſores in quouis numero à fidei vnitate:ac ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ obedientia deuiarent,vel regulam præfatam non obſeruarent. B.ffo.138.conce.304. 2 *Declarat. præceden. cõceſſioni.*

VRBANVS.4.ſtatuit, quod moniales S. Claræ ſint ſubditæ cardinali:qui pro tempore fuerit protector ordinis fratrum mi. & illi teneantur firmiter obedire, & quod huiuſmodi protector habeat curam & regimẽ dicti ordinis S.Claræ:necnon & perſonarum inſiſtentium ſeruitiis monaſteriorum huiuſmodi ordinis.ſ.cappellanorum:oblatorum:& familiarium.b.fo.291.in tractatu.3.& ffo 319.tractatu.2. 3 *Pro mon. ſ. Claræ.*

MARTINVS.5.ſtatuit quod pręfatus protector nõ poſſit vllo modo dare licentiam aliquibus perſonis ad ingrediendum monaſteria S.Claræ:inconſulto Romano pontifice:ſeu abſque ſedis apoſtolicæ licẽtia ſpeciali b.ffo.36.conce.41. 4 *De ingreſ. mo.ſ.Cla.*

IVLIVS.2.conceſſit vt prouinciales fratrũ mi. habeant eandem poteſtatem & facultatem circa moniales S.Claræ illorum curæ commiſſas quam Vrbanus.4. in regu.prædictatum monialium commiſit protectori dicti ordinis.B.fffo.72.conce.220. 5 *Pro moni. S.Claræ.*

Aduertẽdum eſt quod hmõi poteſtas protectoris debet intelligi:ſicut poſtea fuit reſtricta per Martinum.5. vt dictum eſt ſupra immediate: quãuis aliqui minus docti aliter opinati fuerint,& adhuc poſſet non immerito dici quod præfata conceſſio Iulij fuit ſubrepticia:& per conſequens nullius valoris,quia in relatione non fuit expreſſum qualiter pędicta poteſtas protectoris ab Vr- *Collector.* *Nota.*

bano conceſſa fuerat poſtea reſtricta per Martinum.5. Forſitã enim ſi hoc fuiſſet expreſſum, non conceſſiſſet ille generaliter & abſolutè, prout conceſſit.

PROVINCIALIS.

Collector. De multis attinentibus ad prouinciales fratrum dictum eſt ſupra in dictione Miniſtri.

PROVINCIA.

1 *Prohibitio multiplicationis prouinciarum* NICOLAVS.4. ſtatuit: & ordinauit ac diſtrictè inhibuit, ne in ordine fratrum mi fiat diuiſio alicuius prouinciæ, vel nouarum prouinciarum multiplicatio abſque Romani pontificis licentia ſpeciali per eius patentes literas concedenda faciente plenam & expreſſam de huiuſmodi ſtatuto & ordinatione ac inhibitione mentionem decreuit ꝙ irritum & inane ſi ſecus in hac parte contigerit attentari. B. fo. 53. Et ffo. 136. conce. 303.

2 IVLIVS.2. fecit duo ſtatuta circa ædificationem domorum ordinis fratrum mi. in alienis prouin. quæ habentur in dictione Ædificare. §.11 &.12. vide ibi.

Collector. Circa quartã portionẽ qualiter nõ teneantur fratres mi. ad illius ſolutionem factæ ſunt multæ conceſſiones prædictis fratribus: ac etiam aliis mendicantibus inter quas potior videtur illa quæ facta eſt fratribus carmeli. vt habetur ſupra in dictione Canonica portio. §.8. & in eadem dictione habentur omnia quæ circa quartam reperiuntur conceſſa à variis ſummis pontificibus, Vide ibi in omnibus. §. vbi in margine eſt appoſita hæc dictio Quarta.

QVÆSTVARE.

1 *Prædicatores.* GREGORIVS.9. præcepit vniuerſis eccleſiarum prælatis quatenus ſi in ſuis iuriſdictionibus inuenti fuerint aliqui prædicantes: & quæſtum pecuniarum quærẽtes de ordine fratrũ mi. ſe eſſe dicentes: capiant il-

los & tãquã falſarios cōdēnent eoſdem,ne religio ꝑdictorum fratrũ(qui paupertatē profeſſi ſunt)per hoc infamari contingat B.fo.25 & ffo.109.conce.234.

CALIXTVS 3.prohibuit ſtrictè ſub excōicationis pena,ne fratres mi.conuentuales ſub nomine fratrum mi.obſer.nec ecōtra,aut ſub nomine locorum aliorum quæſtuare aliquo modo præſumant. B.ſo.6.&.ffo.90. conce.197.prope finem. 2 *De fratr. min obſer. & cōuent.*

RECIPERE.

Diſtinctio materiæ infraſcriptæ.

Aduertēdum,quod licet ad banc dictionem Recipere poſſint reduci multa priuilegia,tamē quia iam ſuperius in variis dictionibus po ſita ſunt ſufficiet hic illa diſtinguere:& ad propria loca remittere, De multiplici nãq; receptione fit mentio in prædictis priuilegiis. *Collector.*

Et primo de receptione fratrum ad habitũ & ꝓfeſſionē, De hoc autē habet in dictione Nouitius,ĩ multis §.

Secundo quo ad bona nouitiorum & apoſtatarum redeuntium ad obedientiam,quid poſsint de hmōi bonis recipere fratres prædicti continetur in dictione Nouitius.§.10.& 15 & in dictione Bona.§.12.& in dictione Hæreditas.§ 2.&.4.

Tertio qualiter fr̃es in ordine mi.ꝓfeſsi nequeãt recipi à fratribus aliorum ordinum dictum eſt in dictione Abbas:& in dictione Apoſtatæ in multis.§.

Quarto circa receptionē ſacramētorum qui quando & quomodo poſsint ea recipere à fratribus prædictis dictum eſt in dictione Cōmunicare.§ 3.&.4.ac ferè in reliquis.§.ibi contentis,& in dictione Sacramenta.

Quinto qualiter prelati eccleſiarum teneantur recipere prædictos fratres ponuntur ſequentia.

HONORIVS.3.præcepit in principio ordinis prelatis eccleſiarum quatenus fratres mi.cum ad eos declinare contigerit,recipiant eos ſicut catholicos & fideles,ac eis ob reuerentiam diuinam & ipſius pontificis ſe exhibeant fauorabiles & benignos.b.fo.18.& ffo. 22.conce.1. 1

2 GREGORIVS.9.præcepit ſimiliter eccleſiarum prælatis, quatenus fratres mi.ad eos accedentes reciperent benigne ac charitatiue (vtpote catholicos & fideles ac circa lucrum animarum & euãgelizationem verbi Dei inſiſtentes) tractarent, eiſque in ſuis neceſſitatibus fauorabiles & propitij exiſterent, credendo firmiter ac de ipſis, certam habendo fiduciam: quod cum ſpiritu viuant: ſpiritu & ambulent.b.fo.20.& ffo.22.conce.5.

REFORMARE.

Collector. Diſtinctio materiæ infraſcriptæ.

Circa reformationem fratrum conuentualium & ſuorum conuentuum ac etiã monialium & monaſteriorum ſuæ curæ cõmiſſorũ fuerunt multa & varia diuerſis tpibus p multos ſummos pontifices ordinata, ſed qa modernis tpibus aliqua ſunt ſtatuta quæ ſolum quantum ad huiuſmodi reformationem obſeruari debent, ideo hæc tantum ponentur infra reliquis omiſſis.

1 *De fratr. conuen. & moni.* SIXTVS.4.ſtatuit quod prelati fratrum conuentualium ordinũ mendicantiũ teneantur debitè reformate monaſteria ſibi ſubdita tã fratrũ quã monialiũ ĩ. annum poſtquãm requiſiti fuerint.B.ffo.149 con.487.

2 LEO.10. in bulla vnionis ſtatuit, & in virtute ſanctæ obedientiæ pcepit q de cętero nullæ nouæ reformationes in ordine fratrũ mi.introducãtur aut fiant abſq; miniſtri generalis aut prouincialiũ miniſtrorũ reformatorum in ſuis prouinciis reſpectiuè expreſſo aſſenſu: ita tamen q dictę reformationes miniſtro generali & prouincialibus reformatis per omnia iuxta regulam ſubiiciantur.B.fffo.30.conce.101.

3 Idem Leo in bulla concordiæ ſtatuit multa circa reformationem domorum & fratrum mi.conuentualium quæ poſita ſunt. ſ.in dictione Conuentualium fratres. §.1.&.2.& 3.&.5.&.8.Vide ibi.

REVOCARE.

Collector. Quo ad reuocationem priuilegiorum dicta ſunt ali-

qua & non parui momenti ſupra in dictione Priuilegia §.4.&.5.&.12.&.21.ac.23. Vide ibi & attende ad quæſtiones poſitas in fine.

SACERDOTIVM.

De attinentibus ad ſacerdotium habetur ſupra in dictione Ordines ſacri in §.3.&.4 &.6.vide ibi. *Collector.*

Diſtinctio materiæ infraſcriptæ.

Aduertendum ꝙ circa adminiſtrationē & receptionē ſacramentorum eccleſiæ ſunt plura in priuilegiis fratrū mi.cōtēta, quæ ſubſequēti ordine diſtinguuntur. *Collector.*

Primo enim ſunt aliqua pertinentia ſolum ad fratres inter ſe præſertim pro tēpore interdicti, & hæc poſita ſunt ſupra in dictione Interdictum.1. & in dictione Cōmunicare.§.8.ac quo ad moniales ibidem.§.11.

Secundo ſunt aliqua pertinentia ad ſuos tertiarios & famulos ſeu oblatos & familiares, & hæc habentur etiam ſupra in dictione Interdictum.3. & in hac dictione Sacramenta.§.2.

Tertio ſunt plura cōcernentia perſonas ſeculares, iſta autem continentur in dictione Communicare. §.1&.2. &.3.&.4.&:6.&.8.in fine ac.10.& in hac dictione Sacramenta.§ 1.

BENEDICTVS.11.ſtatuit quod ſacerdotes ſeu rectores eccleſiarum parrochialium ſint aſtricti miniſtrare Euchariſtiæ & extremæ vnctionis ſacramenta illis perſonis quæ à fratribus fuerint abſolutæ, Et ſuper confeſſione & abſolutione hmōi voluit quod in foro pœnitentiali ſtetur ſimplici verbo illius qui petit ſacramenta prædicta, & aſſerit ſe confeſſum fratribus cum hic de confitentis ſolius præiudicio, ſi falſum dicat agatur, Duos tamen caſus excepit ſcilicet ſi ſacerdos aſſerat eum excōmunicatum aut notorie peccatorum B.fo. 126.Et ff o.203.conce 501. 1 *Euchariſtia.* *Vnctio extrema.* *Abſolutio.* 2

LEO.10.ſtatuit in cōcilio Lateranēſi, quod fratres & ſoroes tertij ordinis necnon mantellati & corrigiati ac cordellati in propriis domibus habitātes teneantur in die paſchatis tantum euchariſtiam necnō extremam *De tertiariis &c. in propriis domibus viuentibus.*

vnctionẽ cæteraque eccleſiaſtica ſacramenta(pœnitẽtię ſacramentõ dũtaxat excepto) à proprio ſacerdote recipere.B.ſff.ɔ.26 conce 86.

3 *Ex priuil. Auguſt.* INNOCENTIVS. 4. fecit quandam copioſam cõceſſionem fratribus Auguſtinenſibus circa huiõi materiam ſacramentorum, prout habetur ſupra in dictione Eccleſiæ fratrum. §. 2. vide ibi.

SCRVPVLOSI FRATRES.

Collector. Circa fratres ſcrupuloſos ſunt nonnulla conceſſa, & ex his quædã ſunt generalia quo ad oẽs. ſ. qualiter prelati poſſint in ſcrupulis tangentibus conſcientias huiuſmodi fratrum declarare & determinare, ac ſubditi declarationi & determinationi huiuſmodi ſecura cõſcientia ſtare. Hæc autem poſita ſunt ſupra in dictione Declarare dubia. §. 5. & 6.

Alia ſunt ſpecialia circa officium diuinum, & iſta habentur etiam ſupra in dictione Officium diuinum in multis. §. præſertim in. §. 16. & 17. & 18. & 20.

SEPELIRE ET SEPVLTVRÆ.

Diſtinctio materiæ infraſcriptæ.

Collector, Circa ſtatuta & conceſſa quo ad ſepulturas & ſepelitionem eſt aduertendum, quod quædã cõcernunt omnes ſeculares perſonas, Alia verò pertinent ad familiares fratrum: vel germanos ordinis, Reliqua reſpiciunt præcisè eoſdem fratres.

Ea quæ concernunt ſeculares ſubdiuiduntur, quia aliqua tangunt libertatem ſepulturæ in eccleſiis fratrum & delationem defunctorum ad eaſdem, Hęc autem ponuntur in. §. 1. & 3. & 4. & 5. & 6. & 7. & 13. Alia reſpiciunt ſepelitionem cum habitu fratrum & iſta continẽtur in. §. 8. & 9. & 10. & 11. & 14.

Illa verò quæ ſpectant ad familiares fratrum habentur in §. 2. & 16.

Quod autẽ tangit perſonas fratrum habetur in. § 12.

1 INNOCENTIVS. 4. cõceſſit, vt in eccleſiis fratrum

mi. ſit libera ſepultura ita ꝙ nullus valeat īpedimētum præſtare quominus poſſint omnes volentes ibidem libere ſepeliri, ſalua tamen iuſtitia eccleſiarum parrochialium.b.fo.22 &.ffo.23. *Pro omni b'ſeculari.*

Aduerte ꝙ qualiter intelligantur prędicta libertas & iuſtitia eccleſiarum:declaratur ĩ à Sixto.4.in.§.7. *Collector.*

CLEMENS.4.cōceſſit frĩbus mi.vt eos q in ſuis immorātur obſequiis poſſint(cū deceſſerint)in cemiteriis ſuis℞ eccleſiarum ſepelire.B.fo.56.&.ffo.140. cō 315. 2 *Pro fa.fr.*

Idem Clemēs cōceſſit quod in eccleſiis fratrum mi.ſit omnibus libera ſepultura, vt eorum deuotioni & extremæ voluntati illorum qui ſe illic ſepelire deliberauerīt nullus obſiſtere valeat,niſi excommunicati:aut interdicti:vel publici vſurarij fuerint, ſalua tamen iuſtitia eccleſiarum illarum:à quibus corpora defunctorum aſſumuntur.B.fo.58.& ffo.141.conce.336. 3 *Pro omni b'ſeculari.*

Aduerte infra quomodo Sixtus declarauit prędictam iuſtitiam eccleſiarum in.§.7. *Collector.*

Idem Clemens diſtrictè inhibuit: vt nulli religioſi vel ſeculares præſumant ſine aſſenſu: & voluntate fratrum mino. aliquorum defunctorum corpora in ſuis cemiteriis ſepelire, Nec etiam in eccleſiis prædictorū fratrum(ipſis inuitis) audeant miſſarum ſolennia: vel exequias pro animabus eorum qui ad huiuſmodi loca tumulandi deferuntur celebrare.B.fo.58.&.ffo. 141. conceſſione.336. 4 *Prohibitio Miſſae.*

MARTINVS.4.conceſſit omnibus ſepeliendis in eccleſiis ſeu clauſtris:& cemiteriis fratrum min.indulgentiam 40.annorum.B.ffo.260.conce 664. 5 *Indulgen.*

SIXTVS.4.declarauit ſupraſcriptā conceſſionē Clemētis 4.ſ ꝙ fratres mi.habeant in eccleſiis ſuis liberam ſepulturā:ſic debere intelligi,quod fratres, prædicti nullius ſuper hoc petita licētia poſſint cum cruce ꝓceſſionaliter ingredi parrochias in quibus fuerint corpora defunctorū,ac corpora ipſa ad eorū eccleſias ſepelienda deferre,vbi hoc fieri cōſuetum foret,vel quādo presbyteri parrochiales requiſiti id facere recuſauerint. Et voluit ꝙ nec prædicti fratres nec conſanguinei defunctorum poſſint cogi(etiā pretextu cuiuſuis cōſue- 6 *De ingreſſu parrochiarum.*

tudinis) ad deferendum prius huiuſmodi corpora ad eccleſias parrochiales aut ad alia loca, & ibi ante vel poſt ſepulturam aliqua diuina officia pro eiſdem defunctis celebrare, aut celebrari facere. B.fo.60. & ffo. 143.conce.346.

Collector. Aduerte quod circa hoc facta eſt quædam moderatio in concilio Lateranenſi, prout infra ponitur.§ 13.

7 *De iuſtitia eccleſiarum parrochialium.* Idē Sixtus declarauit ꝙ iuſtitia parrochialiū eccleſiarū de qua in literis Clementis facta eſt mentio ſupra.§. 3.id eſt canonica portio tūc habet locū dūtaxat reſpectu dictoꝝ fratrū mi.qñ in eoꝝ eccleſiis ſeu cemiteriis corpora defunctorū ſepeliuntur. Sed ſi non apud hmōi loca fratrū ſed apud alioꝝ ordinū mēdicantiū ꝓfeſſores ſepeliantur decreuit ꝙ ex his quæ ad fratres mi.ꝑdictos apud quos tūc corpora defunctoꝝ non ſepeliūtur de bonis defunctorū quomodolibet obuenient quouis particulari vel vniuerſali titulo directè vel per obliquū nullam canonicam portionem dare teneantur B.fo.60. & ffo.143.conce.346.

Canonica portio.

8 *Habitus fratrum.* Idem Sixtus decreuit ꝙ illi qui cum habitu fratrum mi.aut ſororum tertij ordinis elegerint ſepeliri tales in eccleſiis vel cemiteriis prædictorum fratrum vel ſororum ſepeliantur etiam ſi alibi ſuam elegiſſent ſepulturam, niſi de licentia expreſſa & aſſenſu fratrum domus ſeu conuentus illius loci vbi tales deceſſerint.B fo.60. & ffo.144.conce.350.

Collector. Vide infra qualiter Leo.10. in concilio Lateranenſi aliter ſtatuit.§.13.

9 *Excōmnnicatio.* Idem Sixtus fecit conſimilem conceſsionem ſicut immediatè ſuprapoſitam fratribus Carmelitanis & excommunicauit contradictores eiuſdem conceſsionis. B.fo. 99.& ffo.182.conce.444.

Collector. Aduerte quod hmōi excōmunicatio iam non ligat per decretum concilij Lateranenſis poſitum. ī §.13.

10 *Habitus fratrum.* Idem Sixtus ſtatuit ꝙ nullus valeat dare prædictum habitum fratrum ad ſepeliendum aliquam perſonam, niſi guardianus domus loci in quo talis decedere contigerit aut alij prælati ſuperiores vel illi cui ipſi duxerint cōmittēdū dūtaxat & nō alius quauis authoritate vel prelatione

vel prælatione fungatur. Et ſimiliter ſtatuit ꝙ præfati quibus committit auctoritatem dandi prædictum habitum: teneantur declarare recipientibus quod apud eorundem fratrũ eccleſias debẽt cum obierint ſepeliri. B. fo. 65 & ffo. 149. conce. 364.

Aduerte ꝙ vt colligitur ex literis prædicti Sixti vbi ſupra poſſuut præfati: quibus cõmittit authoritatem dãdi prædictum habitum: dare illum non ſolum his qui moriuntur in locis vbi morantur fratres, ſed etiam alijs qui intra illorum guardianias deceſſerint. *Collectio.*

Idem Sixtus ſtatuit: ꝙ corpora volentiũ cum prædicto habitu ſepeliri: deferantur ad ſepulturam ſine alio pallio: vel tegmento ſuper impoſito, non obſtante quacunque ordinatione: vel prohibitione ordinariorum locorum: etiam ſub cenſuris facta B. fo. 65 & ffo. 149. conce. 364. in fine. 11 *Habitus fratrum.*

IVLIVS 2. conceſſit fratribus mi. quod tẽpore interdicti ordinaria authoritate appoſiti poſſint corpora fratrũ decedentium eiuſdem ordinis publicæ ſepelire, prout latè poſitum eſt ſupra in dictione Interdictum. i. in. §. 9 vide ibi. 12 *Pro fratr. tantum.*

Idem Iulius 2. fecit aliam conceſſionem pro familiaribus fratrum minorum qui eligunt ſepeliri in eccleſiis prædictorũ fratrũ, prout habetur in dictione Familiares. §. 7. 13 *Pro fa. fra.*

LEO. 10. in concilio Lateranẽſi ſtatuit: quòd fratres quorumlibet ordinũ non poſſint intrare parrochias cũ cruce ad leuanda corpora defunctorum qui apud eccleſias domorum eorundem fratrum ſuam elegerint ſepulturam, niſi prius præmonito & requiſito: ac recuſante parrochiali præſbitero, & tunc ſine illius ac ordinarij præiudicio, niſi eiſdem fratribus ſuper hoc antiqua conſuetudo, quæ ſit in viridi obſeruantia & cum pacifica poſſeſſione ſuffragetur. B. fffo. 26. con. 76. 14 *Prohibitio ingreſſus fratrũ in parrochi.*

Idem Leo vbi ſupra ſtatuit quod volentes ſepeliri cũ habitu fratrũ (ſi non ſint perſonæ in clauſtro eorundẽ fratrum degentes ſed in propriis domibus habitantes) poſsint in eorum vltima voluntate ſeu teſtamentis ſepulturam ſibi liberè eligere. B. fffo. 26. con. 77. 15 *Habitus fratrum.*

16 *Exhumare.* Idem Leo conceſſit: quòd prælati ordinis mi. poſſint in ſuis eccleſiis,& capellis exhumare corpora defunctorum:& ad alias ſepulturas in eiſdem eccleſiis ſuis tranſferre: de conſenſu tamen illorum quorum intereſt. O. ffo.58.conce.162.

Ex priuilegiis fratrum prædicatorum.

17 *Pro germanis ordinis.* IOANNES.23. conceſſit fratribus ordinis prædicatorum de gratia ſpeciali,quòd cõfratres:& germani præfati ordinis poſſint ſepeliri tẽpore interdicti in eccleſiis vel cemiterio prædictorum fratrum,niſi fuerint excõmunicati publicè: vel nominarim. B.ffo.95.cõ.366.

Collector. Aduerte:q́ qualiter prædicta cõceſſio ſit intelligenda dictum eſt in dictione indulgentiæ quo ad ſeculares.42 in fine,& in dictione Interdictum. §.9.vide ibi & notà benè.

Diſtinctio materiæ infraſcriptæ.

Collector. Aduertendum: quod reſpectu ſeruitorum fratrũ ſunt nonnulla conceſſa, & ſtatuta, quæ poſita ſunt ſupra in dictione Familiares fratrum.

Quo ad ſeruitrices monialiũ:qualiter. ſ. poſſint ingredi monaſteria monialium quibus ſeruiunt: habetur ſupra in dictione ingredi monaſteria monialium. §.13.

Sed quo ad illa quæ concernunt eorum abſolutiones: habetur in dictione Abſolutio ordinaria quo ad fratres.§ 8.

Nonnulla alia ad huiuſmodi perſonas ſpectantia ponuntur hic infra.

1 *De ſeruitricibus monia.* SIXTVS.4.ſtatuit quod ſeruitrices monialium ſanctæ Claræ portẽt veſtimẽta honeſta: iuxta diſpoſitiõnẽ:& ordinationẽ generalis fratrũ mi.o,ffo 67.cõ.105.

2 *Indulgen.* Idem Sixtus cõceſſit:quòd illi qui ſunt in ſeruitio fratrum minorum & ſororum ſanctæ Claræ habeant indulgentiam plenariam in morte:ac ſemel in vita de reſeruatis.o.ffo.66.conce.96.

3 *Pro ſerui-* Idem Sixtus conceſſit,quod ſeruitrices monialium ſanctæ Claræ poſſint promereri omnes indulgentias

ſtationum Romæ: & portiunculæ conceſſas fratribus mi. dicendo quinque Pater noſter: & totidem Aue Maria cum Gloria patri in Eccleſiis prædictarum monialium. o. ffo. 67. conce. 114. *tricibus monia.*

SYMONIA.

Diſtinctio materiæ ſymoniæ.

Circa ſymoniam continentur aliqua in priuilegiis fratrum mi. prout ſequitur. Et primò qualiter poſſint fratres mi. abſoluere à ſymonia: habet ſupra in dictiõe abſolutio quo ad ſeculares. 2. in. §. 5. *Collector.*

Item quomodo prædicti fratres poſſint vti caſibus eiſdem conceſſis ab Epiſcopis ſymoniacis, habetur in dictione Abſolutio quo ad ſeculares. 1. in. §. 6.

Secundò qualiter moniales quæ neſciunt diſcernere inter intentionem primariam, quæ cauſat ſymoniam, & ſecundam non incurrant eam, continetur ſupra in dictione moniales. §. 15. & 16.

SORORES TERTII ORDINIS.

Diſtinctio materiæ infraſcriptæ.

Quo ad ſorores tertij ordinis ſanctiſſimi patris Frãciſci ſunt multa conceſſa, & ſtatuta in priuilegiis fratrũ mi. Iſtorum autem aliqua quæ pertinent ad ingreſſum ſuorum monaſteriorum, habentur ſupra in dictione ingredi monaſteria monialium. § 12. & 21. *Collector.*

Alia multa quæ ſunt eis communia cum monialibus ſanctæ Claræ, poſita ſunt in dictione Moniales.

Reliquã verò quæ pertinent ad eas particulariter, reperientur infra in dictione Tertiarij.

STATIONES.

Quia ſtationes pertinent propriæ, vel reducuntur ad materiã indulgentiarũ, ideò omnia, quæ ſuper ſtationes *Collector.*

promerendas à fratribus mino. & aliis perſonis quibus ſunt cõmunia eorũ priuilegia conceſſa ſicut viſum fuit ea ponere in dictione Indulgentiæ ſtationum quo ad fratres, vbi latiſsimè dictum eſt de illis. Vide ibi.

STATVTVM ORDINIS.

1 *Excõmunicatio.* EVGENIVS. 4. abſoluit & abſolutos reddidit atq; liberos omnes fratres mi. de obſer. à quibuſcũq; ex cõ:cationibus & cenſuris & vinculis mortalium peccatorum in quibuſcunque antiquis ſeu nouis conſtitutionibus & ſtatutis ordinis prælibati, & quod in futuro talibus ſententiis non ligentur. o. fo. 61 &. ffo. 64. cõ. 76.

Collector. Circa ſuprascripta vide infra poſt. §. 3. & poſt §. 5.

2 *Excõmunicatio.* Idem Eugenius declarauit ſuæ intentionis eſſe quod fratres mino obſeruan. ad nullas teneantur culpas atq; cenſuras quæ in eiuſdem ordinis ſtatutis ſiue ordinationibus tàm apoſtolicis quã generalibus continentur, ſed ſolũ modo teneri & obligari penis per ſuperiores ſuos impoſitis. ſ. corporalibus pœnitentiis. B. fo. 28. & ffo. 112. conceſſione. 142.

Collector. Quoad huiuſmodi declarationem attende ad infra poſita poſt. §. 3 &. 5,

3 *Excõmunicatio.* SIXTVS. 4. ſtatuit & decreuit quod miniſtri & cuſtodes ac guardiani & fratres ordinis mi. qui pro tempore fuerint nulla Eccleſiaſtica cenſura nulloque mortalis peccati vinculo ligari valeant ex ſtatutis & conſuetudinibus vel declarationibus dicti ordinis (præter regulam) quomodolibet & à quibuſcunque editis etiam cõfirmatione apoſtolica vel quauis firmitate alia roboratis illis contrafaciendo niſi tales eſſent caſus vel exceſſus qui diuina lege aut præcepto Romanæ eccleſiæ merito inducerent ad mortale. Ac etiam cẽſuras & penas aliter latas reuocauit & annullauit, illaſque ad vim commin ationis penarum comminatoriarũ & inferendarum ſeu ad corporales & temporales penas per prælatos ſupradictos ferendas & infligendas reduxit. Voluit ꝗ ſimiliter ꝗ miniſtri cuſtodes guardiani & alij

prædicti ordinis plati poſſint ferie & promulgare corporales & temporales ſeu alias penas pro non obſeruatione dictorũ ſtatutorũ ſecũdum qualitatẽ perſonarum locorum & temporum ac alias ſecundum quod videbitur ſaluti animarum fratrum eorundẽ in domino expedire,ac etiam delinquentes ab illis abſoluere. B. fo.22. & fo.106 conce.229.

Aduertendum eſt quod non obſtantibus prædictis teneantur fratres mi.ad ſtatuta quæ poſtea authoritate apoſtolica facta ſunt & fient de cætero,quia põtifices præcedentes non ligant manus ſucceſſorum ſuorum. *Collector.*

L 8 o.10.ſtatuit quod moniales S.Claræ & aliæ quæcunque ſub obedientia & regimine fratrum mi. obſer. exiſtentes teneantur ſeruare ſtatuta ſeu conſtitutiones reſpectu illarum factas in capitulis generalibus aut ꝓuincialibus factis & faciendis,prout latè poſitũ eſt ſupra in dictione Moniales § 23. 4 *Pro moni. S.Claræ.*

L 8 o.10.ſtatuit quod capitulũ generaliſſimum celebratum Romæ(quando.ſ.facta eſt vnio fratrũ min.obſer.&omniũ aliorum reformatorum eiuſdẽ ordinis)teneretur deputare nonnullos fratres ex diuerſis regionibus ſeu nationibus aſſumptos ex probatioribus & doctioribus ac magis expertis fratribus,qui omnia & ſingula quæ pro manutentia reformationis & vera regulæ obſeruantia accommoda iudicarent in vnum recolligerẽt,ac poſtea per totum capitulum generale aut maiorẽ partem eiuſdẽ approbarentur,& tandẽ apoſtolicæ confirmationis patrocinio munirentur.B ſſfo. 30. conce.107. 5

Aduerte quod virtute præfatę conceſſionis in capitulo generali celebrato in conuentu & prouincia Burgenſi anno domini.1523. facta ſunt ſtatuta generalia pro omnibus fratribus minoribus obſer. in quibus tamen (ſicut in reliquis ſtatutis ſeu conſtitutionibus generalibus fieri conſueuit) non ſunt reuocata præcedentia ſtatuta & conſtitutiones in aliis capitulis generalibus ordinata,Et ideo non ſolum tenentur præfati fratres ad huiuſmodi ſtatuta vltimo ordinata verumetiam ad antiqua ſaltem quæ poſt ſtatutum Sixti. 4 ſuprapoſitũ *Collector.*

§.3.edita ſunt, Ac non ſolum ad ſtatuta generalia, ſed etiam ad prouincialia, quę eandem vim obtinent reſpectu ſubditorum illius prouinciæ in qua facta ſunt, vel fient. Circa quod eſt notanda quædam ordinatio facta in capitulo generali celebrato in conuentu Montis Lucis ſub tenore ſequenti.

Statutum generale. Itē ſtatutum eſt, quod quia ſingulæ prouinciæ ſingulis indigēt particularibus prouiſionibus, propter varias diſpoſitiones, & conditiones cuiuſcunque prouinciæ, idcirco vt omnibus debitæ prouideatur datur ſingulis prouinciis facultas faciendi ordinationes ſibi conuenientes, quas vult capitulum generale eadem authoritate vigere quemadmodum conſtitutiones ibidem factæ. ff.o.241. tractatu.2.

Aliud ſtatutum. Item in capitulo Burgenſi in ſtatutis generalibus ordinis ibidem factis ſtatutum eſt quod nullę conſtitutiones vel ordinationes fiant in capitulis prouincialibus abſque maioris partis capituli conſilio & aſſenſu.

STIGMATA.

1 GREGORIVS.9. edidit quandā bullam ad perpetuam rei memoriam in commendationem, & laudem ſacrorum ſtigmatum ſeraphici patris Frāciſci, vbi acriter increpat quendā epiſcopum dubitantē de hmōi ſtigmatibus. B.fo.11.& ff.o.96.conce.209.

2 Idē Gregorius diſtrictè præcepit prioribus prouincialibus ordinis fratrum prædicatorum, quatenus inquirerent an quidam frater prædicti ordinis prædicaſſet contra ſtigmata beati Franciſci, ac cōtra fratres mi. prout ſibi fuerat denunciatum & quod ſi ita feciſſe inuenirent, ſuſpenderent illum ab officio ṗdicationis, & mitterent ad præſentiam eiuſdem ſummi pontificis, vt iuxta ſua demerita reciperet. B.fo.21.& ff.o.23.conce.6.

3 ALEXANDER.4. edidit quandam ſolenniſſimam bullam ad perpetuam rei memoriam in exaltationem, & laudem ſtigmatum beati patris Franciſci proferens multa teſtimonia fidelium perſonarum, qui viderunt, & palpauerunt huiuſmodi ſacra ſtigmata, & inſuper ad-

dēs propriū teſtimonium.B.fo.12.& ffo.96.cōcc.107.

Idē Alexāder cōmēdauit,& eximiis laudibus exaltauit montē aluernæ,vbi præfata ſtigmata fuerūt diuinitus impreſſa beato Franciſco,ac in virtute ſanctæ obedientiæ mādauit prelatis fratrū mi.ne cōuentum illic ædificatum derelinquerent,vel deſtrui permitterent, ſed quod ibi aliquos fratres ſtatuāt,qui debitū domino reddant famulatum.B.fo.22.& ffo.24.conce.10 4 *De monte aluernæ.*

Idem Alexāder ſcripſit vniuerſis chriſti fidelibus literas patētes in cōmēdationē ſtigmatū pdictoꝝ, vbi poſuit ſequentia verba grande ac ſingulare miraculū quo B.Franciſcum ipſe ſanctoꝝ ſplēdor, & gloria dñs Ieſus chriſtus mirabiliter decorauit vobis ferre: Gregorius pa.9 p̄deceſſor noſter clara ſua inſinuatione literarum expreſſit,videlicet qđ idē ſanctus cū adhuc ſpaciū præſentis vitæ pcurreret,& poſtquā illud feliciter cōſumauit,in manibus latere,ac pedibus ſpecie ſtigmatū diuinitus extitit inſignitus Cū igitur tam inſigne diuini amoris ſignum,qđ vtiq; an̄ obitū eius patuit,& nobis ēt tūc notum fuit,cum eodem prædeceſſore in min. adhuc officio cōſtituto,ab omnibus chriſticolis credi firmiter cupiamus,deuotionē veſtrā rogamus, & hortamur in dño Ieſu xp̄o,in remiſſionē vobis peccaminum iniūgēdo,quatenus ab aſſertione contrarij (quæ nō niſi ex cordis malignitate pcederet) aurē & mentē penitus auertatis,reddentes vobis eundē ſanctum digna veneratione propitiū apud Deum,vt adiuti præcibus eius & meritis fœlicitatis æternæ poſſitis eſſe participes.B.fo.26.& ffo.29.conce.23. 5 *Teſtimonium ſtigmatū ſancti patris Franciſci.*

Idem Alexander promulgauit ſententiam excōis à qua nullus poſſet abſolui niſi pſonaliter adiret ſedem apoſtolicā,cōtra eos q in regnis caſtellæ, & legionis de imagine beati Frāciſci ſtigmata ſacra aboleuerint, ſeu abolere fecerint,& qui pdicauerint p̄dictū ſanctū p̄fata ſtigmata nullatenus habuiſſe, cuiuſcunq; ordinis vel conditionis exiſtant. Et decreuit inſuper ꝙ ſi fortè tales fuerint doctores, ſeu lectores in theologia, ſeu in quacunq; alia facultate,aut poteſtatē audiēdi cōfeſſiones habentes, incurrant priuationē p̄dictoꝝ officioꝝ. 6 *Excōmunicatio.*

Pene contra aduersantes stigmatibus sancti patris Francisci. Et inſuper præcepit eccleſiarum prælatis prædictorum regnorum quatenus huiuſmodi literas notificent chriſti fidelibus & prædicta omnia faciant firmiter obſeruari contradictores per cenſuram eccleſiaſticam (appellatione poſtpoſita) compeſcendo. b.fo. 26. & ffo. 37 conce.18.

7 NICOLAVS.3.approbauit & confirmauit quandã bullã Gregorij.9.in fauorẽ ſtigmatum beati Franciſci editam,illãque ſuis literis inſeruit,quæ eſt quaſi de verbo ad verbum ſicut ſuprapoſita Alexãdri.4.§.5. Habetur autem B ſo 11 & ffo.95.conce.205.

8 SIXTVS.4.informatus quod nõnulli religioſi quaſdã ſanctas & maxime S. Catherinam de ſenis in diuerſis partibus ſine cõſenſu & approbatione ſedis apoſtolicæ ac(vt creditur) ſine rei veritate cum ſtigmatibus chriſti ad inſtar beati Franciſci depingebant,ac q in publicis prædicationibus aſſerebant prædictam S. Catherinã recepiſſe à Chriſto ſtigmata verius quam.S. Franciſcus. Attendens hoc eſſe præiudicium veritatis & honoris prædictæ ſedis apoſtolicæ fecit prouiſionem infraſcriptam dicens ſic.Nos igitur de præmiſſis plenariam habentes notitiã & quod ſi dicta ſancta Catherina ſtigmata huiuſmodi habuiſſet felicis recordationis Pius papa. 2 prædeceſſor noſter qui eandem ſanctam cathalogo ſanctorum aſcripſit & ſuarum virtutum prerogatiuas in ſua canonizatione luculentiſſimè declarauit ſpecialem de hoc ſingulari priuilegio feciſſet memoriam, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati vniuerſis & ſingulis quorũcũque ordinum profeſſoribus &aliis perſonis vtriuſque ſexus cuiuſcunque dignitatis ſtatus gradus & conditionis fuerint authoritate apoſtolica tenore præſentium in virtute obedientiæ & ſub excõmunicationis pena (quam contra facientes ipſo facto incurrant & à qua per aliũ quã Romanum pontificem niſi in mortis articulo dũtaxat abſolui non poſſint) diſtrictius inhibemus prædicatoribus: vt à prædicationibus & aſſertionibus huiuſmodi deinceps deſiſtant ac præmiſſis & aliis quibuſcunque vt picturas cum huiuſmodi ſtigmatibus auferant & au-

De S. Catherina de Senis. *Nota.* *Excõmunicatio.* *Prohibitio*

ferri quilibet faciant atque procurent infra ſpaciū vnius anni à publicatione præſentium,nec liceat alicui eandem ſanctam Catherinam depingi facere cum ipſis ſtigmatibus,donec eadem ſedes apoſtolica hoc approbauerit & per ſpeciale priuilegium ſanctam ipſam cum ipſis ſtigmatibus depingi conceſſerit.b.fo.53.&.ffo.50. conce.54.

9 *Prohibitio in fauorē ſancti Frāciſci.*

Idem Sixtus quia poſt literas immediatè ſuprapoſitas fuit informatus quod nonnulli propriis inhærentes affectibus mandatis prædictis non obediebant præhabitis conſilio & aſſenſu & matura deliberatione cum ſanctæ Romanę eccleſiæ cardinalibus ſtatuit & ordinauit,ꝙ nullius ſancti aut ſanctæ beati aut beatæ figura aliqua cū dictis ſtigmatibus depingi poſſit quouis modo quo extimari poſſit vel credi illū vel illam huiuſmodi ſtigmata habuiſſe excepta imagine beati Franciſci quem multipliciter conſtat ſtigmata à Chriſto recepiſſe, ac etiam prohibuit ne aliquis in prædicationibus ad populum,vel alſs ſcriptura, aut verbo aſſerere, aut affirmare præſumat aliquem ſanctum vel ſanctam beatum, aut beatam ſtigmata huiuſmodi habuiſſe, & ſuper his imponit grauiſſimas cenſuras, & penas quas incurrant diuerſimodè facientes contra prǽmiſſa,ſuper quibus etiam dat conſeruatores omnes eccleſiarum prælatos,& alios in eccleſiaſtica dignitate conſtitutos. B.ffo.217.conce.520.

Excōmunicatio.

10 *De S. Catherina de Senis.* *Excōmunicatio.*

Idem Sixtus quia poſt omnia ſupradicta per quaſdam ſuas literas ſuſpenderat ad tempus cenſuras, & penas per eum impoſitas contra depingentes ſanctam Catherinam de ſenis cum ſtigmatibus, declarauit dictam ſuſpenſionem de cætero non valere, & decreuit ꝙ literæ prædictæ ſuper ſtigmatibus editæ ob ſuſpenſionem præfatam nullatenus reuocatæ cenſeri debere, ſed in ſuo robore,ac vigore ꝑmanere, ac ſi huiuſmodi ſuſpenſio non emanaſſet.Ac inſuper mandauit de nouo ſub cenſuris in prædicta bulla contentis,ne præfatam imaginem beatæ Catherinæ de ſenis amplius cū ſtigmatibus depingatur, & quod imagines ſic depictæ aboleantur, non obſtantibus quibuſcunque.B.fo.40.

& ffo.124.conce.271.

Collector. Vltra ſupradicta ſunt nonnulla alia conceſſa ob honorem:& reuerentiam ſtigmatum Beati Franciſci.

Et primo ſunt conceſſæ aliquæ indulgẽtiæ quas poſſunt promereri omnes in die impreſſionis huiuſmodi ſacrorum ſtigmatum,& hęc poſitæ ſunt ſupra in dictione Indulgentiæ quo ad ſeculares.1.in.§.2.

Secundo fuit conceſſum:vt in præfata die impreſſionis ſtigmatum poſſit ſuſpendi interdictum , hoc autem habetur in dictione Interdictum.2.in.§.3.

STVDENTES FRATRES.

1 *Generalis miniſter. De reductione fratrum ſtudentium.* EVGENIVS.4.cõceſſit authoritatem miniſtro generali fratrum mi.reducendi fratres ſtudẽtes cuiuſcunque gradus:& cõditionis exiſtant ad ſuã & aliorum platorum dicti ordinis regularẽ obediẽtiã & cõmunẽ viuẽdi modum:iuxta formam regulæ:& profeſſionis ſtatutorumq; eiuſdẽ ordinis,non obſtantibus quibuſcunque in contrarium facientibus. Et inſuper voluit quod præfatus generalis miniſter:& alij per eum deputandi habeant facultatem: & poteſtatem plenariam omnes & ſingulos ſupradictos fratres obedire recuſantes : & contradictores quoſcunque per cenſuras eccleſiaſticas, *Appellatio.* & alia iuris remedia(appellatione poſtpoſita) compeſcendi,inuocato etiã ad hoc(ſi opus fuerit)auxilio brachij ſecularis b.fffo.84.conce.246.

2 *Pro omnibus generalibus mẽdicantium* PIVS.2.præcepit generalibus quatuor ordinum mẽdicantium , quatenus omnes & ſingulos ſuorum ordinũ profeſſores: qui ſpiritu rebellionis aſſumpto: prælatis ſuis obtemperare: eorumque ſalutares correctiones:& diſciplinam effugere aut deſpicere præſumpſerint,& vt impune hoc efficiant rectorum ſeu gubernatorum & conſeruatorum ſtudiorum præſidia & patrocinia implorauerint prætendentes ſe exemptos ab ipſorum ordinum iuriſdictione & poteſtate ac correctione cuiuſcunque gradus vel conditionis exiſtant,niſi

(canonica monitione præmiſſa)ab huiuſmodi reſipuerint & debitam à prædictis generalibus pro commiſſis pœnitentiam humiliter ſuſceperint ac mandatis eorundē generalium efficaciter obtemperare ſtuduerint authoritate apoſtolica denuncient,& ab aliis vbi & quādo & quoties expedierit denunciari faciāt prædictos fratres excōmunicatos eſſe & ab omnibus magiſterij bachalauriatus:lectoratus,biblij ſtatus officiis aliiſque dignitatibus & honoribus dictorum ordinum exutos fore.Et inſuper ſi eorum cōtumacia protcruitas vel rebellio id exegerit carceribus ad pœnitentiā peragendā intrudi faciāt,donec ad cor reuerſi ſalutaribus monitis & mādatis ſe ſubiecerint;& à prædicta excōmunicationis ſententia abſolutionis beneficium meruerint obtinere. B.ffo.86.conce.249. *Excōmunicatio.* *Gradus ſcholaſtici.* *Correctio.*

INNOCENTIVS.8.fecit quandam conceſſionem notabilem circa modum quo prælati obſeruantes poſſunt corrigere fratres cōuentuales ſtudentes in quibuſlibet vniuerſitatibus Hiſpaniæ,Vide illam ſupra in dictione correctio fratrum §.11. 3 *De correctione ſtudentium.*

IVLIVS.2.ſtatuit & ordinauit ꝙ fratres ordinis prædicatorum aut mi.non poſſint commorari extra domos ſuorum ordinum cauſa vel reſpectu ſtudij ſiue in Salmātina ſiue in aliis ciuitatibus & locis quibus literaria ſtudia vigeant præter & abſq; licentia prouincialium priorum ſeu miniſtrorum vel,eorum vicariorum reſpectiuè ac illa durante duntaxat:etiam de licentia ſedis apoſtolicæ aut prætextu.,quarumcunque facultatum ac indultorum & literarum apoſtolicarum Salmantineñ. & aliis vniuerſitatibus prædictis pro tempore conceſſorum. Et ſuper hoc ponit penas & cenſuras , ac dat conſeruatores quoſdam. B. ffo.209.conce.512. & fffo.70.conce.217. 4 *De habitatione extra conuentus*

Qualiter fratres mi.& prædicatores ſtudentes poſſint aſſumere gradus ſcholaſticos dictum eſt ſupra in dictione Gradus ſcholaſtici. *Collector,*

Aduerte tamen quod iſta nō pertinent ad fratres obſeruantes ſed ad conuentuales exceptis illis qui in conuentu Pariſienſi ſtudent.

Collector. Circa ſucceſſionem hæreditatum ſunt multa, & varia conceſſa, & ſtatuta per multos ſummos pontifices quæ omnia poſita ſunt ſupra in dictione Hæredes, & Hæreditas. Vide ibi.

SVPERFLVITATES.

Collector. Qualiter ſuperflua quæ in conuentibus fratrum mi. obſer. reperta fuerint, poſſint, & debeant tolli per generalem dicti ordinis, habetur ſupra in dictione generalis miniſter. § 3 & 5. & in dictione ornamenta. § .1.

SVSPENSIONES.

Diſtinctio materiæ ſuſpenſionis.

Collector. Aduertendum, quod in priuilegiis fratrum mino. & aliorum mendicantium reperiuntur nonnulla pertinētia ad hāc dictionē ſuſpenſio. Et primo ea quæ concernunt abſolutionē, ſeu diſpenſationem à ſuſpenſionibus incurſis per fratres, habētur in dictione abſolutio ordinaria quo ad fratres. § .4. & .7. & .8. Scđo de illis quæ tāgunt ſuſpenſionē priuilegiorum, & indulgentiarum dictum eſt in dictione priuilegia in multis. § . vbi in margine poſita eſt hæc dictio ſuſpenſio.

SYNDICVS.

Collector. Sciendum quod omnia quæ in priuilegiis fratrū mi. continentur reſpectu ſyndicoꝝ à ſede apoſtolica deputatorū pro hmōi fratribus, ſunt ſuperius poſita in dictione procuratores fratrum, quia tali nomine frequētius reperiuntur nominati. Vide ergo illa in prædicta dictione procuratores fratrum.

TERTIARII FRATRES ET SORORES.

Diſtinctio materiæ infraſcriptæ.

Collector. Aduertendum eſt, quod ea quæ in priuilegiis fratrum mino. continentur reſpectu tertiariorum ſunt in mul-

tiplici differentia Quædam enim attinent ad ipſorum regulam, & profeſſionem abſolutè, & hæc habentur in. §.2.&.6 .& 7.&.12.&.13.&.18 &.25.

Alia pertinent in ſpeciali ad ſubiectionem, & obediẽtiam quam iidẽ tertiarij habere debent, & iſta ponuntur in §.3.&.4.&.5.& 8.&.16.&.17.

Nonnulla concernunt eorundem tertiariorũ exemptionem, & alia priuilegia. & hæc cõtinentur in. §.1.&. 4.&.9.&.11.&.12.& 14.&.19.&.20. & 21.&.22.ac.23.

Reliqua verò reſpiciunt abſolutiones, & adminiſtrationem ſacramentorum, hæc autem conſiſtunt in. §.8. &.15. vltra ea quæ poſita ſunt ſupra in dictionibus abſolutio ordinaria, & abſolutio extraordinaria quo ad fratres, nam ratione communicationis priuilegiorum poſſunt gaudere illis omnibus conceſſis fratribus quorum ſunt tertiarij.

GREGORIVS.9. conceſſit quod tertiarij beati Franciſci nequeant compelli ad aliquod iuramentum, niſi pacis, ac fidei, & calumniæ, aut teſtimonij. Et ſtatuit quod non grauentur amplius impoſitione onerum, quam ſui conciues. B fo.19.

Aduerte, quod tertiarij de quibus in hac conceſſione fit mẽtio ſunt illi qui in proprijs domibus viuunt & nõ fecerunt tria vota eſſentialia religionis. *Collector.*

NICOLAVS.5. approbauit & confirmauit regulam fratrum, & ſororum tertij ordinis beati Franciſci inſerendo totam regulam hmôi in ſuis literis. B. fo.49. & ffo 132 .conce.298. 2

Aduerte, quod prædicta regula principaliter attinet, ad perſonas quæ in ſeculo remanẽtes volunt viuere ſtrictius quã alij chriſtiani, & parum pertinet ad perſonas religioſas quæ fecerunt tria vota, & viuunt in communitate, & ideo pro illis tertiariis, tam fœminis, quã viris qui ſunt veri religioſi, fecit Leo.10. aliam regulam quæ in fine ponitur ad literam, prout fuit ordinata, quia nullibi reperi eam impreſſam. *Collector.*

Idem Nicolaus ſtatuit, vel potius conſuluit, quod prędicti tertiarij procurent aſſumere viſitatores, & reformatores de ordine fratrum minorum. B. fo.33.& 3 *Viſitatores.*

ffo.116.conce.254.

4 *Communicatio priuilegiorum* Idē Nicolaus præfatis tertiariis qui iuxta ſuum cōſilium elegerint viſitatores de ordine fratrum min. dedit ſuam benedictionem & conceſſit quod gaudeant priuilegiis eiuſdem ordinis pœnitentium ſeu tertiariorum à ſede apoſtolica cōceſſis & impoſterum concedendis. Et inſuper voluit quod huiuſmodi tertiarij qui ſequuti fuerint ſuum conſilium accipiēdo viſitatorem de ordine mi. habeant & debeant habere miniſtros ex ipſis iuxta formam in prædicta regula comprehenſam. B.fo.33. & ffo 116.conce.255.

Collector. Aduerte ꝙ vt ex prædictis clarè colligitur, ꝙ tertiarij qui non ſtant ſub obedientia fratrum mi. nec gaudēt ſuis priuilegiis nec poſſunt habere miniſtros pro ſuo regimine, quod eſt notandum quia à paucis circa hoc aduertitur.

5 MARTINVS.5.circa ſubiectionē præfatorum tertiariorū ſub obedientia generalis & prouincialiū miniſtrorū ord. fra mi. edidit quādā bullā cōmittēs hoc negociū cuidā cardinali, ſed q2 nō cōſtat q2 ſuper hoc idē cardinalis fecerit prædicta bulla de nullo videtur deſeruire. habetur in B. fo.32. & ffo.115. conce.253.

6 *Ieiunium* EVGENIVS.4 cōceſſit ꝙ ſorores tertij ordinis ſolūmodo teneantur ad illa ieiunia ad quæ fratres ordinis mi. regulā obſeruantes obligati ſunt, & quod eoſdē modos ſeruent in cibis quadrageſimali tpe exceptis debilibus & infirmis. b fo.46. & ffo. 41.conce.47.

7 *Votum.* SIXTVS.4. ſtatuit ac decreuit, ꝙ votum obedientiæ paupertatis & caſtitatis emiſſum à tertiariis beati Franciſci habeat vim & valitudinē voti ſolennis ac omnem inducat effectū quē inducit votū ſolēne factū cuicunq; de religionibus à ſede apoſtolica approbatis, Ac diſtrictè præcipiendo mādauit omnibus & ſingulis cuiuſcunq; gradus dignitatis ordinis aut conditionis fuerint ſub quorum cura vel iuriſdictione prædicti tertiarij fratres vel ſorores tunc degebant aut in futurum degere contingeret, ne fratres vel ſorores prænominatos præfatum votum modo prædicto emittentes matrimonium contrahere vel ante contractum conſum-

mare aut religionem ipſam dimittere & ad ſecularem vitam redire permittant. Decreuitque irritum quicquid in contrarium factum fuerit, ac ipſos fratres vel ſorores id facientes excõmunicationis ſententia innodatos fore. B fó.33.& ffo.117.conce. 256. *Excõmunicatio.*

8 Idem Sixtus ſtatuit, ꝙ generales & prouinciales miniſtri ordinis mi. & eorum vicarij tã conuentuales quã obſeruantes habeant ſub ſua iuriſdictione omnes fratres & ſorores tertij ordinis beati Frãciſci vbilibet infra prouincias eis commiſſas conſiſtentes ac eos charitatiue viſitent, & eoſdem iuxta regularia inſtituta dicti ordinis inſtruant & reforment necnon & corrigant etiã per oblationem habitus dicti tertij ordinis, ſi id qualitas exceſſus exegerit. *De ſubiectione prelatis ordinis mino.* *Correctio.*

Et ſimiliter ſtatuit quod prædicti prelati ordinis mi. poſſint recipere volẽtes aggregari hmõi tertio ordini, ac etiã quod poſſint eiſdẽ tertiariis deputare viſitatorẽ ſeu confeſſorem prædicti ordinis mi. de obſeruan. vel conuentualium prout eis plus placuerit qui eiſdem tertiariis omnia eccleſiaſtica ſacramẽta miniſtrare debeat. B.fo 8.&.ffo.92.conce.201. *De receptione ad ordinem tertiario.*

Aduertendum eſt circa ſupradictum de receptione ad ordinem tertiariorum, quod profeſſio debet fieri conformis regulæ eorundem tertiariorum de qua ſupra. §.2. debet etiam fieri in communitate, vt colligitur ex aliis literis Sixti, Debent etiam alia concurrere quæ in prædictis literis continentur, quæ ſi non concurrerint non gaudebunt priuilegiis temporalibus fratrum minorum prout latius dicitur in fine huius dictionis. *Collector.*

9 Idem Sixtus in bulla aurea conceſſit vt tertiarij vtriuſque ſexus ordinum prædicatorum & minorum gaudeant eiuſdem priuilegiis & immunitatibus gratiis fauoribus & conceſſionibus ac indultis ſpiritualibus & temporalibus conceſſis & impoſterum concedendis ordinibus prædictorum fratrũ prædicatorũ & minorũ & illorum profeſſoribus ac domibus & locis procuratoribus & oblatis ſeu aliis quomodolibet quatenus ſtatui & conditioni prædictorum tertiariorum conue- *Cõicatio priuileg.*

nire poſſunt. B. fo. 66. & ffo. 148. conce. 362.

Collector. Aduerte, quod hoc eſt intelligendũ de illis tertiariis, qui faciunt tria vota, & viuunt in cõmunitate, de quibus idem Sixtus fecit mentionem ſupra. § 7.

10 Idem Sixtus ſtatuit quod fratres prædicatores & mi. recipientes, ſeu admittentes ad priuilegia & immunitates ſuorum ordinũ quoſcunque laicos vtriuſque ſexus prætextu tertij ordinis, ſeu alterius modi viuendi, niſi geſtauerint habitum dicti tertij ordinis: & profeſſionẽ emiſerint ſolitam, & in congregatione viuant & in cõmuni, ſint excommunicati, non obſtantibus quibuſcunque, Habetur in bulla præfati Sixti quæ incipit, Deteſtanda nonnullorum ambitio prout allegatur in quadã tabula priuilegiorum per quendam commiſſarium Romanum compilatam, non tamen habetur in libris priuilegiorum impreſſis.

Excõmunicatio.

11 INNOCENTIVS. 8. extendit gratias, & indulta cõceſſa fratribus, & ſororibus tertij ordinis in communi viuentibus, etiã illis qui viuunt in particulari o. fo. 64. & ffo. 69. conce. 146. & ffo. 100. conce. 375.

Collector. Aduerte, quod huiuſmodi conceſſio debet intelligi ſolum de gratiis ſpiritualibus, quia cum ſit facta oraculo viuæ vocis, nihil deſeruit pro rebus temporalibus. Eſt etiam intelligenda hæc cõceſſio de illis tertiariis, qui licet viuant in particulari, vouerunt tamen tria vota in communitate.

12 Idem Innocentius declarauit, quod ſorores tertij ordinis, etiam in communi viuentes, quãuis ſe aſtringant ad plura quã in earum regula continentur, non includũtur ſub conſtitutione Ioannis 22. reprobantis vitam & ritũ fratricellorum, prout à nonnullis credebatur. B. fo. 38 & ffo. 122. conce. 266.

De ſororibus tertiariis.

13 Idem Innocentius conceſſit, quod prædictæ ſorores tertij ordinis beati Franciſci poſſint liberè & licitè ſumere velum nigrum, & ſub perpetua clauſura manere quandocunque prædictis ſororibus, ac miniſtris ordinis mi. vel aliis earum ſuperioribus (ſub quorum cura exiſtent) placuerit, ac earundem ſtatui viſum fuerit expedire. B. fo. 38. & ffo. 122. conce. 266. in fine.

De ſororibus tertiariis.

ALEXANDER. 6. conceſſit:ꝙ ſorores tertiæ regulæ in congregatione ſub cura fratrum mino. obſer. degentes, quæ pro maiori parte ex eleemoſynis chriſti fidelium & labore manuum ſuarum victũ & veſtitum recipiunt:non poſſint cogi ad ſolutionem alicuius decimæ,ſeu taxæ,aut collectæ,quæ ꝓ tẽpore imponi contigerit,etiã ſi aliquid habeant ꝓprij,quod tamen nõ ſufficit eis ad quotidianas expenſas b.ffo.5 6.conce.6 6. 14 *De ſororibus tertiarijs.* *Exemptio à decimis.*

Idem Alexander conceſſit:ꝙ generalis & prouinciales ordinis min. obſer. poſſint cum conſilio aliquorum fratrũ deputare confeſſores præſbiteros ſeculares, vel aliorum ordinũ regulares & honeſtos, pro fratribus & ſororibus tertij ordinis, vbicunque in partibus vltramontanis cõmorantibus (ſ. in partibus galliarum, & Hiſpaniarum.& cæteris eis annexis) quibus ſua peccata confiteri,& ab eis quæcunque eccleſiaſtica ſacramẽta recipere poſſint,ita tamen,quod cõfeſſores huiuſmodi nullo modo debeant ingredi clauſtra,ſeu interiores officinas dictarũ ſororum abſque alterius perſonæ bonæ vitæ & famæ ſocietate,Attamen prædictam deputationem fieri poſſe conceſsit ſolum in locis, in quibus fratres mino. obſer. aut conuentuales cõmodè haberi nõ poſſunt.B.fo.39.& ffo.123.conce.2 6 9. 15 *De cõfeſſoribus ſecularibus deputãdis.* *Ingredi monaſterium*

IVLIVS.2.confirmauit literas Sixti 4. ſupra poſitas §.8. ac illis perpetuę firmitatis robur adiecit, ſuppleuitque omnes & ſingulos iuris & facti defectus ſiqui forſan interuenerint in eiſdẽ. Et inſuper de nouo ſubiecit omnes fratres & ſorores tertij ordinis vbique locorum per vniuerſum orbem conſiſtentes ſub obedientia & correctione generalis & prouincialiũ fratrũ mi. de obſer.& conuentualium,ita quod eos viſitare & corrigere poſsint iuxta formã prędictarũ literarum Sixti.4.Super his autem imponit graues cenſuras & penas prædictis tertiarijs, niſi cum effectu paruerint huiuſmodi literis infra certum terminum,ac etiã ſuper hoc dat certos cõſeruatores B.ffo.223 conce.529. 16 *De ſubiectione prælatis ordinis mino.* *Viſitatio.*

Idem Iulius dedit poſtea alias literas ad confirmationem ſupraſcriptarum immediatè cum magnis clauſulis, & non obſtantiis, ac deputatione conſeruatorum 17 *Cõfirma.*

B.ſſo.225.concc.530.

18 *Habitus fratrum.* Idem Iulius ſtatuit, quod tertiarij portent vbique habitum talem, quod diſtinguantur à fratribus primi ordinis ſancti Franciſci, & quod conſtituatur omnibus illis de tertia regula, quocunque nomine nuncupentur, & vbicunque ſint per vniuerſum orbẽ, habitus vniformis, qui ſit communis omnibus ipſis vbique, tàm in forma quàm in colore, ita quod nulla differentia ſit in habitibus eorum. In forma autem quod ad minus habeant caparonem latum, vt deſuper ſcapulas deſcendat ab vtraque parte per quatuor digitos. In longitudine verò tàm à parte anteriori quam poſteriori attingat infra cingulum, vt ſuper illud poſſit cingi. Color quoque ſit magis ad nigredinem tendens quã ad albedinem, prout habetur. B.ſſo.215 conce.519.

19 *De tertiariis in particulari viuentibus.* LEo.10. in concilio Lateranẽſi ſtatuit, quod fratres & ſorores tertij ordinis in propriis domibus habitantes valeãt ſepulturam eligere, vbi voluerint, & quod die paſcatis tantum Euchariſtiam: necnon extremã vnctionem: cæteraque eccleſiaſtica Sacramenta (pœnitentiæ ſacramento duntaxat excepto) à proprio ſacerdote parrochiali recipere debeant, Et voluit quod ad onera quæ laïcis incumbunt perferenda teneantur, ac quod in foro ſeculari coram iudicibus ſecularibus conueniri poſſint. Et inſuper decreuit quod prædicti tertiarij in *Sacramẽ. Interdictum.* propriis domibus habitantes nullatenus admittantur tempore interdicti, ad audienda diuina in eccleſiis ordinum: quorum ſunt tertiarij, ſi cauſam dederint interdicto: vel cauſam ipſam nutriant, ſeu foueant, aut dantibus auxilium, conſilium, vel fauorem quoquomodo præſtiterint B ſſſo, 26 conce.86.

Collector. Aduerte: quod prædicta intelligenda videntur generaliter de quibuſſ bet tertiariis in particulari viuentibus, quia cum lex non diſtinguat, nec nos diſtinguere debemus, & præſertim quia pro viuentibus in communi facta eſt poſtea ſequens conceſſio.

20 *Communicatio priuilegiorum.* Idem Leo vbi ſupra ſtatuit, quod tertiarij collegialiter viuentes, ſeu cum clauſtralibus habitantes, aut mulieres virginalem, ſeu celibem, aut caſtam vidua-

lem vitam ducentes expreſſo voto, & ſub dicto habitu gaudere debeant priuilegiis quibus fratres ordinis, cuius tertiæ regulæ habitum geſtant, potiuntur, & gaudẽt, B. fffo. 26. conce. 87.

Idem Leo confirmauit, & approbauit, ac innouauit ſupradictas literas Sixti. §. 8. cum omnibus & ſingulis in eis contentis clauſulis, ac perpetuę firmitatis robur obtinere debere decreuit. Et inſuper inhibuit omnibus & ſingulis prælatis eccleſiaſticis ſub excommunicationis latæ ſententiæ pena, ne ſorores tertiæ regulæ beati Franciſci, quæ tria eſſentialia vota emittendo collegialiter viuunt, quaſque conformiter ad præfati Sixti literas, veras religioſas eſſe declarauit, quomodolibet impedire præſumant, quominus huiuſmodi ſorores iuxta priuilegia fratrum mi. poſſint liberè & licitè habere oratoria, ſeu eccleſias cum campanili humili & campana, ac in illis Sacramentum Euchariſtiæ in loco decenti & honeſto: necnon oleum ſanctum pro earũ vſu tantum. & cemiterium benedictum, in quo ſororum decedentium corpora ſepeliri poſſint: ac in eiſdem eccleſiis aquam benedictam ſolenniter benedici: miſſaſq; ſecundum earum deuotionem cantari, & celebrari facere. B. fffo 35. conce. 119.

21 *Pro ſororibus tertiariis.*

Excõmunicatio.

Idem Leo ſtatuit: quod prædictæ ſorores tertiæ regulæ collegialiter viuentes nullatenus poſſint compelli per ſupradictos prælatos Eccleſiarum & rectores aut quoſuis alios ad audiendum Miſſas & alia diuina officia in alio loco quàm in dictis ſuis Eccleſiis aut ad ſuſcipiendum Eccleſiaſtica Sacramenta ab alio quàm à confeſſore regulari, vel ſeculari eis per earum ſuperiorem aſſignando: nec deſuper quomodolibet moleſtari valeant, ac quod huiuſmodi Confeſſor (ſi ſecularis fuerit) quandiu officium prædictum confeſſionis à dictis ſuperioribus ſibi impoſitum continuauerit, nequaquam per locorum ordinarios in præmiſſis impediri poſſit. Et tandem circa præmiſſa dedit conſeruatores omnes in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutos. B. fffo. 35. conce. 119.

22 *De ſororibus tertiariis in communi viuentibus. Sacramẽt.*

Idem Leo dedit præfatis ſororibus copioſam exem-

Exēptio. ptionem à ſolutione cuiuſuis decimæ, aut taxæ, vel collectæ etiam per ſe lē apoſtolicā impoſitæ, ſi tamen ita ſunt pauperes, quod earum redditus non ſufficiunt pro cōmoda earum ſuſtentatione. B. ſſo. 48. conce. 143. hoc ponitur latiùs ſupra in dictione Decimæ. §. 8. & in dictione Exemptio. § 30.

24 *De alienatione bonorum.* Idem Leo fecit quaſdam conceſsiones circa modum, quo alienari poſſunt bona monaſteriorum monialium ſeu ſororum tertij ordinis, quæ poſita ſunt ſupra in dictione Abbatiſſa § 9. & 10.

25 *Noua regula p tertiariis in communi viuentibus.* Idē Leo ad inſtantiā diuerſarū perſonarū ordinauit denuò regulam pro fratribus & ſororibus tertiæ regulæ beati Franciſci, quæ tria vota eſſentialia emittunt, & in congregatione viuunt, & quia huiuſmodi noua regula nunquam fuit impreſſa in aliquo librorum ordinis ideo operepretium viſum eſt illam hîc inſerere.

Sed aduertendum quod prædicta ordinatio regulæ facta eſt bis, vel ter ab eodem Leone. 10. & non vniformiter, quarū vltima eſt melior, & quæ in partibus Hiſpaniarum per Re. patrem miniſtrum generalem trium ordinum beati Franciſci recepta & diuulgata: necnon & omnibus prædictis tertiariis tradita eſt, ideóque præfatam vltimā regulam reliquis omiſsis imprimere curaui de verbo ad verbum, prout ſequitur.

DILECTIS filiis fratribus & ſororibus tertij ordinis beati Franciſci ſub tribus votis eſſentialibus in congregatione viuentibus.

LEO papa. 10. Dilecti filij ac filiæ ſalutem & apoſtolicam be è. Inter cætera noſtro regimini credita ea nos potiſſimè ſolicitos reddunt per quæ frenatis mundi, carniſque concupiſcentiis innocentiæ primæque pacis celitus collatæ tranquillus ſtatus ad ſuam primęuam reduci cognoſcitur originem, Dudum ſiquidem huius gratia: fe. re. Nicolaus papa. 4. prædeceſſor noſter tertiam regulā beati Frāc. quam de penitentia appellauit, per quā almus confeſſor homines vtriuſque ſexus fideles ſpiritu dei plenus ſaluare contendebat confirmauit & approbauit. Verum quia temporis decurſu ſpirante illo ſpiritu ſancto non ſolum viri cōiugati: mūdique

huius incolæ,pro quibus à beato Franc. præfata tertia regula edita fuerat, verũ et ã innumerarũ virginũ chori tribus eſſentialibus, & à quibuſdã etiã clauſuræ noſtra authoritate aſſumptis votis,conſtructiſque monaſteriis quãplurimis,nõ ſine militãtis eccleſiæ fructu multiplici,& ædificatione præfati tertij ordinis iugo ſua colla ſubdiderunt,Et quoniã in dicta tertia regula quædã matritatis accõmoda,cælibi verò: virgineoq; ſtatui ſub huiuſmodi tertia regula dño famulãtibus nullatenus decentia inectuntur,ob qđ caſtorũ animorũ nonnulli affectꝰ ab ingreſſu dicti ordinis nõnunquã auertũtur,nos iuxta dñi voluntatẽ p̃ciosum à vili ſeparantes, eandẽ tertiã regulã in modum,qui ſequitur diſtinctã de nouo confirmamus & approbamus,ac vobis & ſucceſſoribus veſtris ſeruandam tranſmittimus,cuius tenor ſequitur & eſt talis.

De nouitiorꝝ:ſeu nouitiarum ingreſſu. 1 Capitulum.

FRATRES ſiſeu ſorores ad hunc tertium ordinẽ recipiendi debent eſſe fideles catholici,de hæreſi nõn ſuſpecti , in obedientia Romanæ eccleſiæ firmi matrimonio non ligati,debitis expediti,corpore ſani, animo prompti,nulla vulgari infamia maculati,cum proximis recõciliati,& de his omnibus antequam recipiãtur,ab eo qui recipiẽdi habet facultatem, ſunt diligenter examinandi.

De his:quæ habent promittere fratres & ſorores in profeſſione huius tertiæ regulæ.2.Capitulum.

FRATRES & ſorores poſtquã per vnum integrum annum habitum probationis detulerint(qui de vili panno arbitrio viſitatoris eſſe debet)ſi conuerſatio laudabilis fuerit apud cõuentum:in quo quis: vel quæ habitum probationis portauerit,de cõſilio diſcretorum dicti conuentus ad profeſſionem dicti ordinis recipiatur, in qua profeſſione promittat ſeruare mandata Dei , ac ſatisfacturum de tranſgreſſionibus quas facere poſſet in futurum contra hanc tertiam regulam,vbi à prælatis requiſitus fuerit viuendo in obedientia ſine proprio, & in caſtitate.

De ieiunio.3 Capitulum.

FRATRES & ſorores perpetuis temporibus feria. 2.4.6. & ſabbato (excepto dominicæ natiuitatis feſto) carnes non comedant, Et à feſto omnium ſanctorum vſque ad reſurrectionem domini omni feria. 4. & 6. ieiunare teneantur, ac ſimiliter qualibet ſexta feria totius anni. Item à feſto beati Martini vſque ad natiuitatem domini ieiunent quotidie, iuncta quadrageſima vniuerſalis eccleſiæ vſque ad reſurrectionē domini: quā tamen à quinquageſima incipere debent. Diebus verò quibus non ieiunatur, bis in die dūtaxat comedāt, excepto quod à feſto paſchæ vſque ad menſem octobris laborantes penoſo, ſeu graui labore ter in die refici poterunt: ieiuniorum ſemper diebus exceptis. Poterunt autē itinerātes, infirmi, debiles, tempore neceſſitatis ieiuniū ſoluere.

De diuino officio & oratione. 4. Capitulum.

FRATRES & ſorores in eccleſia ſeruent ſilentium, præſertim quādo miſſa celebratur, vel ſermo Dei ꝓponitur, de aliis verò locis ſeruēt qđ per ſuos ſuperiores circa ſilentium illis fuerit ordinatum. Debent etiam quolibet die in ſero intra ſe & Deū cogitare quid fecerint, dixerint, vel cogitauerint, quolibet autem die ſi potuerint cōmodè debent audire miſſam, & procurare ꝙ habeāt virum religioſum qui illis verbū Dei certis diebus proponat & eos ad pœnitentiā, & virtutes inducat illi autē vel ille, qui vel quæ horas canonicas ſciūt per ſe dicere, debēt horas canonicas ſecūdū vſum S. Romanæ eccleſiæ perſoluere, qui vero horas canonicas neſciunt dicere, dicāt duodecim Pater noſter pro matutino, & ꝓ qualibet aliarum horarum ſeptem, addito Gloria patri in fine cuiuſlibet Pater noſter, addito etiā Credo, & Miſere mei Deus, in principio primæ, & cōpletorij, & qui præmiſſa neſcierit, ter Pater noſter pro pœnitetia dicere debeat. Quoties autem prandium, vel cibum ſumunt, gratias Deo reddere debent. De confeſſione verò ſacramentali, & ſacra communione ſumenda ſeruabunt ordinationē Nicolai papæ. 4. quod ter in anno confiteantur atque communicēt ſecundum ſtatuta à ſuis ſuperioribus ſuper hoc ordinata.

De prælatorum & officiorum ordinatione.
5. Capitulum.

QVAELIBET domus,ſi monaſterium virorũ fuerit,habebit ſuperiorem iſtius fraternitatis qui miniſter localis appellabitur,ſi verò mulierum, mater dicetur. Et eligentur per ſuos conuentus: vel inſtituentur per ſuos prouinciales ſuperiores,ſeu viſitatorem generalẽ,ita tamen quod nullus ſit perpetuus,ſed certi temporis, Qui miniſtri,& matres obedient per omnia,quæ ad præſentem regulam ſpectant, prouincialibus miniſtris ordinis mi. beati Franciſci & viſitatoribus deputatis ab ipſis miniſtris quamdiu in dictis officiis fuerint: quo verò ad alia officia intra domum,ſeruabunt ſtatuta ſua.

De mõ. interius exteriuſq; cõuerſandi. 6. Capitulum.

CVM fratres & ſorores huius fraternitatis dicantur de pœnitentia,oportet eos ab omni curioſitate: tã in veſtibus quã aliis quibuſcunq; abſtinere,& iuxta apoſtolorum principis beati Petri ſalubre conſilium depoſitis cæteris vanis huius ſeculi ornamentis nullum ornamentum corporale portare debent,niſi ſolum humile:& neceſſarium tegumentum corporis ſui. Debent etiam ab acceſſu curiarum principum:dominorum, ſeu dominarũ vbi mollia huius mũdi(domino teſtãte) habẽtur, omnino cauere, nec nullo vnquã tẽpore choreis ludis iocis,&aliis hiſtrionum vanitatibus intereſſe. Debẽt quoque eſſe parci in verbis & locutionibus, quæ raro ſine peccato multiplicantur,& ſuper omnia ab omni mendacio,& iuramento quocunque,iuxta mandatum domini,niſi pro pace,fide calumnia, & teſtimonio perhibẽdo,cauere debent,& omni die in ſero inter cætera debent examinare ſe:ſi vel mendacium, vel iuramentum aliquod fecerint,& pro quolibet ter Pater noſter dicere debent.

De viſitatione & cura infirmorum. 7. Capitulum.

SI quis frater vel ſoror hu9 fraternitatis in infirmitatẽ ceciderit,miniſter domus,vel mater ſemel quotidie per ſe vel per aliã perſonã viſitare teneatur, & de bonis cõibus oĩa neceſſaria diligenter faciat illi miniſtra-

ri,teneatq; infirmũ,vel infirmã monere ad pœnitẽtiã acceptandã,veráq; conuerſionẽ ad Deum faciendã: mortis propinquitatẽ,& iudicij diuini diſtrictionẽ,ſimulque diuinam miſericordiam proponendo.

De viſitatione quam prælati debent facere circa fratres, & ſorores. 8. Capitulum.

MINISTER prouincialis fratrũ mi. vel viſitator eiuſdẽ ordinis cui ipſe cõmiſerit, viſitabit quolibet anno ſemel tantum quãlibet domũ cum præſentia ſeniorum, Et facta viſitatione, non debet intrare officinas nec alia interiora ſororum. Ipſe autẽ viſitator nunquã ſolus maneat & ſeparatus cum aliqua ſorore. Debent autẽ miniſtri, & matres dicere viſitatori defectus qui correctione indigent, ſimiliter & alij fratres & ſorores, Et ſi aliqui fuerint incorrigibiles iudicio diſcretorum vel diſcretarum domus tanquã morbida pecora eiiciãtur de congregatione.

De officiis mortuorum. 9. Capitulum.

POSTQVAM aliquis frater, vel ſoror ab hac luce migrauerit, curabit miniſter, ſeu mater, quod eius exequię ſolenniter celebrentur, quibus exequiis omnes fratres, vel ſorores alicuius domus, vbi ipſum mori cõtigerit, perſonaliter intereſſe debẽt nec recedere donec corpus traditum ſit ſepulturæ, & pro anima cuiuſlibet defuncti vel defunctę, infra octo dies quilibet ſacerdos vnã miſſam, ſcientes autẽ Pſalterium. 50 p̃s. neſcientes verò p̃s quinquaginta Pater noſter, & in fine cuiuſlibet Requiẽ æternã dicere teneantur In fine autẽ cuiuſlibet anni, ſeu. ꝗ quẽlibet annum, quilibet ſacerdos tres miſſas pro defunctis, ſciẽtes pſalterium, vnum pſalterium; neſcientes verò pſalterium, centum Pater noſter cum Requiẽ æternã in fine cuiuſlibet dicere debeant, & circa iſta officiá pro defunctis, & alia officia diuina in præſenti ſerie annexa, cura imponitur miniſtris & matribus: vt fideliter perſoluantur.

De obligatione contentorum in regula. 10. Capitulum.

OMNIA & ſingula in præſenti regula contenta ſunt cõſilia ad facilius ſaluãdas animas viatorum, &

nulla ſunt obligatoria ad peccatũ mortale vel veniale: niſi humano vel diuino iure aliquis alias eſſet obligat⁹. Obligantur tamen fratres & ſorores facere pœnitẽtias ſibi à ſuperioribus impoſitas quando ſuper hoc requiruntur, Obligantur etiã ad tria vota eſſentialia: paupertatem nihil habendo in ſpeciali, caſtitatem: quia poſt votum non poſſunt matrimonium contrahere: nec ſine tranſgreſſione vitiis carnis ſe immiſcere, & obedientiã quantum ad illa ſine quibus non poteſt commodè iſta fraternitas manuteneri, Tenentur etiã ad clauſurã ſeruandã illæ quæ ipſam expreſſę ſeruare vouerint, quod omnibus & ſingulis cõuentibus concedimus: dũmodo hoſpitalitas & charitas quam exercere ſolent apud infirmos nullum cum honeſtate patiatur detrimentum. Datum Romæ apud S. Petrum: ſub annulo piſcatoris: Die vigeſima Ianuarij. 1521. Pontificatus noſtri Anno octauo.

Euangeliſta.

EX PRÆDICTIS OMNIBVS COLLIGENdum eſt, quod fratres & ſorores tertij ordinis S. Franciſci ſunt in triplici Differentia.

Quidã enim illorum & primi tẽpore ſunt illi: qui non faciunt tria vota eſſentialia religionis nec in cõgregatione viuũt ſed in propriis domibus cum ſuis vxoribus & filiis aut familiis, prout aliæ perſonæ ſeculares excepto quod obſeruant ea quæ in regula per Nicolaum. 4. cõpilata cõtinentur, & iſti ſunt proprij tertiarij per beatum Franciſcum inſtituti.

Alij tertiarij ſunt qui faciunt prædicta tria vota in manibus ſui miniſtri vel miniſtræ corã ſua cõmunitate, ſed hi ſubdiſtinguũtur quia aliqui iſtorũ poſt emiſſionẽ votorum ſeu profeſſionẽ prædicto modo factã remanẽt & viuunt in cõmuni, Reliqui verò licet faciãt profeſſionẽ in cõmunitate vt ſupradictum eſt tamen poſtea non viuunt in cõmunitatibus ſui ordinis ſed in aliquibus hæremitoriis vel eccleſiis ſeparatis à conuentibus dicti ordinis.

De prima differẽtia tertiariorũ ſancti Franciſci.

Primi iſtorum tertiariorum ſunt illi qui ordinati

fuerunt per beatum Franciſcum, & hi non conuertuntur in perſonas eccleſiaſticas: ſed remanent vt perſonæ meræ ſeculares, prout Sixtus. 4 declarauit in bulla præallegata ſupra §.7.& ideo poſt iſtam declarationem non eſt intelligendum ꝙ reſpectu huiuſmodi tertiariorũ extendatur iuriſdictio & gubernatio quæ fratribus mi. ſuper tertiarios commiſſa eſt, quia talem iuriſdictionem ſeu gubernationem non poſſunt fratres min. habere ſuper perſonas ſeculares, prout ſunt præfati primi tertiarij, ac pro tanto bulla Eugenij.4. quæ dat fratribus mi. iuriſdictionem ſuper tertiarios extra cõmunitatem viuentes debet intelligi poſt ſupradictam declarationem Sixti de illis qui fecerunt profeſſionem in comunitate & poſtea viuunt extra illam, Et ſi forte reperiretur aliqua bulla quæ conferret expreſſe iuriſdictionem fratribus mino, ſuper huiuſmodi tertiarios: qui manent in ſæculo cum vxoribus & filiis ſeu alio modo conſimili tunc eſſet aduertendum vtrum talis bulla fuerit ante prædictam declarationem, & in hoc caſu iam nihil operatur, ſi autem fuit poſt ſupradictam declarationem tunc etiam nihil valet, niſi expreſſe derogaret huiuſmodi declarationi Sixti immo eſſet reputanda tanquã ſubreptitia. Et inſuper eſſet contra puritatem profeſſionis prædictorum fratrum mi. quia (vt dictum eſt) cum huiuſmodi tertiarij ſint declarati non eſſe perſonæ religioſæ non poteſt conuenire fratribus prædictis iuriſdictio ſuper illos, Verum eſt tamen ꝙ prædicti fratres mino. poſſent licitè ſuper præfatos tertiarios primi gradus habere quandam diligentiam ſeu curam ſpiritualem pro directione animarum illorum, vtpote audiendo confeſſiones eorum & conferendo illis ſacramentũ Euchariſtiæ frequentius quã aliis fidelibus necnon cõmunicando eis aliquas indulgentias & peccatorum remiſſiones & alia ſimilia ſpiritualia quamadmodum ſic confratribus & oblatis ordinis, & adhuc non haberent tantam authoritatem ſuper huiuſmodi tertiarios ſicut ſuper oblatos perpetuos niſi ſimiliter ſe offerrent & donarent in forma iuridica, &

tunc etiā non eſſet niſi quædā obligatio mutua ſine prę iudicio decimarū & tributorū ac iuriſdictionē eccleſiaſticarū & ſecularıū quibus manerēt ſemper obligati vt alij meræ ſeculares,& facit adhoc determinatio Concilij Lateranenſis ſuprapoſita in.§.19.

Aduertendū eſt etiā quod habitus prædictorū tertiariorū primi gradus non reperitur determinatus in aliquibus literis apoſtolicis,nā habitus determinatus per Nicolaū.4.in regula quā ipſe cōpilauit intelligitur ſecundū declarationē Sixti pro illis qui faciunt tria vota & viuunt in cōmunitate,Conſuetudo tamen vel potius corruptela interpretata eſt in diuerſis prouinciis & regnis diuerſas formas habituū ita quod in aliquibus partibus deferunt hmōi tertiarij habitus cōſimiles habitibus fratrum mi.licet hoc ſit expreſſe contra priuilegia prædictorum fratrū mi.& nōnunquā eueniat inde materia ſcandali. *De habitu tertiariorū ſeculariū.*

Videtur tamen quod habitus quē in partibus Italiæ deferunt prædicti tertiarij ſit eorum ſtatui & rationi magis condecens,quia quo ad formam deferunt veſtes prout alij ſeculares,& quo ad colorē ſicut fratres mi. & eſt veriſimile ꝙ talē habitū voluit B.Frāciſcus ꝙ prædicti tertiarij deferrēt,cū ab antiquo in partibus vbi præfatus ſanctus primo inſtituit prædictū tertium ordinē & vbi pro maiori parte conuerſatus eſt obſeruatus ſit, & de præſenti obſeruetur talis modus habitus. *Nota.*

Non poſſunt tamen præfati tertiarij deferre cordam ſicut fratres mi. qa adhuc alij tertiarij q̄ viuunt collegialiter nequeunt portare huiuſmodi cordam regula ipſorum prohibente. *Nota pro corda fratrū minor.*

Itē eſt aduertendum quod ab hmōi tertiariis non poteſt à fratribus mi.recipi aliquod votum religionis ſed ad plus poteſt fieri quædam acceptatio ſeu admiſſio ad prædictam tertiam regulā exhortando illos quod eā obſeruent & adiuuando eos in confeſſionibus & aliis ſpiritualibus ſicut confratribus ordinis, prout ſupradictum eſt.Nec etiam propter hoc efficiuntur fratres ſuperiores illorum ſed remanent vt prius ſub iuriſdictione ordinaria tam eccleſiaſtica quam ſeculari.

De ſuperioribus tertiariorum. Poſſunt tamen huiuſmodi tertiarij (ad inſtar modi qui obſeruatur cõmuniter in confraternitatibus) habere velut ſuperiores aliquos ex ſeipſis qui nominentur miniſtri vel alio nomine vt eorum curã habeant ad conuocandum vel puniendum eos, &c. Sed huiuſmodi miniſtri non ſunt cenſendi tanquã illi miniſtri de quibus Nicolaus. 4. facit mentionem in prædicta regula tertiariorum, quia veri miniſtri qui debẽt gubernare tanquam prælati ſunt ſolummodo illorum tertiariorum qui vouent tria vota, & viuunt in cõmunitate, aliter enim ſequeretur quod tertiarij primi gradus eſſent propriè religioſi, cuius tamen contrarium declaratum eſt per Sixtum. 4. vbi ſupra.

Eſt inſuper ſciendum quod hmõi tertiarij non gaudent priuilegiis (ſaltẽ tẽporalibus) fratrum mi. nã poſtquã Sixtus 4. declarauit quod tales tertiarij non erant religioſę perſonæ non extenduntur ad eos cõmunicationes priuilegiorum quas fecerunt tertiariis Nicolaus 4. & Sixtus 4. ſed ſolum de aliis qui ſunt religioſi. Nec obſtat prædictis quędam conceſſio Innocentij. 8. ſupra poſita. §. 10. qua extendit omnia priuilegia conceſſa tertiariis in communi viuẽtibus ad eos qui viuunt in particulari, quia illa conceſſio cũ ſit viuæ vocis oraculo facta non facit fidem niſi pro foro conſcientiæ & pro rebus ſpiritualibus Et dato caſu ꝙ faceret fidem in iudicio & extenderetur ad temporalia non debet intelligi niſi de illis qui fecerunt profeſſionẽ in cõmunitate, & poſtea virtute alicuius diſpenſationis viuunt in particulari (prout ſępe accidit etiam in fratribus aliorum ordinum magis principaliũ) licet tamen adhuc iſtud nõ cõſtet nimis clarè.

Aduerte Vnde ſequitur ꝙ grauis error fuerit quorundam religioſorum qui intuitu pietatis vel deuotionis inconſideratè procurauerunt quod prædicti tertiarij in aliquibus partibus non ſoluerent decimas nec primitias aſſerẽdo eſſe exemptos ab hmõi & à ſolutione tributorum & vectigalium dominis temporalibus, præſertim quia iſtud ſæpe redundat in non modicum dãnum vicinorũ huiuſmodi tertiariorum & exactorum redditũum, quia

ſunt aliqua prædictorum onerum talis qualitatis, quod quantum aufertur oneris vni vel pluribus exemptis ſeu priuilegiatis de populo tantū ſuperimponitur aliis eiuſdē populi nō exēptis neque priuilegiatis, Et inſuper qui præfatā exēptionē de facto procurauerunt incurrerunt excō municationem vt patet s̄ in. § 10. circa quod propterea valde aduertendum eſt & cauendum in futurum.

QVo ad ſecundum gradum tertiariorum qui iuxta declarationem Sixti ſupradictam § 7 .faciunt tria vota & viuunt in cōmuni ſunt aliqua aduertenda. *De ſecunda differētia tertiariorū ſancti Franciſci.*

Primum eſt ꝙ iſti ſunt veræ perſonæ eccleſiaſticæ & religioſę & ſunt exēpti ab omni iuriſdictione eccleſiaſtica & ſeculari excepta ſubiectione quā debent habere ordini mi. de qua ſupradictū eſt. § 8. &. 16. *Nota.*

Alterum eſt quod habitus iſtorum tertiariorum ſm̄ regulam cōfirmatam per Nicolaum. 4 debet eſſe coloris nec prorſus nigri nec prorſus albi ſed quia prædictus Nicolaus nihil dixit de forma hmōi habitus ac etiā de colore locutus eſt obſcurè fuit poſtea per Iulium. 2. prouiſum circa vtrumque vt habetur ſupra. § 18.

De cingulo autem hmōi tertiariorū dicitur in præfata regula confirmata per Nicolaum. 4 ꝙ ſit corrigia & non corda ſicut eſt ſingulum fratrum mi.

Aliud eſt etiam notādum circa ſupradictos tertiarios quod ſuper eos habent iuriſdictionem & ſuperioritatē fratres mi. tam obſeruantes quā conuentuales, vt patet ſupra § 8. &. 16. & quia vtriſque fratribus mi. commiſſa eſt id°o eſt locus præuentioni.

Vnde ſequitur ꝙ licet hmōi tertiarij ſint ſub obediētia fratrū mi cōuētualiū poſſunt prælati fratrū obſer. in defectu vel abſentia prælatorum conuentualium corrigere prædictos tertiarios, ac ſimiliter econtra. Ratio huius eſt quia non datur aliquibus gubernatio & iuriſdictio, vt occaſione illius committantur impune illicita. Quapropter poteſt quęlibet dictarum diuerſitatum fratrum mi. exequi ſuper præfatos tertiarios iuriſdictionem in defectum alterius. *Nota.*

Reliquum inſuper aduertendum eſt quod huiuſmodi

tertiarij in communi viuentes gaudent omnibus priuilegiis conceſſis fratribus mi.ſub quorum gubernatione conſiſtunt vt patet ſupra in.§.4.&.9.&.10.

De aliis verò tertiariis qui licet in cõmunitate profeſſionẽ fecerint ſed poſtea in particulari extra ſuas cõmunitates viuunt videtur ꝙ nequeāt gaudere priuilegiis tẽporalibus nec ſpiritualibus quibus fratres min.& alij terriarij collegialiter viuentes gaudẽt,hoc patet per ſtatutum concilij Lateranenſis ſuprapoſitum.§.19.

De tertia differẽtia tertiariorum. QVo ad tertium verò gradum tertiariorum.ſ.eorũ q nec ſunt meræ ſeculares vt primi ſupradicti nec fecerunt profeſſionẽ in cõmunitate vt ſecundi etiã ſupradicti,ſed qui propria authoritate aſſumpſerunt habitum tertiariorum aut illum receperũt ab aliquibus fratribus mi.non obſeruata forma ſupradicta & qui poſt aſſumptionẽ vel receptionẽ hmõi habitus ac etiã emiſſionẽ profeſſionis extra communitatẽ viuunt in aliquibus hæremitoriis ſeu in domibus ſecularibus, non dubium eſt quin temeritatẽ eximiã cõmittant,& quod tales nullatenus ſunt tertiarij S.Franciſci nec alicuius regulæ ab apoſtolica ſede approbatæ ac per conſequens quod nequeũt gaudere priuilegiis fratrum mi. nec tertiariorum nec exiſtunt ſub iuriſdictione illorum, poſſunt tamen & debent procurare fratres mi.quod prelati eccleſiaſtici ordinarij procedant contra tales quia deferunt habitum religionis cuius ipſi non ſunt, prout habetur ſupra in dictione Habitus fratrũ §.3.&.4.&. hæc de tertiariis S.Franciſci dixiſſe ſit ſatis.

Collector. Sciendum eſt vlterius quod ſolus ſanctiſſimus pater Franciſcus inſtituit fratres & ſorores tertij ordinis ſeu de pœnitentia nuncupatos vt ſupra dictum eſt, propter quod in eius laudẽ canit eccleſia.Tres ordines hic ordinat primũq; fratrũ nominat mi.pauperũq; fit dominarum medius,ſed pœnitentum tertius ſexum capit vtrũque, Attamen poſtea nonnulli alij ordines præſertim fratrum mendicantium præfatã inſtitutionem aliqualiter imitari niſi ſunt,nã fratres Prædicatores & Auguſtinenſes,necnon & Carmelitæ obtinuerunt à ſede apoſtolica,vt aliquæ perſonæ vtriuſq; ſexus in propriis do-

mibus hab.tantes,aut ſaltē nō in cōgregatione regulari viuentes,ſed certo modo ſub hmōi ordinibus reſpectiuè degentes,quæ pinzochetæ, aut mātellatæ, vel de pœnitentia dicūtur,gauderent priuilegiis dictorū ordinū, hoc patet quo ad prædicatores B ffo. 240.cōce. 573.& quo ad Auguſt.B ffo.249 cōce 622.& quo ad Carmelitas.B ffo.180.cōce.427. De omnibus autē hmōi perſonis,quæ vt plurimum ſunt fœminæ, dictum eſt ſupra ſatis latè in dictione Mulieres & nonnulla alia adducūtur hic,prout ſequitur.

SIXTVS. 4.conceſſit fratribus Carmelitis,vt poſſint administrare ſacramēta euchariſtiæ,& extremæ vnctionis ſuis pinzocheris,& mantellatis, quæ ſunt velut tertiariæ ordinis mi.in particulari viuentes(prout arbitror)etiā in eorundē domibus,Et ſimiliter conceſſit, ꝙ dū tales decedere contigerit,poſſint eorum cadauera ad eorundē fratrum eccleſias tumulāda deferre abſque licētia alicuius prælati eccleſia'lici,& cōtradictione quacunque non obſtante.B fo.97.& ffo.180.conce.426. *Sacramēta.*

Aduerte,& vide circa hoc ea quæ ſtatuta ſunt in concilio Lateranenſi,vt habetur ſupra.§ 18. *Collector.*

Idem Sixtus fecit aliam conceſſionē,ſicut immediatè ſuprascriptam fratribus Auguſtinenſibus,vt habetur.B. ffo.247.conce.623.

Aduerte.ꝙ de huiuſmodi perſonis,quę ſunt velut tertiarij fratrum minorum, dicta ſunt multa ſupra in dictione Mulieres. Vide ibi. *Collector.*

TRANSIRE AD ALIOS ORDINES.

QVALITER poſſint,aut non poſſint fratres mi. tranſire de ſua religione ad aliā,vel de vna obedientia ad aliā,dictum eſt ſupra in multis dictionibus ſ.in dictione Abbas,& in dictione Apoſtarę, & in dictione Nouitius,& in dictione Obediētia, & in dictione Obſeruantes fratres. Vide ibi. *Collector.*

Diſtinctio materiæ venditionis.

Collector. Aduerte quod nõnulla reperiũtur in priuilegiis fratrum mi. quæ pertinent ad materiã venditionis. & horũ aliqua ſpectant ad fratres: alia verò ad moniales curæ ipſorum commiſſas prout infra patebit.

1 NICOLAVS. 3. conceſſit, quod cum expedierit vtilitati fratrum mino. vẽdere aut commutare aliquas res vſui eorum prius conceſſas commutatio talium rerum pro rebus quibus vſum fratribus liceat habere procedat ſeu fiat authoritate vel licentia generalis & prouincialium miniſtrorum in ſuis adminiſtrationibus coniunctim aut diuiſim. Voluit tamen & ordinauit quod ſi res huiuſmodi æſtimato prætio vendi contigerit fiat per procuratorem vel ſyndicum à ſede apoſtolica vel à protectore ordinis deputatũ & quod per eum pecunia pro prætio rei venditę habita recipiatur: & expendatur in rem licitam, cuius vſum fratribus licet habere. habetur in declaratione Exiit qui ſeminat. ffo. 10. in 2. tractatu. &. B fo. 8.

Procurator vel Syndicus.

2 CLEMENS. 5. declarauit non licere fratribus min. habere hortos vt colantur ac olera & alia hortalicia prætio diſtrahantur, & idem de quibuſlibet aliis rebus habetur in declaratione regulæ quæ incipit Exiui de paradiſo. ffo 15. in 2. tractatu. & fo. 14. tractatu. 3.

Superfluitates.

3 SIXTVS. 4. fecit duas conceſſiones pro fratribus mi. pertinentes ad hanc materiam, quæ poſitæ ſunt ſupra in dictione Bona in. §. 5. &. 6 vide ibi.

4 LEO. 10 fecit quandam conceſſionem ſuper vẽditionẽ bonorum quę aliqui fratres mi. acquiſierunt cũ extra obedientiam ordinis euagarentur, ſed hæc etiam poſita eſt ſupra in dictione Bona §. vltimo.

Apoſtatæ.

5 Idem Leo fecit aliam conceſſionem circa commutationem ſeu venditionem eleemoſynarum ſuperabũdantium, prout habetur ſupra in dictione Eleemoſyñas §. vltimo.

Eleemoſynæ.

6 Idem Leo reſpectu vẽditionis ſeu alienationis bonorum monaſteriorum monialium S. Claræ & tertij ordinis fecit duas conceſſiones, quæ poſitæ ſunt in dictione Abbatiſſa. §. penultimo & vltimo.

De bonis monialiũ.

Clemens.7.extendit ad ordinem noſtrum regularis obſer. ſupradictam Leonis conceſſionem poſitam in dictione Abbatiſſa.§.vlti. dummodo recipiendę pecuniæ in domorum noſtrarum reparationem;& earundem neceſſitatis conuertantur prout patet per breue eiuſdem datum die.7.Martij.1524.

VICARIVS.

Diſtinctio materiæ vicariorum.

Aduertendum quod de multiplicibus vicariis repetitur facta mentio in priuilegiis fratrum mino. *Collector.*

Et primò de vicario totius ordinis,qui cedente vel decedente generali miniſtro eligi debet.

Secundò de vicariis generalibus:& prouincialibus ciſmontanis:& vltramontanis,qui per concilium Conſtātienſe fuerunt ordinati pro regimine fratrum mi.regularis obſeruan.

Tertiò de vicariis conuentuum: vel domorum prædictorū fratrū: ſeu monialium eis cōmiſſarum, & de ſingulis iſtorum dicentur infra aliqua quæ ad eos ſpectāt.

De vicario totius ordinis.

Nicolavs.4.ſtatuit & ordinauit ac diſtrictè inhibuit fratribus mino. ne deficiente miniſtro generali poſſint eligere aut conſtituere aliquem fratrem in vicariū ordinis prefati abſque Romani pontificis & protectoris eiuſdem ordinis licentia ſpeciali per ipſius Romani pontificis patentes literas concedenda facientes plenam & expreſſam de huiuſmodi literis mentionem.b.fo.31 & ffo.32.conce.33. *1 De vicario ordinis*

Aduertendum quod poſt hæc in ſtatutis generalibus auctoritate apoſtolica in capitulo generali Burgenſi factis ſub ſequenti modo ſtatutum & ordinatum eſt in capitulo vndecimo de inſtitutionibus officiariorum. *Collector.*

Cæterum ordinatur quod ſuperueniente morte miniſtri genelaris ſi moriatur in partibus de quibus aſſumptus eſt miniſter in cuius prouincia moritur teneatur conuocare patres diffinitores illarum partium in qui- *Statutum generale.*

bus moritur miniſter generalis quamprimum fieri po-terit ad locum commodiorem pro electione vicarij or-dinis, in qua electione dictus miniſter præſideat: & ha-beat vocem actiuam: & paſſiuam ſicut ipſi diffinitores, & ille in quem maior pars illorum conſenſerit: ſit vica-rius totius ordinis. Si verò moriatur in partibus quibus præeſt commiſſarius generalis electus ſecundũ formã bullæ vnionis: defuncto generali miniſtro miniſter in cuius prouincia moritur: quãprimũ fieri poterit: tenea-tur portare: vel legitimè impeditus mittere ſigillum or-dinis patri cõmiſſario generali illarum partium: regi-ſtro ordinis benè clauſo: & ſigillato ſigillis miniſtri prouincialis: & conuentus in quo moritur apud ſcribã ordinis curam eiuſdem regiſtri habere ſolitum rema-nente, Qui quidem commiſſarius generalis teneatur: quãprimum fieri poterit: dictã conuocationem diffini-torum ad locũ cõmodum facere, in qua congregatione tàm cõmiſſarius generalis præfatus: quã miniſter in cu-ius prouincia eſt defunctus: vocẽ actiuã ſicut & diffini-tores habeant. Eligendus verò ſemper ſit de eiſdẽ par-tibus ex quibus generalis miniſter erat aſſumptus. Si autẽ prouincia: in qua moritur generalis miniſter: eſſet miniſtro prouinciali orbata cõmiſſarius illius prouin-ciæ in prædictis ſuppleat vicem miniſtri prouincialis eiuſdẽ, Et ſi aliquis diffinitorum prædictorũ fuerit mor te præuentus: miniſter prouincialis ſuæ prouinciæ vel ipſo miniſtro defuncto cõmiſſarius illius prouinciæ ad prædicta ſupplebit. Quod ſi generalis miniſter moria-tur in terminis duabus prouinciis cõmunibus miniſter prouinciæ prioris in ordine prouinciarum teneatur (vt prædictum eſt) prouidere. Et ſi in terminis aliquibus prouinciis indifferentibus vel in mari moriatur huiuſ-modi prouiſio ad propinquiorem prouinciã pertinebit.

De vicariis generalibus & prouincialibus.

a *De vica-rijs gene-*

CONCILIVM Conſtantienſe ſtatuit quòd prælati ſuperiores fratrum mino. regularis obſeruan. appella-rentur vicarij generales & prouinciales reſpectiuè, &

hoc idem confirmauerunt multi alij ſummi pontifices, ac ordinauerũt multa & varia circa huiuſmodi vicarios ſed quia poſt capitulum generaliſſimum totius præfati ordinis Romæ celebratum tranſlatum eſt officium miniſteriatus ad fratres minores obſeruantes ac per cõſequens ceſſauit denominatio prædictorum vicariorũ omnia etiam illa quæ reſpectu talis denominatiõis fuerant ſtatuta ſeu conceſſa ſimiliter ceſſauerunt ideò ſuperfluum foret hîc illa ponere, qui autẽ voluerit prædicta quæ ad præfatos vicarios pertinebant videre reperiet ea in libris monumentorũ ordinis prædicti tã primæ quàm ſecundæ impreſſionis: necnon & aliqua in ſupplemento poſtea ædito. *talibus & prouinciatibus.*

De vicariis & confeſſoribus monialium. 3

INNOCENTIVS.4. ſtatuit quòd fratres mi. qui in monaſteriis monialiũ fuerint deputati pro ſeruitio illarũ in ſpiritualibus duntaxat deſeruiant vt habetur latiùs ſupra in dictione Monaſteria § 2. *De vicariis monialium.*

IVLIVS.2. ſtatuit & ordinauit quòd confeſſores ſeu vicarij monialiũ ſanctæ Claræ & aliarum religioſarum ſub cura fratrum mino. in regnis Hiſpaniarum degentium nullatenus poſſint vltra trienniũ officia huiuſmodi exercere, & quod prædicto triennio finito vel antea (ſi miniſtro prouinciali expediens videbitur) à prædicto officio abſoluantur. B. ffo 49 conce. 145. 4 *Particula ris pro Hiſpania. De duratione vicariatus*

Aduerte quod idem Iulius ordinauerat priùs hoc idẽ generaliter loquẽdo de omnibus & ſingulis officiis triũ ordinum beati Franciſci, vt habetur ſupra in dictione Officia ordinis. § 4. *Collector.*

Circa auctoritatẽ verò huiuſmodi vicariorum vide aliquid infra poſt. §. ſequentem.

De vicariis conuentuum fratrum minorum.

Idem Iulius in communicatione ampliſſima quam fecit fratribus ordinis min de priuilegiis fratrum ordinis prædicatorum conceſſit quod ea quæ ſpectant ad vicarios conuentuum aut ſingularũ domorum præfati ordinis prædicatorum ſimiliter ſpectent & pertineant ad vicarios conuentuum & domorum ordinis min. B. ffo. 218. cõc. 533. & ffo. 74. cõ. 222. hoc habetur latiùs 5 *De vicariis cõuentuũ fratrum.*

ſupra in dictione Communicatio priuilegiorum.§.12.

Collector. Aduertendum eſt circa prædictam conceſſionem, ꝙ licet in noſtris priuilegiis non habeantur omnia quæ vicariis conuentuum ordinis prædicatorum ſunt conceſſa immò pauca tamen deſeruit huiuſmodi conceſſio ad hoc vt quandocunque peruenerint ad notitiam fratrum mino. illa quæ ad prædictos vicarios prædicatorum pertinent poſſint eiſdem vti vicarij conuentuum ſeu domorum fratrum mino.

Notandum eſt tamen quod vt ſuperius in nonnullis locis tetigi appellatione vicariorum apud fratres prædicatorum non veniunt vicarij cõmuniter vſitati inter ipſos ſed ſolum illi qui propter abſentiam aut carentiã prioris eliguntur ſeu inſtituũtur ad præſidendum velut priores, & conſimiliter intelligendum eſt quo ad fratres minores de illis vicariis duntaxat qui apud eos vocãtur præſidentes, quia abeſt vel deeſt guardianus, ad quod faciunt quæ ſubſequuntur.

Collector. Aduertendum eſt etiam quod quo ad auctoritatẽ prædictorum vicariorum monialium & conuentuum fuit ſtatutũ in capitulo generali Albiẽſi id quod ſequitur.

Statutum generale. Pro vicariis mo. & gu. ac vica. eorum. Vniuerſi confeſſores monialium noſtri familiæ habeant præſenti decreto ſemper actiuæ auctoritatem ꝓlatorum ſuper moniales in foro conſcientiæ quo ad caſus & ſententias, habeantque ſimiliter guardiani ac vicarij guardianorum in abſentia eorum, habetur hoc fo. 228. tractatu. 3. & ffo. 248. in tractatu. 2.

Deinde in ſequenti capitulo generali Lualis celebrato facta eſt ſequens declaratio prædicti ſtatuti.

Statutum generale. Pro guardianis & ſuis vicariis. Declaratur ꝙ illa clauſula in Capitulo generali Albiẽſi inſerta videlicet quod guardiani & eorum vicarij habeant auctoritatem prælatorum in foro conſcientiæ &c. ſic debet intelligi, quod videlicet auctoritas per patrem prouincialem conceſſa guardianis remaneat ſemper penes eorum vicarios ſeu vicariorum vicarios ipſis guardianis ſuum conuentuum pro ſuis negociis exeuntibus, habetur. fo. 229. tractatu. 3. & ffo. 248. tractat. 2.

VISITARE ET VISITATORES.

Diſtinctio materiæ viſitationis & viſitatorum.

Circa materiam viſitationis & viſitatorum ſunt cõplura in priuilegiis fratrum mi contenta. *Collector.*

Iſtorum autem quædam pertinent ad viſitationem fratrum actiuam & paſſiuam inter ſemetipſos, & hæc poſita ſunt ſupra in dictione Correctio.§.9. & quaſi in omnibus.§.ac in dictione Exempti fratres §.2.& 4.

Alia verò attinẽt ad viſitationem monialium S.Claræ ſed hæc ſimiliter habentur ſuperius in dictione Abbatiſſa § 8.& in dictione Moniales.§.2.& 3.&.17.&.22. &.26.ac 27.

Nonnulla inſuper ſpectant ad viſitationem fratrum & ſororum tertiæ regulæ beati Franciſci,hæc autẽ continentur ſupra in dictione Tertiarij §.3.&.4 &. 8. Attamen quo ad viſitationem quarumlibet monialium per fratres mi.faciendam fecit Leo 10.quandam conceſſionem quæ habetur ſupra in dictione Ingredi monaſteria monialium.§.13. Sed quo ad licentiam quæ ad viſitationis monialium officium exercendum requiritur notanda eſt ſequens ordinatio Innocentij.8.

INNOCENTIVS.8.inhibuit ſub grauibus cenſuris & penis,ne quiſquam fratrum mi.regularis obſeruan. ſine ſuorum ſuperiorum licentia & deputatione ac inſtitutione præſumat accipere & exercere officium confeſſoris ſeu viſitatoris monaſteriorum monialium beguinarum vel ſororum quarumlibet aut temporalium dominarum & aliarum perſonarum ſecularium ſeu regularium vtriuſque ſexus etiam ſi ad id apoſtolica authoritate deputarẽtur. Et decreuit quod deputationes quas ſic fieri contigerit ſequẽtem conditionem habere debeãt,vt.ſ.deputati ad officia prædicta illa exercere poſſint, ſi ad id eorum ſic deputatorum ſuperiorum conſenſus & licentia accedant & non alio modo B.ffo. 157. conce.375. *De viſitationibus & confeſſoribus monialium.*

Vltra prædicta qui voluerit videre indulgentias quas promereri poſſunt viſitãtes eccleſias fratrum minorũ in feſtiuitatibus & aliis diebus annis reperiet eas ſupra in dictione Indulgentiæ quo ad ſeculares.1.&2 &.3. *Collector.*

VNCTIO EXTREMA.

Collector. Quo ad adminiſtrationem ſacramenti extremæ vnctionis ſunt aliqua conceſſa fratribus mino. tam reſpectu ſuorum tertiariorum & familiarium ſeu oblatorum quam aliarum perſonarum ſecularium.

Ea quæ concernunt tertiarios ac familiares fratrum habetur ſupra in dictione Tertiarij.§ 19. & in dictione Familiares.§.3.&.8.& in dictione Abſolutio ordinaria quo ad fratres.§.7.&.8.

Illa verò quæ pertinent ad omnes ſeculares continentur in dictione Sacraměta.§.1.& in dictione Cõmunicare.§.6.&.10.

VOTVM.

Diſtinctio materiæ votorum.

Collector. Sciendum eſt vltimo, quod in priuilegiis fratrũ reperiuntur aliqua pertinentia ad materiam votorum.

Horum autẽ aliqua ſpectant ad perſonas fratrũ ſolũmodo, & iſta habentur in dict one Diſpenſatio.§ 8.

Alia concernunt perſonas monialium quæ curæ prædictorum fratrum ſunt commiſſæ, hæc autem continẽtur in dictione Abſolutio extraordinaria quo ad fratres §.6.& in dictione Diſpenſatio §.19.

Reliqua verò reſpiciunt perſonas ſecularium, & hæc continẽtur in dictione Abſolutio quo ad ſeculares primo, in.§.16.& in dictione Abſolutio quo ad ſeculares. 2.in.§.11.ac.19.& in dictione Diſpenſatio.§.16.

SEQVITVR APPROBATIO OPERIS Compendij Priuilegiorum fratrum Mendicantium.

CVM LEO papa.10.in cõcilio Lateranẽſi præcepe rit nullo modo aliqua opera ædita à quocũq; impreſſioni dari niſi per epiſcopum vel alium habentẽ peritiam ſcientiæ libri ſeu ſcripturæ huiuſmodi imprimẽdæ ab eodem epiſcopo ad id deputandum ac inquiſitorẽ hæreticæ prauitatis ciuitatis ſiue dioceſis vbi librorum impreſſio huiuſmodi fieret diligenter examinentur & approbẽtur,Et cum ſimili modo in ſtatutis generalibus ordinis fratrum mi.cautũ ſit quod ſiqui fratres dicti ordinis aliqua opera noua ediderint nõ poſſint ea publicare aut imprimere, niſi prius examinata fuerint & approbata per generale Capitulũ ſeu per eos quibus generalis miniſter duxerit committendum, ea propter cũ reuerendiſſimus pater miniſter generalis totius ordinis præfati mi.& ordinarius abbatiæ vallis oleti dioceſis Palentinæ:necnon & Reuerendiſſimus dominus dominus Archiepiſcopus Hiſpanienſis inquiſitor generalis Hiſpaniæ ac Siciliæ fratrẽ Martinum de Beiar ac fratrẽ Ioannẽ de Cumarraga & fratrẽ Ioannẽ de Coriel ſupradicti ordinis profeſſores aſſignauerint examinatores euiuſdã operis cuius titulus eſt Cõpendium priuilegiorũ fratrũ mendicantiũ,& adhibita omni diligẽtia opus huiuſmodi in nulla ſui parte inuenerimus Intulẽtum,ſed clarum & veritati cõſonum opuſque limatum politum & terſum. omnique laude dignum,vt pote ꝙ vſque ad noſtra tempora tale õpus breuẽ compendioſum vtile ac conſcientiæ proficuum ſapientibus & minus ſapientibus conferens nunquam ad notitiam noſtram venerit approbamus ipſum opus,& teſtificamur in nulla ſui parte eſſe contrarium fidei aut veritati ſed omnium priuilegiorum ac bullarum & gratiarum prædicti ordinis & aliorum mendicantium quæ ab aliis

diffusè & confusè colligebantur: in paruo volumine hoc à collectore ſapiente fuiſſe redacta: ideo in huiuſmodi approbationis teſtimonium: ac prædictorum confirmationem ſubſcripſimus hic nomina noſtra.

Frater Martinus de Beiar.

Frater Ioannes de Cumarraga.

Frater Ioannes de Curiel.

INFRASCRIPTA PRIVILEGIOrum noſtrorum confirmatio, & innouatio ampliſſima: hic aptè viſa eſt apponi: cum alias nullibi fuerit impreſſa cui quidem ſumma etiam fides adhibenda eſt: nam de eadem extat breue iuxta morem ſedis apoſtolicæ municiſſimum: ac in locis pleriſque tranſumpta à iudicibus eiuſdem ſedis autenticis & approbatis.

CLEMENS. papa 7. ad perpetuam rei memoriam, dum fructus vberes: quos ordo ſacer dilectorum filiorum fratrum mi. regularis obſeruantiæ in agro militantis eccleſiæ cum propagatione religionis: ac defenſione: & augmento fidei catholicæ ac ſalute chriſti fidelium produxit hactenus: & in dies producit: diligenter attendimus dignum: quin potius debitum putamus vt eius ſtatum proſperum & tranquillum omni diligentia procuremus illius religioſas perſonas ſpecialibus fauoribus & gratiis proſequamur, hinc eſt quod nos motu proprio & ex certa noſtra ſcientia tenore præſentium omnia & ſingula priuilegia immunitates exemptiones præſertim non ſoluēdi clericis ſecularibus quartam funeralium quo ad fratres in poſſeſſione non ſoluendi quartam huiuſmodi exiſtentes ac omnia & ſingula indulta indulgentias: peccatorum remiſſiones & gratias dicto minorum ac S. Claręac tertio de pœnitentia nuncupato ordinibus illorumque fratribus monialibus ſororibus & vtriuſque ſexus perſonis ac monaſteriis domibus eccleſiis: & locis quibuſcunque etiam per modū extenſionis ſeu communicationis & alias quomodolibet per quoſcunque Romanos pontifices prędeceſſores noſtros ac nos & ſedem prædictam conceſſa authoritate apoſtolica tenore præſentium approbamus & innouamus & perpetuę firmitatis robur obtinere & inuiolabiliter obſeruari debere ipſoſque fratres moniales ſorores perſonas monaſteria domos eccleſias & alia loca huiuſmodi omnibus & ſingulis priuilegiis immunitatibus exemptionibus conceſſionibus indultis indulgentiis peccatorum remiſſionibus & gratiis quibuſuis congregationibus dictorum ordinum aliorūque ordinum:

mendicantiū quomodolibet conceſſis & concedendis necnon etiā quibuſuis facultatibus & gratiis ſuæ profeſſioni regularis obſeruantiæ non contrariis aliis ordinibus quibuſcunque non mendicantibus quomodolibet conceſſis & concedendis vti frui & gaudere poſſe atque debere in omnibus & per omnia perinde ac ſi eis conceſſa ſpecialiter fuiſſent & cōſtitutiones in vltimo capitulo generali dicti ordinis mino. regularis obſeruantiæ in prouincia Burgeñ. regni caſtellæ factas plenā roboris firmitatem obtinere & ab omnibus quandiu per capitulum aliud generale dicti ordinis mutatæ non fuerint inuiolabiliter obſeruari debere necnon regulam ipſam per ſanctum Franciſcum pro fratribus ordinis minorū inſtitutam obſeruabilem meritoriam fundatam ſuper ſacrum euangelium exiſtere; & quoſcunque cuiuſcunque ſtatus dignitatis aut conditionis ſcribentes aut aſſerentes regulam ipſam non meritoriam vel in obſeruabilem ſeu ſacro euangelio repugnantem eſſe in hoc eorum aſſertionem huiuſmodi non eſſe tenendam nec admittendam authoritate & tenore præmiſſis decernimus ac volumus & mandamus, ipſoſque fratres ab inquiſitoribus hæreticę prauitatis eximimus & ſub noſtra & apoſtolicæ ſedis protectione ſuſcipimus, ipſiſque inquiſitoribus ſub excōmunicationis ſententia & officiorum ſuorum priuatione inhibemus ne de dictis fratribus etiam ratione criminis hæreſis quoquomodo ſe intromittere pręſumant, ſicque per quoſdam tam ordinaria quā delegata & mixta authoritate fungentes iudices & perſonas vbique iudicari cognoſci atque decidi debere: ſublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi cognoſcendi & decidendi facultate necnon irritū & inanē ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis authoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari eſſe decernimus, & nihilominus venerabili fratri Archiepiſcopo Florentini & dilecto filio vicario noſtro in vrbe nunc & pro tempore exiſtentibus committimus & mandamus quatenus ipſi vel alter eorum per ſe vel alium ſeu alios authoritate noſtra faciant præſentes literas & in eis contenta quæcunque plenum effectum

ſortiri illiſque monaſteria domos fratres moniales & ſorores ac perſonas minorum & ſanctæ Claræ ac tertij ord. prædictorum & alios quoſcunque quos quomodolibet concernunt pacifice frui & gaudere. Nec permittant quēquā contra tenorē præſentium modo aliquo impediri moleſtari aut inquietari contradictores quoſlibet & rebelles etiā per priuationē quorumcunque beneficiorum ſuorum eccleſiaſticorum & inhabilitatis ad illa ac alia impoſterum obtinenda ac quaſcunque de quibus videbitur cenſuras & penas ac alia iuris opportuna remedia appellatione poſtpoſita cōpeſcendo inuocato etiā ad hoc (ſi opus fuerit) auxilio brachij ſecularis. Non obſtantibus fœlicis recordationis Bonifacij papæ octaui prædeceſſoris noſtri etiā de vna & in concilio generali de duabus dietis edita ac aliis cōſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis necnon ſtatutis & conſuetudinibus etiam iuramento confirmatione apoſtolica & quauis firmitate alia roboratis, necnon priuilegiis indultis & literis apoſtolicis per quoſcunque Romanos pontifices prædeceſſores noſtros ac nos & ſedē prædictam etiā motu proprio & ex certa ſcientia ac de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine & cum quibuſuis irritatiuis annullatiuis caſſatiuis reuocatiuis modificatiuis præſeruatiuis exceptiuis reſtitutiuis declaratiuis mentis atteſtationis ac derogatoriarum derogatoriis aliiſque efficacioribus efficaciſſimis & inſolitis clauſulis quomodolibet etiam pluries conceſſis reformatis & innouatis quibus omnibus etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis & indiuidua ac de verbo ad verbum non autem per clauſulas generales idem importantes mentio ſeu quæuis alia expreſſio habenda aut exquiſita forma ſeruanda foret & eis caueatur expreſſe quod illis nullatenus derogari poſſit illorumque omnium necnon quarūcunq; etiam in forma breuis literarum occaſione præmiſſorum quomodolibet confectarum & quorūcunque in eis contētorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum in-

ſertis necnon modos & formas ad id ſeruandas pro indiuiduo ſeruatis habentes hac vice dūtaxat illis alias in ſuo robore permanſuris harum ſerie ſpecialiter & expreſſe derogamus, necnon omnibus quæ in dictis conceſſum eſt non obſtantibus contrariis quibuſcunq;, aut ſi aliquibus communiter vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum quod interdici ſuſpendi vel excommunicari non poſſit per literas apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem, Volumus autem quod præſentium tranſumptis manu alicuius publici notarij ſubſcriptis & ſigillo alicuius perſonę in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides in iudicio & extra adhibeatur quæ præſentibus originalibus adhiberetur ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo piſcatoris die trigeſima Maij Milleſimo quingenteſimo vigeſimoquinto pontificatus noſtri Anno ſecundo.

LAVS DEO.

INCIPIVNT DETERMINATIONES MVLTARVM QVAESTIONUM ſuper regulam beati Franciſci æditæ à Doctore Seraphico Sancto Bonauentura.

CVM INTER alios ordines religioſorum ordo fratrum minorum datus ſit ad ædificationem fidelium in fide & moribus per verba doctrinæ & exẽpla bonæ edificationis: quibus & fideles erudiantur ad imitandum: & fides muniatur contra prauitatem hæreticam; ſicut lucerna fugans in domo & tenebras operantes promouens: vt eadem ædificatio afferat fructum ampliorem: neceſſe eſt ordinem ipſum quattuor ornamentis & eſſe præditum ſine quib' minus proficeret in aliis licet fortè quo ad ſe aliquo illorum poſſet carere.

Primum eſt vita irreprehenſibilis quæ maximè ſibimet prodeſt & alios ædificat.

Secundum ſcientia ſacræ ſcripturæ ſine qua nec ſecurè nec vtiliter poſſet alios docere.

Tertium eſt authoritas prædicandi & confeſſiones audiendi: in quibus maximè proſunt fidelibus fratres.

Quartum ratio ſatisfactoria ſuper quibuſdam dubiis apud illos qui non intelligunt qualiter fiant rationabiliter & licitè immo neceſſario & meritoriæ in ordine: ſuper quibus aut mirantur aut ſcandalizantur: vt ſciant qualiter & quomodo iſta fiant rationabiliter: cũ ad hoc teneamur. Nam vt coram cæco offendiculum non ponamus opera noſtra lux debent eſſe coram hominibus. Iuxta illud Matth. 5. Vt luceat lux veſtra coram homi-

nib⁹. Vos eſtis lux mūdi. Et ideo expedit in lucē ponere & rationē oſtēdere de iis quæ non intellecta poſſent putari tenebrę: & per conſequens poſſent aliorum ædificationē de nobis aliquatenus impedire, ſicut enim artis alicuius ignatus videt aliqua ab illius artis opificibus inſtrumenta haberi quæ non intelligit ad quid valeant: ita plerunque ſeculares & rudes mirantur quare ſpirituales hæc & hæc faciant. Ita vt expediat aliqua ab eis abſcondere non ex ſimulationis palliatione ſed pro cautela: ne ponatur offendiculum infirmis: & puſilli intelligentia materiam ſcandali inde ſumat. Aufer rubiginem de argento & egredietur puriſſimum vas Hoc eſt, tolle de bono quod facis ſuſpicionem rationem reddendo: & apparebit purum & bonum quod putabatur vicioſum 1. Pet. 3. Parati ſemper ad ſatisfactionem. Ipſa enim opera Dei puriſſima in ſe ſæpe ſunt in rudibus & in infidelibus occaſio ſcandali cum non intelligunt & ſiniſtræ ac peruerſæ interpretantur. Math 12. Beatus qui non fuerit ſcandalizatus in me. Pſalm. 17. Cum ſancto ſanctus eris: & cum peruerſo peruerteris. Vt ergo lucerna clarius luceat offendiculum auferas ei: & limpidius lumen effundet.

QVÆSTIO PRIMA.

PRIMO quæritur igitur. Cum tot ſancti ordines & approbatæ regulæ fuerint: cur ſanctus Frāciſcus nouam regulam facere voluit: quaſi non ſufficerent priorum inſtituta ſanctorum Ad illud tibi reſpondeo quod pater ſanctus Franciſcus ſpiritu Dei plenus & zelo charitatis Dei & proximi totus ignitus: triplici deſiderio flagrabat: videlicet vt totus poſſet eſſe imitator chriſti in omni perfectione virtutum. Item vt totus poſſet adhærere Deo per aſſiduę contemplationis eius guſtum. Item vt multos poſſet lucrari Deo & ſaluari animas ꝓ quibus chriſtus voluit crucifigi & mori. Et quia non ſufficit ei vt iſta in propria perſona tātum ageret: voluit inſtituere ordinem vt multos cooperatores haberet nō ſolum in præſenti ſed etiam in futuro: qui & ſanctitatis

eius imitatores exiſterent & alios Deo plurimos lucrarentur. Ordines autem quos ipſe ſanctus Franciſcus inuenit in eccleſia aliqua prædictorum trium ex parte habebant: vt religioſi cœnobitæ qui in ſtudio virtutum Chriſti imitantur veſtigia: heremitæ qui contēplationi diuinæ frequentius vacant: & clerici rectores plebium qui animarum curā habentes officio: lucris animarum omni vigilantia intendere debent. Et quia hæc tria ſimul inuenit in nullo ordine: Spiritu ſancto edoctus nouam condidit regulā & nouum ordinem inſtituit: quo in profeſſione euangelicorum conſiliorum obedientiæ videlicet & caſtitatis & abdicatiōe proprietatis Chriſti veſtigia ſequeretur & in officio prædicationis & confeſſionis animarum lucra vtiliter quæreret: & in altiſſimæ paupertatis mendicitate libertatem ſpiritus retinē: contemplationis ſupernę apprehenderet puritatem. Nā & ſi actionis exterioris occupatio aliquotiēs interrumpat ocium contemplandi: ipſa tamen libertas cordis nullis ſollicitudinibus temporalium diſtracta ſpiritualis vacationis magnā præſtat ſtudioſis opportunitatem vt orando, legendo, meditando & contēplando. Plus enim obeſt ad deuotionis puritatem aſſequendam ſtrepitus temporalium curarum: quam exercitatio virtuoſarum actionum: quia curarum importunitas in ocio corporis generat mētis inquietudinem. Boni autem operis fidelis exercitatio conſcientiā quietat & impinguendo eleuat in ſuperna: ſicut qui laborat in præparatione conuiuij in quo quietus iucundè epuletur. Vnde dominus per diem occupabatur in doctrina populi & ægrotantium curatione: in noctibus orationibus in monte vacabat. Luc. 21. Erat autem diebus docens in templo; noctibus verò exiens morabatur in monte Oliueti Pſalm. 41. In die mandauit dominus miſericordiam ſuam: & nocte canticum eius. Noluit ſanctos Franciſcus eſſe fratres ſuos aſtrictos ad curam animarum ex debito neceſſitatis ſed ex liberè charitatis affectu: & vt meritum expectarent de fructu ſalutis aliorū & periculū euitarēt de pditione eorū participes in lucro, videm' in detrimēto,

vt alios extrahant de naufragij ſeu incēdij periculo:ipſi tuti cōſiſtētes in ſolido non periclitentur cum preuntibus in peccato.

QVAESTIO SECVNDA.

CVm ergo qui animarum curam ordinariæ non ſuſcipitis:prædicatis populo & confeſſiones auditis mittentes falcem in meſſem alienam:cum illis proprie competat qui animarum curam ex officio gerunt: iniuriantes plebanis in quorum videmini præiudicium exercere officia illis commiſſa:& decipientes illos quos abſoluitis ſup quos iuriſdictionē nō habetis ordinariā contra canonū inſtituta & periculum animarū veſtrarum. Reſpondeo. Nulli in hoc facimus iniuriam nec aliquem decipimus:ſed ſedes apoſtolica quæ immediatè curam eccleſiæ habet & à qua cæteri eccleſiarum paſtores tam maiores quam minores gubernandi ſuſcipiunt authoritatem tam mediatè quam immediatè & à qua omnes leges canonum emanāt videns in his nouiſſimis temporibus iuxta apoſtolum inſtare tempora periculoſa & laxatis euangelicæ prædicationis retibus in capturam tantos influiſſe piſces hominum ad fidei profeſſionem quod rete fidei ſcinditur: meſſem fidelium multam & operarios idoneos paucos eo quod peccata quotidie multiplicantur in eccleſia,& epiſcopi negociis exterioribus dediti ſpiritualibus intendere nequeunt:& pauci ſunt paſtores in eccleſiis perſonaliter reſidentes: ſed vicariis & mercenariis cōmittunt oues ſiue animas regendas:in quorum plurimis multi eueniunt defectus imperitiæ & honeſtæ vitæ negligentiæ & aliorum defectuum per quos ad gubernandas animas redduntur inhabiles:& non eſſe qui plebes erudiant vel à peccati fecibus extrahant : vocauit nos in adiutoriū tā clerici quā populi vt per officiū prædicationis & confeſſionis ſubueniamus animabus,& onus paſtorum ſubleuando alleuiemus ſicut Petrus & eius ſocij non valentes ſoli rete piſcium ad littus trahere præ multitudine annuerunt Iacobo & Ioanni ſociis ſuis in alia naui quæ ſignat religionem

ligionẽ: vt venirent & adiuuarent eos ne vel ipſi mergerẽtur vel piſces capti perirẽt. Lucæ.5. Cũ ergo ex apoſtolicæ ſedis miſſione ipſorum beneuolentia prædicationis opera & confeſſionis ſubditis eorũ impendimus eos ex charitate & auctoritate eorũ abſoluimus : & nõ decipimus eos ſed iuuamus : & in illis fit non præiudicium plebanis ſed beneficium dum pro eis laboramus & ad obedientiam debitam eorum ſubditos exhortamur. Nã ſi plebanus poteſt alteri vicẽ ſuam cõmittere: multo fortiùs poteſt hoc papa & Epiſcopi qui pleniorẽ habent in omnes ſibi cõmiſſos ſine differentia poteſtatẽ & ſicut ex charitate non ex neceſſitate impendimus fidelibus ſpiritualia ſubſidia docendo & orãdo & à peccatis in confeſſione abſoluendo : ita ipſi non ex debito coactionis, ſed ex libertate charitatis miniſtrant nobis corporalis neceſſitatis ſubſidium : cum Dominus ordinauerit iis qui euangelium nunciant de euangelio viuere &c.

QVÆSTIO TERTIA.

ITEM quæro. Cum religioſi debeant ſimpliciter ambulare & omnino virtutibus abundare & ad hoc operam dare: cur rurſum ſtudio literarũ (quæ olim ſancti patres poſtfuiſſe laudãtur vt benedictus & alij) ſe modo dant & in ſecreta conuerſatione ſtudent. (Reſpondeo) quod cum (ſicut dictum eſt) prædicationis officiũ ex regulari profeſſione ordini annexum ſit & etiã confeſſionis quæ noticiam requirunt ſacræ ſcripturæ quæ ſubtili indiget in plerìſque locis expoſitione: ne ex imperiria errores pro veritate doceàmus : neceſſe eſt nobis ſacræ ſcripturæ habere ſtudium & magiſtros. Hæc enim Sacramenta non ſolũ vtilis eſt ad aliorum eruditionem. Sed etiam ad propriam inſtructionem : vt ſeruus Dei ſciat ſeipſum benè regere, virtutes à vitiis diſcernere, & noticiam Dei & futurorum præmiorum clariùs intelligere, & in omnibus cautius & fructuoſiùs conuerſari. Nam & apoſtolus hortatur Thimotheum ad lectionis ſtudium, & ſanctorum nobis diligentia in

ſanctarum ruminatione ſcripturarum frequenter commendatur. Veritas enim fidei & vitæ ſanctitas non aliunde quam ex ſcripturarũ fonte hauritur: ſine quibus impoſſibile eſt quenquam ſaluari. Hæreticorum etiam verſutiis qui in ſcripturis ſanctis occaſionem erroris per falſas interpretationes aſſumunt: oportet per ipſarum diligentem inueſtigationem diligentiùs obuiare: & fideles contra eorum fraudes & latentes dicipulas præmunire. Vnde Hiero. Sancta ruſticitas ſolum ſibi prodeſt & quantum ex vitæ merito eccleſiam ſibi ædificat: tantum nocet ſi deſtruentibus non reſiſtat. Ad Titho. 1. Potens ſit exhortari in doctrina ſana & eos qui contradicunt arguere.

QVÆSTIO QVARTA.

ITEM cum ſufficiat ad religionis perfectionem nil habere proprium in ſpeciali & habere poſſeſſiones pro neceſſitate in cõmuni ſicut omnes religiones antiquorũ patrum Benedicti, Aug. & aliorum videretur in conſultum & aliquo modo tentare Deum quod tantus ordo exponat ſe mendicitati quotidianæ velut celitus expectet victum ſuum cum poſſet aliter habere.

Reſpondeo. Perfectio diuerſos gradus habet & alius alio ſublimior eſt nec perfectioni aliorũ ordinũ præiudicat quum altior poſſit inueniri. Tentare Deũ autẽ nõ eſt Chriſti promiſſionibus credere & eius conſiliis obedire & eius veſtigia imitari qui dicit. Mathei.19. Amen dico vobis quod vos qui reliquiſtis omnia & ſecuti eſtis me ſedebitis ſuper ſedes: Dominus autẽ iſtã paupertatẽ docuit & tenuit. Vt nil poſſeſſionis in terra haberet: Vnde Math. 8. dicit Vulpes foueas habent &c. Multis autem de cauſis ordo nil proprium poſſidet in hoc mũdo. Primò vt veſtigia Chriſti perfectiùs imitetur Math. 19 Si vis perfectus eſſe vade.

Secundò vt laqueos auaritiæ faciliùs declinemus. 2. Timo 6. Qui volunt diuites fieri incidunt.

Tertiò vt culpas ſuperfluitatis pleniùs expiemus. Prouerb.10. Omnem ſubſtantiam domus ſuæ.

Quartò vt altioris meriti gloriam conſequamur per varias virtutes paupertatis. Mathei. 5. Beati pauperes &c. Quintò vt liberiores ſimus mente ad ſpiritualia ſtudia orationis contẽplationis lectionis. Mathei decimo, Nolite poſsidere aurum &c. Sextò vt prædicationis ſtudio expeditius intendamus. Septimò vt verbũ Dei minus trepide omnibus proponamus. Octauò vt magis confidere omnes in eum ſperantes doceamus.

Nono vt occaſione petendæ eleemoſinæ ad aliorum ædificationem frequentiùs exeamus. Decimò vt qui nobis ſubueniunt in tẽporalibus fiducialius ſpiritualia requirant. Vndecimò vt magis cauti ſimus ab omni ſcãdalo quo magis timemus in tẽporalibus deperire.

Duodecimò vt tantò humiliores ſimus quãtò magis ſubſidio aliorũ indigemus: Et quia ſpiritualia fidelibus ſeminamus non tantũ ex gratia ab eis carnalia ſubſidia expectamus. Luc. 10. Dignus eſt operarius mercede ſua Hic. Redditũ poſſeſsionẽ nobis ꝓuidere nõ oportet ſed ad menſam Dñi tãquã fideles cooperatores occurram⁹.

QVÆSTIO V.

ITEM quæro. Cum religioſi à tumultu ſecularis frequentiæ ſe ſeparare ſtuduerint & in ſolitudinibus habitare, quid eſt ꝙ vos frequentiùs in ciuitatibus & oppidis manere ſoleris quaſi voluptuoſiùs ibi paſcẽdi & inquietiùs & indeuotiùs ibi viuatis. Reſpondeo tres ſunt cauſæ præcipuæ pro quibus inter hoĩes morari ſolemus. Vna ꝓpter eorũ ædificationẽ vt ꝓpriùs eis adſimus quãdo requirũt à nobis pœnitẽtiã, Doctrinã & ſalutis cõſiliũ: & videant à nobis bonæ cõuerſatiõis exẽplũ. Si enim remoti eſſemus ab eis nec ipſi poſſent ad nos quãdo indigerent cõmodè accedere & difficilè eſſet nos totiens vocari & maiori eſſet nobis inquietudo cõtinuè currere & recurrere quã inter eos manere & priuſquã veniremus affectus & cõpunctio requirentium pœnitentiã ſæpe tepuiſſet. Secunda cauſa eſt propter indigentiã victualiũ quia in locis deſertis non inueniremus quotiens ſuperuenientibus vel reſidentibus, vel infirmis indigeremus qui nobis neceſſaria vitæ miniſtrarent cum per nos non habeamus. Extranei

etiam qui pro conſilio ſuperuenirent cum ſtatim non poſſent expediri & recedere cogerentur nobiſcum frequentius hoſpitari quod multis ex cauſis nullatenus expediret propter inquietudinem ſuſpicionem & paupertatem. Tertia cauſa eſt propter tuitionem quia ſi extra hōies moraremur: nec libros nec calices nec veſtes; nec alia neceſſaria tute ſeruare poſſemus à latronibus vel prędonibus vel ſeruientibus potentium. Nam perſonæ etiam ſæpiùs eſſent in periculo: ſi quādo in prædicatione forſitan aliquos offenderemus vel filium vel fratrem alicuius de quo dolerent in ordine recipere mus: qui etiam amicum fratrum vellet malicioſe offendere vel moleſte ferret nos in terra morari domos nras incenderet & nunquam poſſemus ibi pacificè cōmorari. Qui autem habent poſſeſſiones & prædia ſibimet ſufficiunt: poſſunt extra ciuitatem morari. Similiter & ſolitarij qui paucis indigent pauca ab aliis requirere neceſſe habent. Sunt & aliæ cauſæ quas modo prætereo propter quas conuenit inter homines potiùs quàm in deſerto iuxta conditiones noſtri ordinis habitare. Sed ad præſens iſta ſufficiant.

QVÆSTIO VI.

ITEM quæro. Cum ſancti patres laudentur in caſellis & in villibus habitaculis habitaſſe: quid eſt quod vos altas & magnas domos egritis & oratoria ſumptuoſa & areas latas magno præcio comparatis: cum ſitis pauperes & mendici & contemptores mundanorū eſſe debeatis. Reſpondeo ſicut iam ſupra dictum eſt cum inter homines manare nos oporteat: aut ergo extra muros ciuitatis aut infra. Si extra ciuitates maneremus vbi poſſemus latiores areas leuiori præcio cōparare vel in campis vel hortis: quandocunque bellum timeretur vel guerra ciues loci formidarent ne fortè hoſtes domos noſtras occuparēt & de illis niterētur ciuitatem vel oppidum expugnare & non auderent etiam alias quando ſibi timerēt ad loca fratrum pro cōfeſſione vel miſſa ſeu prædicatione ſecuri venire: & ideò nō diligunt vt in talibus locis commoremur.

Quod ſi intra muros habitamus vbi ptopter frequentiam populi areæ cariores ſunt: oportet & nos areas carnis emere quantum ſufficiant pro clauſtro, oratorio, & officinis congruis pro conuentu hoſpitibus & infirmis & horto herbarum tam pro pulmentario quam pro aëris recreatione vt infirmi refocilentur & ſani conſeruētur: & laſſi in ſpiritualibus ſtudiis recreentur. Seculares enim qui frequenter vagantur domi non indigent recreatione aëris: religioſi verò qui in cellarum recluſoriis religantur: niſi aliquam interius habeant aëris recreationē: citò langueſcentes tabeſcunt & ad ſtudia ſpiritualia inhabiles efficiuntur: ita quod nec ſibi nec aliis proficiunt in deuotionis internæ profectu in ſapientiæ intellectu: id eſt, virtutum exemplis & in doctrina ſalútis. Et quamuis perfectis omnis locus aptus ſit pro diſciplinæ internæ exercitiis: imperfectis tamen & adhuc indigentibus eruditione virtutis opus eſt etiam exteriori diſtinctione officinarum clauſtralium: vt ſciant vbi tacere debeant, vbi loqui liceat, vbi orare, vbi laborare, vbi legere, ſcribere vel comedere vbi ſit requies infirmantium: vbi repoſatio de labore itineris venientium & aliorum quæ in collegiis ſunt neceſſaria: ne ſi confuſæ indifferenter ſingula fierent pro libitu iam nec diſciplina, nec quies, nec deuotio nec ordo inter fratres ſicut expedit ſeruaretur: quod eſſet in magnum detrimentū religionis & in ſcandalum alienis & in deſtructionem ſalutis: quia nec minores diſcerent à quo proficerent: nec perfecti alios ædificarēt. Quia verò intra ambitum ciuitatis (vt dictum eſt) cariores ſunt areæ quod non poſſemus facilè ſufficientiam congruè latitudinis habere vt omnes officinæ deorſum collocarentur iuxta ſe inuicem: oportet aliquando vt vnà ſuper alteram locentur: ita quod vtraque aëris reſpiraculo non careat. Ex hoc domus noſtræ magnæ apparent & excelſæ ac ſumptuoſæ & paupertati diſſimiles: cum tamen hoc paupertas magis efficiat: quia ne circa dilatemur inferius anguſtamur. Et quia circumſepti ſumus domibus aliorum vicinorum: & quia in ciuitate ſæpe inſurgunt incendia late peruagātia ne vel domos, vel eccleſiæ, vel libri, vel

alia neceſſaria frequenti diſcrimini ſint expoſita & in continuo tremore infirmantium corda ſint inde ſuſpenſa: & ne ipſi vicini noſtri à nobis per incendia moleſtentur; vbi poſſumus facimus domos lapideas: vt nec igne nec vetuſtate citius deſtruantur: quia non ſolum corporibus ſed etiam cordibus magna eſt deſtructio noua ſæpius ædificia cõſtruere: maxime illis qui non habent ſumptus niſi quantum valent colligere mendicitate. Non tamen intendo in his excuſare niſi quæ valde neceſſaria ſunt & rationabiliter: vbi autẽ ſuperfluitas, curioſitas & irreligioſitas &. regulæ & paupertati noſtræ derogãtes eſſent ſtructuræ reprehendo tecum & omnia alia quæ Deo diſplicent tam in moribus quam in rebus. Quintuplicis enim peccati rei ſunt qui ſuperfluam in ædificiis & aliis quibus vtimur, procurant & acquirunt.

Primo propter tranſgreſſionem profeſſionis: quia pompis renunciantes ſæculi: in paupertate & humilitate vera promiſerunt domino famulari. Vnde Galat. 6. Si ea quæ deſtruxi &c.

Secundo propter malum exemplum quo alij diſcunt ab eis ſimilia facere vel ſcandalizantur quando vident eos quæ huiuſmodi pro Chriſto ſpernere deberẽt quærere vel ſectari.

Tertio propter inquietudinem fratrum propter huiuſmodi ædificia & procurationes: quia & deuotio extinguitur & diſciplina religionis plurimum diſſipatur. Iſa. 49. Venerunt ſtructores tui deſtruentes te & diſſipantes à te exibunt.

Quarto propter ſpoliationẽ aliorum pauperum quib' ſæpe eleemoſinę pręcipiũtur: & huiuſmodi ſtructurę fiunt ex quibus illi deberent veſtiri & paſci, dum quod iſtis datur eis negatur: quia ad dandum vtriſque ſæpe deficit dantium largitas & facultas.

Quinto quia quando nimis vrgemus homines ad dãdum: perdunt deuotionem ad nos prius habitam quod nec de prædicatione nec exẽplis nec aliis quæ facimus ædificantur, vnde cum vident nos accedere terrẽtur & timent quod aliquid velimus ab eis expetere quod gra-

ne ſit eis dare & erubeſcunt negare,& ſi dederint non libēter minus merētur:& ſic de rebus & deuotionis merito priuantur.&c.

QVÆSTIO SEPTIMA.

ITEM quæro cum dominus in euangelio dicat. Nolite ſolliciti eſſe in craſtinum,& vos ſitis paupertatis euangelicæ profeſſores:non debetis plura colligere vel ſeruare quam quod poſſit quotidie ad vnius diei victum ſufficere. Sed videtur quod [illegible] ſeruetis. Reſpondeo. Si diligenter euangelij dicta penſamus, ſollicitudinē de craſtino ſed non prouiſionem prohibere videtur.

Vnde ſancti apoſtoli euangelij chriſti perfectiſſimi obſeruatores tam pro ſe quam pro aliis chriſti pauperibus qui omnia pro chriſto relicuerunt à fidelibus ſubſidium pro corporum neceſſitate etiam in futurum petebant & recipiebant, ſicut Paulus rogatus à Petro Ioanne & Iacobo collectas fieri per eccleſias pro chriſti pauperibus ſuſtendandis mandauit. Gal. 6. 2. Corinth 8. Et aliis locis pluribus repetitur id feciſſe, qui etiam pro acquirendis neceſſariis ſibi & ſociis ſuis laborauit manibus. Sollicitudo enim notat curæ anxietatē, illicitam conquiſitionem,auaram ſuperfluorum prouiſionem. Sicut enim in operatione ſalutis noſtræ principaliter ſpem in Deum iactare debemus,ita & in corporali ſubſidio ſollicitudinem debemus ei committere, & tamē vbi cōgruè poſſumus ſine iactura ſpiritualis profectus noſtri & aliorum nobis neceſſaria prouidere, ne aliter quaſi Deum tentare videamur: vt miraculosè ſicut olim filiis Iſrael nobis quotidie [illegible]imoniam ſubminiſtret. Licet enim priorum fratrum puritas pro maioris perfectionis ardore pauciora quam nunc conſueuerint ad victum colligere neceſſaria,& populus propter hoc talem opinionem cōceperit quod nil nobis licet reſeruare in craſtinum,tamen nec tunc nec nunc aliquo modo nobis prohibitum eſt [illegible], quin poſſimus ad victum aliqua etiam neceſſaria [illegible] pro aliquo tempore prouidere,maximè de iis quæ in promptu cū

indigeremus non poſſemus acquirere mendicando. Sunt enim quæ niſi colligamus certo tempore quando eſt copia quando inter manus communiter habentur à populo, poſtmodum nec pro infirmis nec pro hoſpitibus nec pro aliis ſine magna difficultate vel magno ꝑcio poterũ haberi. Medici enĩ maximè illo tẽpore ſolent neceſſaria petere, quo ſciunt ea prõptius à dantibus inter manus haberi vt circa horam comedendi. Sic & dominus populo certo tempore præcepit mannæ alimoniam colligere, quia non omni tempore in agro etiam ſi quærerent inuenirent. Exod 16. Pſalm 144. Tu das eſcam illis in tempore opportuno. In hoc enim non tã nobis quã illis à quibus petitur prouidemus, quando tali tẽpore petimus quo ipſi facilius date poſſunt & magis ſunt voluntarij ad eleemoſynam largiendam, &c.

QVÆSTIO OCTAVA.

ITEM quæro. Quid eſt hoc quod modo plura petitis quam olim, vt cum tunc vix in vna vel paucis villis & pauca poſtulaueritis, modo late per terram & oppida & caſtra peruagando plurima congregatis. Videtur enim auaritia inter vos creuiſſe & cura ventris hanc vobis prouidentiam perſuaſiſſe, videtur etiã quod ſpiritus extinctio vos in cella quieſcerere nõ permittit. Reſpondeo. Vicioſos in hoc & in aliis excuſare non audeo vt dixi: ſed rationem pro illis qui ratione ducuntur & pia intentione omnia faciunt oſtendere beniuolis nunc intendo: quia maliuoli qui magis facta noſtra calumniari deſiderant quam agnoſcere veritatem, magis dolent ſi oſtenſa ratione eis materia ſubtrahitur detrahendi. Quia inimicus vult potius cauſas malignãdi contra eum quem odit ſibi adeſſe quam abeſſe: vt nõ ex inuidia, ſed ex iuſticia eum perſequi videatur. Quod autem nunc potius quam olim videmur mendicando plura colligere, inter alias principales cauſas quas potes aduertere [illegible] eſt quod cũ olim pauci fratres [illegible], nunc multo plures ſunt vbique & plures pluribus indigent quanto numerus numerum

excedit in omnibus quæ neceſſitas requirit eſt magis opus. Nam dominus infans natus modico diuerſorio & præſepio contentus fuit, ſed aggregata diſcipulorum turba ad celebrationem paſchalis conuiuij quæſiuit ſibi præparari cænaculum grande ſtratum.

Secunda cauſa eſt quod inter plures ſunt etiam debiles & infirmi maximè qui olim ſtrenue religionis & arduæ paupertatis pondus per annos plurimos portantes nunc ex humanæ mortalitatis defectibus laxati: cogente ipſa charitate non debent ipſi vt infirma pecora relinqui ſed piè quandiu poterint fulcimentis corporalium neceſſitatum pro miſericordia & aliorum ędificatione & pro iuniorum inſtructione ſuſtētari: & propter tales oportet & expedit plura peti.

Tertia cauſa quia plures modo mendicantes ſunt in eccleſia de diuerſis ordinibus, & quod nobis ſolum dabatur integrū nunc minuatim diuiditur inter plures, vnde cogimur nunc latius tanto vagari quominus in locis ſingulis datur nobis. Quod enim aliquādo offerebatur nobis non quærentibus nunc vix per diuerſa minuatim colligimus cum rubore. Et oportet nos petere: quia nō petentibus parum datur: dum ex multitudine petentiū homines ſunt laſſati. Qui autem per ſe nihil habent neceſſe eſt eos omnia quibus indigēt ab aliis poſtulare vel carere, niſi velint illicitè acquirere vel quocunque modo apud alios deſeruire vel niſi gratis eis donetur.

Quarta cauſa non tamen omnino commendabilis ſed pro aliqua parte excuſabilis accedit: quia qui non eſt patiens penuriæ in his quibus indiget, plura enim conquirere oportet.

QVAESTIO NONA.

ITEM quæro. Quæ poteſt eſſe huius impatientiæ cauſa niſi voluptuoſitas quæ nil vult ſibi deeſſe illorum quæ appetit, quæ omnis religioſitatis eſt exterminium. Reſpondeo: Hoc etſi in quibuſdam habeat locum: non tamen eſt potior cauſa ſed aliæ quædam. Vna quia vt dictum eſt, plures habemus debiles & infirmos

quam olim cum omnes ferè erant noui in ordine: qui cum laſſati iam & exhauſti ſint viribus oportet vt reficiantur ne penitus deficiant, quod eſſet contra miſericordio charitatis & diſcretionis virtutẽ, cum tales maximè conſilio ſuo & zelo pietatis exemplo ſuſtentent ordinem in ſuo vigore ne ſubitò corruat à priſtina puritate. Licet virtute corporali iam non ſicut olim eminenter extimentur lucere propter corporis deſtructionem aut oportet quod contra miſericordiam deficere ſubito permittantur, & tunc ex hoc magis fouebitur in ordine carnalitas, quia quilibet iuuenis & ſanus inſtinctus carnis prudentia cogitabit apud ſe dicens. Si tales viri pro ædificatione ordinis corpora ſua tradiderunt omnibus laboribus, modo debilitati ſic permittuntur abſque miſericordia perire, volo mihi cauere & parcere corpori & illud fouendo cuſtodire, ne mihi ſimiliter contingat. Et ſic aliquis audebit de cætero vix feruenter in Dei ſeruitio ſe exercere. Si autem debent debiles miſericorditer refoueri, expedit vt etiam alij qui vnum corpus ſocietatis cum eis ſunt & eis ſeruiunt & labores ordinis pro eis in domo, in diuino officio, in frigore & petẽdis eleemoſynis & aliis obſequiis patiũtur, aliquo modo mitius pertractentur & melius reficiantur, vt minus de illis ſcandalizentur & minus murmurent contra eos, quæ ſi ipſi ſoli conſumant omnia quæ offeruntur, & vt patientius pro eis laborent & hilarius miniſtrent: & vt ipſi debiles minus erubeſcant & confidentius audeant neceſſitates ſuas accipere, cum videãt alios etiam ſecum eſſe participes in conſolatione. Sani ergo fortes non debent propter ſe iſta appetere nec ſuæ induſtriæ aſcribere quando petentibus eis eleemoſynam iſta offeruntur, ſed cogitare debent ſicut & veritas eſt quod Deus ea propter debiles miniſtrat: & in tanta copia quod exinde etiam ſani conſolẽtur. Propter prænniſſis rationes vult etiam Deus veritatem ſuæ promiſſionis & euidentiã ſuæ liberalitatis oſtendere, dum nobis qui nullos certos redditus pro ipſo habere decreuimus, & totam ſolicitudinem in eum iactauimus:

indulgentius neceſſaria miniſtrat quam aliis quibuſdã qui lata prædia habent, & loculos plenos, ad hoc vt ei ſecurius confidamus & fidelius ſeruiamus.
Alia cauſa eſt: quia eorum qui nuper de ſęculo venerũt, quidam delicatæ ſunt nutriti & cum in ordine ſubito contra ſolitum coguntur aliter viuere in labore & victu & coertione magiſterij trita caro tenera langueſcit: & niſi clementer foueantur donec paulatim aſſueſcant ordinis pati rigorem, aut ſemper tabeſcendo langueſcent. aut ex rigoris horrore ad vomitum reuertentur: & ideo expedit vt ſupra.

Tertia cauſa eſt ſpiritualis ſtudij: nam aſſiduum lucrum in ſtudio ſacræ ſcripturæ in deuotionis deſiderio in tentationis certamine in internæ ſollicitudinis vigore ita conſumit & deſiccat vires corporis, vt niſi exterius quandoque aliquatenus refocillentur, non valeant diu ſubſiſtere. Quod autem aliquando lautiores cibos & potus habere videmur: hoc eſt propriè mendicorum: qui dum non reſeruant in poſterum vt cumulos congregent vt prædia lata comparent ſtatim comedunt & bibunt ea quæ dominus adminiſtrat. Et quia pro honeſtate & deuotione ſua plerique dant nobis non de vilioribus ſed de melioribus quæ dominus dedit eis: etiã nos cum interim non habeamus alia quibus vtamur ne videamur ingrati & auari comedimus & bibimus quæ offeruntur nobis indifferenter tam illa quam alia iuxta illud regulæ de omnibus cibis qui apponũtur eis liceat mãducare. Mẽdicus enim ſi recuſat ea quæ offerũtur cũ nõ habeat vnde alia emat: remanebit inanis. Quia verò diuerſi diuerſa & aliquando quaſi aduerſa mirantur de nobis, vt cum illi reprehendant in nobis carnalitatẽ alij verò duritiẽ quilibet pro viſu ſuo & affectu: oportet nos ſingulis de ſuis quæſtionibus reſpondere & rationem reddere licet ſequentia pręcedentibus continuato ipſis ordine ad hoc non cohæreant: ſed modo de hac modo de alia tractemus, &c.

QVÆSTIO DECIMA.

ITEM quæro. Cum omnibus debeatis cupere vt ſaluentur vobiſcum: quare indifferenter non omnes recipitis qui deſiderant: cum non arctet vos prædiorum paucitas ſed aperta ſit omnibus via mendicandi.

Reſpondeo. Omnes quidem cupimus ſaluari & nulli prohibere poſſumus licentiam mendicitatis: ſed omnes paſſim recipere non expedit nobis nec eccleſiæ Dei. Nobis non quia variæ ſunt conditiones hominum qualitates & mores. Multos enim ſæpe reciperemus imbecilles qui non poſſent rigorem ordinis ſuſtinere. multos pauperes qui non pro Deo ſed pro ſuſtentatione vitæ viuere deſiderarent nobiſcum. multos incompoſitos moribus quos vix corrigere ab inolita conſuetudine poſſemus & per tales diſſolueretur ordinis diſciplina & impediretur profectus aliorum & non ſufficerent eos alij paſcere nec eis ſeruire nec inuenirentur tandem qui poſſent eis præeſſe, & omnes ſimul in corpore & ſpiritu quaſi confuſa multitudo perirent, quæ nec regi valet nec congruè ſuſtentari. Eccleſiæ ſimiliter non expedit, quia cum ſit ordo ad ædificationem eccleſię conſtitutus & multitudo receptorum magis confuſionem induceret: nec de conuerſione multorum exemplum ædificationis acciperet ſed ſcandalum, vbi religioſitatis excepto ſolo habitu nihil inueniret. Minus enim malum eſt non eſſe religioſos vel nomine vel habitu vbi nō viuūt ſicut religionis eorum forma requirit quam vt ſint & per vitam eorum peruerſam alios ſcandalizent, ſicut melius eſt lucernā non eſſe in domo, quam eſſe ibi tantum fœtidam & non lucentem. Nimis etiā foret oneroſum fidelibus tot mendicos vnius ordinis paſcere à quibus nullum vel modicū haberent ædificationis pręſidiū. Sed tot & tales ſolùm recipi expedit, qui ſine onere eccleſiæ paſci poſſint & qui valeant eccleſias in ſpiritualibus reſpondere iis quæ ab ea in carnalibus recipiunt pro corporum ſuſtētatione.

QVÆSTIO VNDECIMA.

ITEM quæro. Cur non laboratis manibus pro victu vt non ſitis eccleſiæ oneroſi in eleemoſynis petendis. Reſpondeo. Si de puro labore manuum deberemus viuere tantum vrgeret nos operis inſtantia: quod aliorũ lucris intendere non poſſemus nec diuina liberè celebrare nec orationi liberè vacare. Cum enim ad confeſſionem vel prædicationem frater vocaretur reſpondere cogeretur, opus meum quo victui meo hodie deſeruire debeo nondum expleui: & ille cui laboro priuſquam deſeruiam non dabit mihi mercedem debitam: ideo nõ poſſum venire. Alij autem omnes præter infirmos laborant: alij autem in ſtudio vt fideles erudiant alij in diuino officio & laudibus Dei: alij in colligendis eleemoſynis pro ſuſtentatione communi, alij in officiis domeſticis infirmis & ſanis ex iniuncta obedientia miniſtrãtes quidam quæ ſciunt artes aliquas mechanicas pro fratribus & extraneis exercentes, ſicut mutuo cooperãtur inter ſe formicæ & apes, quidam per obedientiam miſſi diuerſas terras perambulant, cum nuncios alios idoneos nõ habeamus, & ſic nullus impunè permittitur ocioſus, &c.

QVAESTIO DVODECIMA.

ITEM quæro. Si de quolibet ordine & religione poſſit quis tranſire ad regulam & ordinem ſancti Franciſci fratrum minorum. Ad hoc ſine præiudicio meliori ſine. Reſpondeo. Quod ſic vbi ſine ſcandalo aliorum poteſt fieri. Propter quod maximè prohibetur nobis de quibuſdam religioſis non recipiendis cum ſcandalum tale ſit maius malum quam aliorum receptio ſit bonũ. Cum enim tria ſint principalia huius religionis ſcilicet obedientia caſtitas & paupertas & in regula iſta ſint qua ſi ſtrictiora & altiora quam in aliis ordinibus & religionibus ſicut pater in regula iſta conſtat quod ſecundum hoc religio iſta altior ſit & ſtrictior aliis ordinibus

& ideo de qualibet religione poſſunt ſecurè ad iſtā intrare dū modo nō ex leuitate ſed ex ſpiritu Dei ſint ducti. Nā etſi aliqua ſi quibuſdā corporalibus exercitationibus ſtrictior vt in abſtinentia carniū & ſilentio & officio eccleſiaſtico & ſimilibus. Hæc tamen ex ſublimiorum obedientiæ paupertatis & caſtitatis virtute facile recompenſantur, ſicut modicum pondus auari in præcio preualet magno ponderi argenti vel alterius metalli 2. Thim. 4. Corporalis exercitatio ad modicum vtilis eſt, &c.

QVÆSTIO DECIMATERTIA.

ITem quæro; Si de iſta religione poſſit aliquis ire ad aliam poſt factam in ea profeſſionem. Reſpondeo. Saluo meliori iudicio non, niſi per diſpenſationem ſedis apoſtolicæ cum hoc expreſſæ in ipſa regula prohibeatur ibi. Nullo modo licebit eis &c. Nam omni non inueniatur altior regula vel ſtrictior ſeu æqualis: patet quod non licet cuiquam per ſeipſum ad inferiorem ordinem tranſire. Luc. 14. Omnes qui vident incipient illudere ei dicentes: quia hic homo cœpit ædificare & non potuit conſummare, &c.

QVÆSTIO DECIMAQVARTA.

ITem quæro. Si liceat ordini eiicere aliquem pro demeritis: vel egreſſo & pœnitenti & petenti receptionem denuo denegare. Cum enim ordo in profeſſione verſa vice ſe obligauerit vt ſicut iſte ligatus eſſet ordini ita econuerſo videtur quod ordo tenetur ſemper recipere ſi exigat: ne promiſſum ſuum videatur irritare ſi nollet eum tenere quam ſpoponderat nunquam derelinquere.

Videtur etiam quod ordo non poſſit talem licentiare ad alium ordinem quia non inueniet alibi quod hic promiſit: & ita faceret eum voti ſui tranſgreſſorem & ſic peccaret. Videtur etiam quod cum iſte non poſſit cōpelli ad alium ordinem cum nulli ordini ſe obligauerit

niſi iſti:& non debeat cogi inuitus ad quod ſe nullo voto aſtrinxit etiam ſi alium ordinem inueniret iſti æqualem: videtur iſte ordo eſſe in culpa ſi talis vagetur in ſæculo: cum nolit eum recipere pœnitentem & ad aliũ ordinem non debeat vel non poſſit eum compellere:& ſi punit eum vel excommunicat quod iniurietur ei: Immo ſi non tenetur eum ordo recipere nec vult iam punit non ſuum ſubditum: & ſi punit eum corporaliter capiendo vel caſtiganda, videtur in canonem incidere iam latæ ſententiæ cum ſit clericus vel regularis. Si autem ordo non vult eum recipere & non conuenit eũ aliam religionem intrare vel alij nolunt eum recipere ad quos licentiatus eſt tranſire & per hoc à fratribus ligatur excommunicatione vel non abſoluitur, ponitur in laqueum perplexitatis inexterminabilis vt quaſi ex omni parte præcluſa ſit ei via ſalutis, quod videnti ſaluari non poteſt vel non debet fieri. Luc. 9. Filius hominis non venit animas perdere ſed ſaluare.

Vt autem ſuper his apertior pateat ratio quid ordini vel egreſſo faciendum ſit in iſtis.

Nota. Cum aliquis ingreſſum petit iſtius ordinis, ſi recipitur fit ei magna gratia & multiplex & de naufragio peccati eripitur & ſociatur illorum collegio qui ambulãt in via Dei tali conditione, vt & ipſe gradiatur in eadem via cum eis ſeruando illa propter quæ ordo eſt inſtitutus. Quandiu ergo ſic graditur poſtquam ad profeſſionem receptus eſt: non poteſt eum ordo abiicere, quia ſicut ipſe eam ligatus eſt ordini: ita & econuerſo vt neutrum liceat alterum relinquere vllo modo: ſi autem frater aliter viuit quam licet in ordini & ſæpius correctus ſe non ſufficienter correxerit, ſi exceſſus occultus ſit: toleretur & cum cautela propter ſcandalum: ne ſi abiiceretur: cum eius culpa non pateat: videretur iniuſtè proiectus, aut peccatum iniuſtè propalaretur quod vtrumque illicitum videtur. Si verò exceſſus eius graues fuerint & notorij quod alij eius exemplo poſſint infici ſi retineatur in ordine & extranei ſcandalizarentur quod talis in ordine ſuſtineretur:

tum propter auferendum ſcandalum,tum propter corruptionem ordinis præcauendum deber eiici præuaricator voti & pacti ſui,quia iam ordo non tenetur ei de promiſſo tenēdi eum ſecum,qui promiſſum ſuum præuaricando pluries violauit,cum ideo ſit vocatus ordo quod nil in ſe inordinatum patiatur. Quod ſi Deo permittente talis ſeipſum eiiceret,gratiæ lunt Deo referēdæ,nō quia ille peccauit, ſed quia oues ſuas à peſtifera cōtagione liberauit. Ad Gal.5. Vtinā abſcindantur qui vos conturbant.ſcilicet puritatem veſtram pacem & famam.Si autem allegatur quod miſero eſt miſeratio adhibenda vt iterum recipietur in ordine dici poteſt.Crudelis eſt miſeratio vnde plures & meliores grauiter offendūtur. Sicut qui furem liberaret vnde pauperes ſpoliarentur,maximè cum tales longo vſu tepefacti, rariſſime verè & perſeuerenter emendantur,& facilis remiſſio aliis audaciam præbeat delinquendi. Nec poteſt allegare ſibi iniuriam ſi non recipitur, quia ipſe talem ſe fecit ex culpa propria quod recipi ſit indignus,quin potius ordo habeat cauſam contra eum agendi pro eo ꝙ ſic ſe dehoneſtauit.

Vnde poteſt eum punire pro meritis vel tradere cui ſeruiuit,niſi faciat quod tenetur.Sedes enim apoſtolica quæ ius ſuum vnicuique ſeruat & vult ordinem in ſua puritate perſiſtere non cogit ordinem tenere illos quorum conuerſatio vociua eſſet in ordine, qui tunc puniret innocentes & reos foueret& occaſionem daret ordinis corruptioni per tales peſtiferos ſi eos recipi oporteret.Sed ne damnabiliter vagentur in ſæculo, ex gratia ſedis apoſtolicæ ordo dat eis licentiam(quos iudicat nō recipiēdos eſſe)ad alium determinatum tranſeundi vbi ſaluentur, ad quem etiam tranſire tenentur ſi poſſunt, alioquin non erunt in ſtatu ſalutis ,ſicut Loth non volens montem conſcendere concedente angelo in ſegor paruula ſaluatur. Propria authoritate non poſſunt ordinem deſerere quem vouerunt nec alium intrare ſine ordinis ſui licentia vel ſummi pōtificis,quia vt dictum eſt ad inferiorem regulam non licet eis tranſire altiora profeſſis.Quod autem talis alium cogitur intrare ordinem

dinem ſi in iſto non recipitur, cum tamen aliũ non voluerit niſi iſtum, inde eſt, quia cũ vouit iſtum ſic alligauit ſe religioni, quia ſecundum ius canonicũ nullatenus redire poteſt ad ſeculum vel ad latiorem vitam tranſire ei liceret. Et ideò ſi demeretur in ordine quẽ vouit non retineri cum ex peccato ſuo non ſit conditio eius melior facta vt iam poſſit eſſe liber ſed potiùs deterior, oportet eum alium ordinem intrare & illum ſeruare ſi vult ſaluari, & ad hoc cogit eum ſtatutũ vniuerſalis eccleſiæ non ordo iſte, ex cuius gratia permittitur ei ad inferiorem ordinem trãſire cum ſuperiorem non inuenit, ne aditus ei ſalutis præcludatur. Si autem velit in ſeculo vagari ex quo ordo non vult eum recipere nec ad religionem concedatur ſibi tranſire in ſpacio temporis ſibi determinatò, licet iam videatur ab ordinis iuriſdictione exemptus cum nolit eum amplius tenere, tamen ex auctoritate ſummi pontificis cuius iuriſdictioni non eſt ſubtractus, poteſt eum ordo impetere & per cenſuram eccleſiaſticã vel etiam ad alias penas corporales poteſt cohercere eum vice Domini Papæ, quandiu non habuerit alium iudicẽ regularẽ cui ſe ſubiecerit regulã & ordinẽ illius ſtabiliter aſſumendo. Sponte etiã egreſſus ordinem iſtum, ſi non de licentia eius intrauerit alium ordinem ad quẽ licentiari poſſet, poteſt cõpelli vt redeat, cum adhuc ſit ſub iuriſdictione ordinis iſtius à qua non poteſt ſemetipſum eximere, niſi fratres dent ei licentiã ibi ſtandi & nolint eum recipere vel tenere. Hæc omnia iã ſtatuta ſunt: ne quis pedẽ ponat in lubrico & obſcuratus offendat, ſumptis leuibus occaſionibus recedendi ab ordine vel ad alium prohibitum trãſeundi vel etiam inordinate viuendi.

QVÆSTIO XV.

ITEM quæro. Cum multitudo ſit ſæpe occaſio confuſionis eo ꝙ regi non poſſit, cur multiplicatis numerũ in recipiendo inutiles & oneratis voſipſos & alios? Reſpõdeo. Inutiles omnino ſciẽter nõ recipimus, ſed præter ſpẽ noſtrã aliquotiẽs ſic contingit. Quatuor enim cauſis ſolemus recipere ſuperueniẽtes. Vna eſt cõpaſſio perditionis eorum qui vix extra ordinẽ in ſeculo

ſaluarentur:ſicut qui de igne vel aqua periclitatem rapit vel de alio diſcrimine. Secunda propter profectum ordinis qui ex ſcientia & induſtria morum honeſtate & reuerentia quorundã futurus præſumitur. Tertia propter aliorũ ædificationẽ:vt multi de talium conuerſatione qui aliquo modo ſunt famoſi in ſeculo emendentur & eorum incitentur exemplo. Quarta propter præcum inſtantiã quã ipſi faciunt pro ſe & alij pro eis nimia importunitate obtinẽt aliquos recipi quibus denegari nõ poteſt. Sicut autem agricola ſæpe ſeminat & plantat in ſpe quod omnia conualeſcant:quod tamen plerũque in aliquibus non euenietita contingit & in religioſis ad ordinem receptis. Lucæ. 8. Aliud cecidit ſecus viã &c. Seminat plures ſulcos:vt ſi aliqua pereant: alia pro illis conualeſcant. Si tamen omnes conualeſcerent: ſeges copioſior proueniret &c.

QVÆSTIO XVI.

ITEM quæro. Vnde eſt quod videmus aliquos religioſos moribus ita diſtortos & rudes ſicut aliquos ſeculares, ſuperbos, vanos, cupidos, inuidos, detractores iracundos, contumelioſos, deſides, diſſolutos, auaros, inuerecundos, delicatos, guloſos, garrulos, laſciuos, & quod ex his oritur forſitan incontinentes. Reſpondeo. Religio eſt ſcola virtutũ in qua ſicut in aliis diſciplinis & artibus diſcendis incũbitur. Videmus autẽ ꝙ alius alio peritior eſt, alius rudior, alius diligentior, alius ſequior. Hæc autẽ differentia ex quinque cauſatur. Vna cauſa eſt ꝙ alicubi informatores habentur quorũ eruditione boni diſcipuli nutriuntur: vbi autem non habentur aut rudes in ſpiritualibus erunt diſcipuli aut erroribus variis ſub ſpecie boni per ſenſum propriũ ſeducuntur: habentes quidẽ zelum iuſticiæ: ſed non ſecundũ ſcientiã: & ſic à perfectione virtutum plurimi retardantur: vt vel malum eſtiment bonũ aut minus bonũ putent optimũ aut aliã viã quã debeant ad perfectionem tenendã. Secunda cauſa eſt defectus ſeu copia bonorũ exẽplorũ quia noui in religione ſæpe tales fiunt: quales alios eſſe

videt ſicut in ſigillis cera talē imaginē recipit:qualis fuit impreſſa & fiunt ſancti cum ſanctis,boni cū bonis,peruerſi cum peruerſis. Tertia cauſa eſt nouitas in religione quia incipientes non poſſunt vel non habent illa quę habent prouecti vel perfecti.Et ignoſcendum eſt eis in aliquibus & patienter expectandum: donec creſcant & adiſcant quæ nondum apprehendere valuerunt.Ad Romanos.15.Debemus nos firmiores imbecillitates infirmorum ſuſtinere.Qui à puero exigit labores viri & ab infirmo vires robuſti & à ſcolari vnius anni vires magiſtri:imprudens eſt.2. Corinth. 13. Cum eſſem paruulus loquebar vt paruulus.Ex hoc arguitur ſtoliditas ſecularium quorundā: qui dum vident aliquē religioſum in aliquo offendere:omnes religioſos deſpiciūt quaſi omnes tales ſint cum ipſis videretur iniuſtum ſi quis eos propter aliena vicia deteriores haberet. Quarta cauſa eſt defectus gratiæ:non enim omnis omnia poſſunt.Sicut enim multi vellent eſſe diuites & non poſſunt, ita non omnibus datur æqualis gratia ſpiritualium donorum. Ad Romanos.7. Velle mihi adiacet:perficere autē bonū non inuenio. Quinta cauſa eſt voluntas propria,& ſi non omnia adſint prædicta, dum quis diu ſtetit in religione & bonorum exēpla deſpexit,doctrinam non curauit, gratiam adiecit, virtuti non ſtuduit, viciis ſe ſubdidit:ſicut heu plures ſub religionis habitu velut dealbata ſepulchra in ſcandalum aliis conteguntur. Math.23.Væ vobis Scribæ &Phariſæi & hypocritæ qui eſtis ſicut &c.

QVÆSTIO XVII.

ITEM quæro. Cum religio deberet eſſe ſicut ſpeculū in domo in quo diſcant intrantes agnoſcere deformitates ſuas vt eas abſtergant,quare non omnes diſcolos eiicitis per quos religionis puritas deformatur: ſi tamen non eſtis tales omnes qui illos fouetis.

Reſpondeo. Bona religio malos odit non fouet, nec tamen omnes prauos eijcit. Et hoc his de cauſis. Vna propter ſpem correctionis, ſicut ægrotans non

eijcitur in mare quandiu ſpes vitæ fuerit, ita & de lapſis in ordine intellige cum multi lapſi per pœnitentiã ſurgentes, poſtmodum ſani perſeuerant & aliquotiens meliores fiunt quam qui lapſi non fuerint, ſicut Dauid & alij plures. Secũda propter defectum probationis, quia licet ex aliquibus cõiecturis timeatur aliquis malus, tamen apertè non videtur cõmunitati. Sicut ſi aliquis teneatur leproſus eſſe ex aliquibus ſignis & non poteſt adhuc plenè iudicari, ſed latet moribus, & ideò inter ſanos adhuc tolleratur. Tertiò propter ſcandalũ, quoniã fratribus tãtũ notum eſt crimen illius, ſed apud extraneos reputatur honeſtus, qui ſi viderent eum eijci & tamen non ſcirent cauſam: putarent ex inuidia fieri vel cogitarent reliquos omnes eſſe tales, cũ iſte de quo tantum præſumebant occultè fuerit vicioſus. Nam Dñs cognouit Iudã eſſe vicioſum & in exẽplum nobis tolerauit eum, cum crimen eius aliis foret occultũ, donec per apertam iniquitatem prodidit ſemetipſum.

QVÆSTIO XVIII.

ITEM quæro. Cum quælibet religio ſibimet placeat & aliis ſe præferat quæ ſunt maximè in quibus bona religio agnoſcatur & in quibus alia melior altera eſtimatur. Reſpondeo. Sæpe in vno & in aliquibus præcellit vnus ordo alterum vt iſte in labore, alter in ſilentio, alius in abſtinentia & ſimilibus. Sed generaliter in iſtis agnoſcitur quis ſit melior. Vnde ſi in ſtudio omnis virtutis vt cõmuniter perſonæ illius ordinis feruentibus & frequentiùs exercentur, maximè charitatis, humilitatis & internæ deuotionis eſt ſignum bonum præcellentiæ & perfectionis.

Secundum ſi omnia vicia & ſcandala odio habent & ſollicite cauent & occaſiones peccatorum amputant & extirpant & mundiciam diligunt & conſeruant.

Tertium eſt ſi boni apud eos diliguntur & fouentur & deſpectis aliis in regimine animarum ſoli aſſumuntur & per eos maximè gũbernatur ordo. Eccleſ. 19. Qui negligit modica paulatim decidit.

Quartum ſi à ſeculari frequentia ſe ſubtrahunt & honores fugiunt, diuitias non ambiunt, & conformari huic ſeculo tam in moribus quam factis ſeu qualibet apparentia erubeſcunt.

Quintum ſi damnum & iniurias illatas ac deſpectiones tacitè ſufferunt: nec per quærimonias vindicare ſe cupiunt: ſed Deum omnium inſpectorem attēdunt qui ſuos cum vult poteſt defendere. Cum verò expedire eis nouerit, permittit eos pro altiori præmio tribulari & patienter ferunt donec placuerit Deo aliter ordinare.

Quæ iſta ſigna plenius habent religiones: meliores ſunt & quæ minus ſunt minus bonæ & quæ nihil ſunt, qui etiam ſingulariter in ſe habet bonus eſt: etiam ſi alij communiter non habeant.

QVÆSTIO DECIMANONA.

ITEM. Videmus ordines oēs religioſorū deficere in vita religioſa etiam ſi in temporalibus & quibuſdam cerimonialibus videatur proficere. Cauſas huius defectus vellem ſcire pręcipuas. Aut enim non deberetis incipere q̄ non poteſtis perficere aut in incæptis pro poſſe perſeuerare, alioquin præuaricatores voti meritò reputabimini. Reſpondeo. Omne quod non habet eſſe ſuum à ſe, deficiendo decidit in non eſſe niſi ſuſtentetur ab eo qui dat ei eſſe: ſic & omnis ordo & omnis homo.

Vnde non ſolum ordines religioſorum, ſed etiam epiſcoporum & clericorum & laicorū & vniuerſalis ſtatus multum deficit, quantum ad communem ſtatum ab eo quod in principio fuit cum omnes fideles erant perfecti & ſancti quales nunc raro videmus. Actu. 4.

Multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna. Licet autem olim communiter omnes boni & ſancti fuerint: tamen modo multo plures ſunt ſancti in eccleſia Dei. Sed quia mali plures ſunt, ideo non apparent ſancti reſpectu multitudinis aliorum. Sanctitas etiam vera non conſiſtit in exercitatione corporali ſed in vir-

tutibus mentis. Et quia iſtæ non apparent exterius niſi modicè ex quibuſdã ſignis operum & ſancti non quærunt videri ab hominibus vt laudentur, ſed occultant bona quæ habent ſingulariter præ cæteris: ideo pauci ſancti modo in eccleſia vel ordinibus eſſe videntur.

Cauſæ autem quare communitas in religione deficit, ſunt magis communes inter alias.

Vna eſt multitudo intrantium quia multi non poſſunt tam facilè flecti ſicut pauci: ſicut nauis magnus difficilius gubernatur quam parua. Et vbi multa capita ibi multa cerebra quæ omnia nõ poſſunt ad vnum ſenſum deflecti.

Secunda cum ſubtrahuntur qui primo tenuerunt ordinem in ſuo vigore vel cum debilitantur in corpore, non poſſunt iunioribus ardua rigoris dare exempla ſicut prius & noui qui priora opera non viderunt: imitãtur omnes tantum in his quæ nunc vident in eis & fiunt remiſſi & ſub ſpecie diſcretionis ne ſeipſos ſicut antiqui deſtruant parcentes corpori. Et quia internas virtutes quas antiqui habuerunt non agnoſcunt vbique neglecti ſunt, quod nec exterius exercentur nec interius virtutes apprehendunt. Et iam qui antiqui non valent modo eos exemplo præire timent eos etiam in verbo corrigere, quia ſolent dicere iuniores. Verba quidem bona ſunt quæ dicunt nobis, ſed opera non oſtendunt & ſic magis ſcandalizentur.

Tertia cauſa eſt, quod quilibet non didicit neſcit docere: cum enim regimen ordinis deuoluitur ad iſtos iuuenes tales nutriunt quales ipſi ſunt: ita quod iam prior in fratrum fabulam vertitur non trahitur exemplum: Immo ſe tantum reputant illis prioribus meliores, quo minus agnoſcunt quę ſint perfectorum virtutes. Et dum exẽpla quædam exteriori diſciplina cõſeruant in choro vel proceſſionali ingreſſu & ſimilibus audent aſſerere quod ſtatus ordinis nunquam fuerit ita bonus.

Quarta cauſa eſt: quod paulatim ſub intrant non bonæ conſuetudines quæ ſtatim ab aliis trahuntur in exẽplum: Et ſi aliqui zelum Dei habentes illa redarguunt audacter defendunt alij quare ſibi non liceat quod alij

permittitur & pro lege tenebitur:cum ex vſu iam cum veniens videatur:ita quod vix de cætero poterit extirpari. Rectores quoq; & ſi talia nō diligāt:tamen ne maius malum ſequatur diſſimulant vt pacifice cum fratribus viuant. Cumque vna conſuetudo talis facta fuerit tolerabilis;conſequenter introducitur alia quaſi cohærens priori: vt ſi illa admittitur:iſta vetus toleretur.

Quinta occupationum frequenter emergentium,quę corda diſtrahit affectum deuotionis extinguit, mores alterat interius occaſiones viciorum inducit & ne de ſua correctione efficaciter cogitent ſemper noua impedimenta religioſis innectit:donec tandem conſueſcant ſola exteriora cogitare. Et obſcurato conſcientiæ oculo,etiam cum deſunt occupationum cauſas impudenter quærere, ſicut Sanſon cæcatus in carcere molam traxit. Iudicum.16. Sunt & aliæ ſpeciales cauſæ quorūdam ordinum, vt nimia inopia ex qua coguntur fieri proprietarij dum ſibimet videtur quiſque prouidere, quia non prouidetur eis in communi.

ITEM nimiæ opes ex quibus fiunt carnales ſuperbi & multipliciter vicioſi.

ITEM frequentia inter ſeculares ex qua oritur multarum tentationum carnalium materia & temporis perditio.

ITEM frequens mutatio prælatorum, quæ & ſi pro parte bona ſit in quantum mali abiiciuntur tamen in eo nociua eſt quod boni dum citò ſperāt abſolui non præſumunt aggredi vel non proficiunt vt reformēt ſtatum ordinis,& rebelles ſubditi potius laborant vt deponantur quod vt ſtatus debitæ reformetur.

ITEM ſi vnus prælatus quandoque vult reformationi intēdere,ab aliis quoquomodo impeditur vel ad minus non iuuatur ab iis quorū auxilio indigeret, vt prior non adiuuatur ab abbate vel abbas ab epiſcopo & de ſimilibus ſimiliter iudicetur, vnde rebelles ſubditi appellant ad eos quos ſciunt ſibi in ſua rebellione fauere.

ITEM ſi aliqui in vno loco diligerent reformare ſtatum in melius, mittuntur ad alium locum vbi non in-

ueniunt quod quærebant. Et his atque aliis cauſis ſtatus religionis deficit: ut non ſolum fiat deterior ſed etiam quaſi deſperabilis: quod vix vnquam niſi Deus ordinet aliter reformetur. Sed quia diligentibus Deum omnia cooperātur in bonum: quod non fit in communi poteſt fieri in particulari. Quilibet proficere volens conuertit ad lucrum ſuum aliorum detrimentum & omnes vias alieni defectus ad profectum ſuum cum Dei gratia extorquet. Et ſicut electorum gloria ex hoc maior erit quod reproborum ſocietati admixti: eorum non imitātur exēplum qui ſunt ipſis tentationis & exercendæ virtutis materia: ita & boni religioſi nunquā tanti fuiſſent meriti apud Deū ſi non à tepidorū fratrū defectibus ad multiplicē virtutis lucrā aſſiduè expediti fuiſſent. Vnde Apl's inter cætera virtutū ſuarū merita quibus ſe miniſtriū Chriſti excellēter gloriatur enumerat pericula in falſis fratribus, eo quod ei & aliis bonis multiplex ſit occaſio virtutis. ſ. quod primo eorū praua exēpla ſunt bonis tentationis materia & ſic victoriæ cauſa. Item. 2. zelo iuſtitiæ circa vicia accenduntur & vruntur ſcandalis infirmorum. Item. 3 eorum miſeriis compatiuntur ſicut mater filio ad perditionē properanti. Item. 4. magis laborāt bonis exēplis eos corrigere & monitis & orationibus & beneficiis. Item. 5 diſtortos mores patienter tolerant & iniurias quas eis pro iuſticia inferunt.

Item. 6. ex eorum contubernio deſpectiones ſuſtinēt ab extraneis quaſi ipſi ſint tales. Item. 7. timidiores ac per hoc humiliores fiunt & ne cadant ſollicitiores ſunt.

Item. 8. Deo magis referunt gratias quod eos ne tales eſſent benignè defenderit. Item. 9. ex malis iuxta ſe poſitis virtutes iuſtorum clarius elucent & pulchrius fulgēt. Iſta & alia bona ſunt quæ Deus elicit ex conſortio malorum cū bonis. Sicut enim accidentale gaudium bonorum cumulat viſa pœna damnatorū: ita etiā in eccleſia quodāmodo decorat rectitudinem iuſtorum deformitas iniquorum diſponente hoc ſuperna ſapientia quæ nil inordinatum in omni regno dimittit, &c.

QVÆSTIO VIGESIMA.

ITEM quæro. Cũ nihil debeatis appetere terrenũ nec honores nec res pro qb⁹ ſolẽt hõies ĩter ſe cõtẽdere & ſibi mutuo inuidere quæ cauſa eſt quod ſæpe videmus inter religioſos eſſe diſſenſiones & inuidias ſicut & inter ſeculares vel aliqñ acriores. Reſpõ. De his quę irrationabiliter fiunt reddi nõ poteſt ratio cõgrua. Vnde ſi aliqui ſub habitu religionis tales aliquando videntur non eſt alia ratio niſi eorum imperfectio: & quia habitus mentis non habet interius quod oſtendit habitus veſtis exterius & tonſura capitis. Boni autem ſi aliquando diſſentire videntur, hoc his de cauſis fieri conſueuit. Vna cum non omnes agnoſcant æqualiter veritatem in omnibus contingit quod aliquis intelligit illud pro alia parte non fore expediẽs vel aliud magis fore expediẽs quam illud. Et dum vterque hoc quod ipſe melius iudicat vult promouere & quod nociuum credit vult impedire, ſic diſſenſio fit inter eos id eſt, diuerſa ſenſio, non peruerſa cum vterque bene intendit ſicut inter Paulum & Barnabã pro Ioanne diſcipulo quem voluit Barnabas aſſumere in ſocium prædicationis ſuæ, ſed Paulus prohibuit timens ne non perſeueraret in continuatione laboris & ſic per eum impediretur & ſic diſſentiebant. Et Barnabas ſecum Ioãnem ſumpſit vbi minores haberet labores. Paulus vero Sylã ſumpſit pro fortioribus laboris magis aptũ vt diuerſis partibus diuiſi pluribus prædicando prodeſſent. Sic in expoſitione beati Gregorij orãte Daniele dominũ pro populi liberatione de captiuitate babylonica angelus dixit quod eius oratio eſſet dudum exaudita ſed princeps perſarũ. i. angelus illius gentis cuſtodiæ deputatus reſtitit ſibi 21. diebus ne ſtatim liberarẽtur ſed diuti⁹ afflicti plenius à peccato purgarentur. Quid ergo mirum ſi boni quandoque pro bono diſſentire videntur ratione diuerſarum conſiderationum ſi apoſtoli & angeli in eadem ratione diſſentire inuenti ſunt.

Nã iuxta hunc ſenſum ſancti quãdoq; irrationabiliter & adeò diſſentiunt: vt cum Deus vult aliquem mori

quem ipſi diutius deſiderant viuere pro aliorum profectu, vel cum ipſi putant citius mori quos Deus vult pro eorum ſalute adhuc diutius in corpore laborare. Phili.1. Deſiderium habeo diſſolui &c.

Alia cauſa eſt quando vnus non videt intentionem alterius quæ bona eſt, putat eum alia intentione aliquid facere & diſplicet ſibi & diſſentit ab eo: qui ſi ſciret non diſpliceret ſibi quod facit & eſſet pacatus cum eo. Sic Moyſes iratus eſt filiis Ruben & dimidiæ tribui Manaſſe cum peterent terram Baſan & Eſbon in poſſeſſionem. Et Ioſue iratus eſt eiſdem pro conſtructione altaris ſuper ripam Iordanis antequam agnoſceretur intentionem vtrobique fuiſſe bonã, talis autem ignorãtia non eſt ſemper culpabilis, dum tamen non ſit iudicium nimis præceptis, &c.

QVÆSTIO VIGESIMAPRIMA.

ITEM quæro. Cum religioſi tam ſtudioſe ſolent abſcondere facta ſua, ſuſpectum eſt apud eos eſſe aliqua indecentia, cur enim ſic celantur cum bona non ſit neceſſe cælari. Reſpondeo. Tria ſolent cælari & abſcondi.

Primum eſt ſingularia bona ne de ſingulari gloria excellentia proueniat & meritum depereat Matth.5. Attendite ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus vt videatis ab eis, &c.

ITEM vicia & peccata ne percipientes ſcandalizentur & qui peccantes aliquem ſcandalizant duplici reatu obligantur. Matth.18. Væ homini illi per quem ſcãdalum venit.

ITEM quædam ſolent abſcondi à non intelligentibus qui ea iudicarent mala eſſe ex ſua ſtoliditate, cum tamen coram Deo licita ſint vel etiam meritoria: non propter hypocryſim ſed ne illi exinde infirmentur, & ita non propter ſe tantum ſed magis propter illos occultãt religioſi facta ſua ne noceant illis, quia non poſſunt omnium corda videre & omnibus ſatisfacere quare hoc

vel hoc fiat,cum ſeculares rudes ſint & proni ſæpius de religioſis ſiniſtra ſuſpicari. Cum enim vident eos refectionem accipere: iudicant eos carnales.

Cum vident eos humiliter iucundos iudicant eos diſſolutos.

Cum ex zelo iuſtitiæ vident ſe ab eis pro vicio ſuo redargui:dicunt eos iracundos.

Cum eos neceſſaria vitæ mendicare cum aliunde nõ habeant,dicunt eos auaros:& ſic de ſingulis. Etiam quę bene faciunt reprehẽdunt,propter quod oportet vt caueant alienæ infirmitati & occultẽt quæ poſſent ab aliis mala iudicari.Corinth.8.Videte ne hæc licentia veſtra offendi fiat infirmis,Tribus modis ſeculares iudicant religioſos.

Primo opinando de ipſis quod omnia ſunt falſa quæ ipſi per ſe confingunt vel aliis inferentibus leuiter credunt: vt vulgus ruſticanũ quod dicit nos antichriſti pręnuncios & quod omnes guerras terrarum & principum ſeminemus.

Secundo quod illa quæ ipſi ſolent facere non ſunt peccata,quod cum vident nos aliquando facere eſtimant quod tali aĩmo facimus vt ipſi, vt comedere delicata & bibere,alloqui fœminas,eſſe hilates, ſpecioſos areas,munda ædificia ratione ſani aëris & eccleſias decentes & zelo diſciplinæ inuicem accuſare & punire & pro cautela de locis tranſmutare & ſimilia,quæ à bonis bono & à peruerſis peruerſo animo fieri ſolent.

Tertio cum damus eis cauſam iudicandi & ſuſpicandi de nobis non bona:talia exempla eis oſtẽdendo quæ merito ſunt reprehendenda.

In primo ſumus nos ſine culpa, in ſecundo indigemus bona cautela,in tertio culpa non caremus dantes eis ſcandali offenſionem & miniſterium religionis vituperabile facientes,quibus debemus eſſe lumen ſanæ doctrinæ & forma recte viuendi. Cum autem deſpicimur ab aliis ſine cauſa ſine culpa noſtra, ad profectum noſtrum cædit multiplicem.

Primo peccata noſtra per hoc purgantur.

Secundo bona noſtra magis tuta ſunt à vana gloria à

laude humana.

Tertio humiliores reddimur coram hominibus.

Quarto cautiores ſumus in verbis & factis ne opinionem eorum confirmemus.

Quinto minus ſumus eis familiares ac per hoc magis in cella quieti.

Sexto patientiam magis diſcimus ex tali deſpectione.

Septimo interna conſolatio ſpiritus impenditur quærentibus pro exteriori ſubtracta.

Octauo maius meritum ex his omnibus coram Deo accreſcit.

Hæc & alia bona tanta ſunt: quod ſi nõ obeſſent aliis: libẽter tolerare debemus deſpici ab aliis & reprehẽdi & perſecutiones pati propter chriſtum ſine culpa, &c.

QVAESTIO VIGESIMASECVNDA.

ITEM quæro. Cum deberetis ſicut pauperes Chriſti pauperibus eſſe familiares & eorum cibis contẽtari: quid eſt quod magis frequentatis menſas diuitum quã pauperum. Reſpondeo. Tria nos ſpecialiter inuitant ad hoc, videlicet noſtra neceſſitas, quia cum itinerando per terrã laſſitudine & fame fatigamur apud illos prõprius ſperamus obtinere refectionem qui etiã pro honeſtate ſua panem ſuum quibuſlibet tranſeuntibus non negant: quam alios quos neſcimus.

ITEM pauperum inopia: quia ſi fortè nos hilariter reciperent: expenderent nobiſcum pro ſua deuotione in vno prandio nobis etiam dolentibus vnde ipſi pluribus vicibus refici poſſent.

ITEM ipſorum diuitum ſalus, qui per occupationem concipiunt noſtri familiarem noticiam, vt ad amorem Dei ſic eos paulatim traham⁹ & ſalutis doctrinã eis ingeramus & per tale meritum Deum eis propicium faciamus quia pauperes per ſe ingerunt ſe & ſalutis conſilia ſtudioſè requirunt qui non habent in hoc mundo cõſolationẽ ſuã, diuites autẽ terrenis contẽti vel mũda-

nis negotiis occupati vel ſuperbia inflati raro humiliãt ſe ad quærendum ſalutis conſilium, niſi per occaſionem aliquam ad hoc à bonis & religioſis trahantur prudenter. ſicut dominus traxit Zacheum & alios Publicanos manducando cum eis & docendo, licet non ignoraret Phariſæos & Scribas inde murmurare & materiã quærere detrahendi, &c.

QVAESTIO VIGESIMATERTIA.

ITEM quæro. Cum perſonarum acceptio ſit apud Deũ culpabilis & ab apoſtolo Iacobo prohibita: quare vos religioſi magis honoratis diuites quam pauperes & prõptius eis ſeruitis in cõfeſſionibus audiẽdis & aliis cõſiliis & obſequiis ſicut ſæpe videmus & ſcimus. Reſpõdeo. Deus puſillũ fecit æqualiter & magnũ & æqualiter eſt illi cura de omnibus inquantũ factura eius ſunt ac ad ſalutẽ pertinẽt ſempiternã, ideo igitur nos oẽs diligere debemus in dño & tã diuitũ q̃ pauperũ ſalutẽ deſiderare & pro poſſe noſtro promouere ſicut expedit his & illis. Vnde ſi pauper melior eſt diuite: plus debem⁹ eũ diligere, tamẽ diuitẽ plus honorare quadruplici ratione. Vna q̃a cũ Deus in hoc ſæculo diuites & potẽtes prę tulit pauperib⁹ quo ad mũdi gloriã vbi eſt neceſſe alios aliis ſubeſſe vel præeſſe, nos honorãdo potẽtes eius ordinationi cõcordamus, quos & ipſe Deus honorauit in hac parte. Alia ratio propter infirmitatẽ ipſorũ diuitũ q̃ ſi nõ honorarẽtur: indignãdo magis infirmarẽtur & deteriores efficerẽtur & grauamẽ nobis & aliis pauperib⁹ inferrẽt ne quod offẽdiculũ demus infirmis: ne per nos deteriores fiant qui omnes debemus potius ad meliora trahere & prouocare. Tertia quia maior vtilitas prouenit ex correctione vnius diuitis q̃ pluriũ pauperũ. Pauperis autẽ ſalus ſibimet prodeſt, diues autem emẽdatus multis prodeſt tã ꝓpter exẽplũ aliorũ qui inde ædificantur & prouocantur ad bonum, & ꝓpter alia bona quæ per eũ ꝓmouentur in aliis & mala impediũtur. Eccleſ. 10. Qualis rector ciuitatis tales habitantes in ea. Cõuerſio Cõſtantini Imperatoris ad fidem plus profuit

eccleſiæ in pluribus quam multorum aliorum.

Quarta cum à diuitibus plus recipiamus de corporali ſubſidio eo quod magis abundant in talibus iuſtum eſt vt & eis vicem rependamus & proniores ſimus eis ad obſequia ſpecialia impendẽda. Pauperes etiam facilius expediuntur quia tantis perplexitatibus non ligantur, diuites verò pluribus laqueis irretiti. Frequẽtioribus diligentioribus indigent conſiliis. Ideo neceſſe eſt nos circa illos ſtudioſius occupari, ne profundius in peccato mergantur. Nam (vt dictum eſt iam) qui potentem in bono promouet multos iuuat. Sicut econuerſo ipſius ſubuerſio multorum eſt detrimentum.

QVAESTIO VIGESIMAQVARTA.

ITEM quæro. Cum regula dicat quod nil proprium debeatis habere nec in ſpeciali nec in cõmuni & vos habetis domos, hortos, libros, veſtes & alia victui neceſſaria pro tempore quomodo poteſtis tranſgreſſiones huiuſmodi excuſare bona conſcientia. Reſpondeo.

Videmus in ſæculo famulos dominorum panem non ſuum comedere tecto non ſuo contegi & rebus alienis vti vel dominorum ſuorum. Sic & alij ſæpe conceſſis vtuntur tam veſtibus quam aliis rebus de illorum voluntate quorum res ſunt. Sic & nos vtimur rebus neceſſariis pro corpore quas tamen nec in ſpeciali nec in cõmuni nobis appropriamus. Regula enim non dicit nos nihil debere habere ſed nihil nobis appropriare.

Vnde vſum rerum neceſſariarum habere poſſumus non proprietatem alioquin nec veſtem nec cibum nec aliquid aliud in vſum recipere deberemus quod eſſet contra omnem rationabilem intellectum. Præſul enim ſedis apoſtolicæ qui eſt generalis omnium pauperum eccleſiæ prouiſor ſpecialiter noſtri ordinis curam habẽs omnium mobilium quæ ordini conferuntur proprietatem ſibi aſſumpſit exceptis iis quorum dominium ſibi conferentes retinuerunt & nobis vſum earundem rerum ſolum concedit, vt ſemper alieno victu & veſtitu

& tecto & aliis vtenſilibus abſque proprietatis iure ex ipſius conceſſione vtamur. Sicut familia patrifamilias quæ rebus domini ſui vtitur tam in abſentia quam in eius pręſentia corporali ſecũdum ipſius diſpoſitionem. Et eleemoſyna quæ nobis à fidelibus datur tranſit in vſum noſtrum & in illius dominium qui eſt principalis ordinis noſtri diſpenſator cui parati ſumus omnia quæ habemus cum iuſſerit tanquam domino prout conuenit reſignare vt nihil iuxta hoc proprietatis habentes regulam noſtram bona conſcientia obſeruemus,&c.

QVAESTIO VIGESIMAQVINTA.

ITEM quæro. Cũ iterũ regula dicat ꝙ nec ꝑ vos nec ꝑ alios debeatis recipere denarios vel pecuniã videmini per contrarium hoc facere tam petendo pecuniã, quam reponendo quam etiã diſpenſando quia & ſi perſonaliter eam non contrectatis, tamen per alios eam ſeruari & recipi facitis & diſtribui ſicut vultis & tamen inhibetur ſicut per præceptũ vt non habeatis ſuper hoc poteſtatem diſpenſandi neſcio quomodo hanc tranſgreſſionem excuſare poteſtis. Si autem non poſſet hoc præceptum ſeruari,non deberetis vouere & potius eſſet à regula recedendum quam laqueus eſſet vouentibus cum ſeruari non poſſet. Reſpondeo. Multa putantur mala quamdiu non intelliguntur quæ intellecta rationabilia & iuſta videntur ſic in iſta quæſtione apparet regula, prohibet nec per vos nec per interpoſitam perſonam nos recipere pecuniam vt noſtra ſit & nos domini & poſſeſſores pecuniæ ſimus quaſi rei propriæ, ſed concedit quod per amicos ſpirituales qui pro Deo nos ſpiritualiter diligunt.i. caſtè & iuſtè neceſſaria procuremus quæ tali modo vtraque congruè obſeruantur quod ea quæ ſine pecunia non poſſunt procurari aut per ipſos procurentur qui fratribus dant eleemoſynam aut per eorum nũcios vt cum aliquis procurat fratribus librum ſcribi vel veſtem fieri vel domum vel aliud ſuis laboribus & expenſis aut ſi fratres iſta procurant illi

ſoluunt pecuniam illis qui fratribus commodauerunt. Vnde iſta ſunt procuranda vt cum fratres faciunt librũ ſcribi alius ſoluat expenſas per ſe vel per nuncium ſuum: aut ſi aliqui volunt dare fratribus eleemoſynæ pecuniæ poſſunt cõmittere alicui qui nomine ſuo eam ſeruet pro vtilitate tamen fratrum vt vice eorum qui ſibi commiſerunt pecuniam procuret inde fratribus ſecundum quod voluerit ſecundum quod à fratribus inſtruitur per ſe vel per alios qui aptius ea promouẽt quæ ſibi fuerant commiſſa. Et per omnes iſtos non recipiũt pecuniam fratres: ſed illi per ſe pro illis qui ſibi commiſerunt pecuniam conuertunt eam in vtilitatem fratrum vicem illorum gerentes in eo quod ſeruãt & diſtribuũt ipſam pecuniam quæ adhuc illorum eſt qui dederunt etiam ſi neſciunt adhuc ſeruari offerentes autẽ vicẽ fratrum in eo quod eorum vtilitatem promouent de pecunia aliorum non tenet. Fratres enim quandiu pecunia non eſt redacta in rem aliam qua eis vti licet non habent eam pro ſua ſed illius qui depoſuit eã licet ſciẽt eam pro ſua vtilitate ibi repoſitam ſicut cum dominus committit ſeruo ſuo pecuniam ſuam vt mihi inde emat tunicam interim eſt domini ſed empta tunica mea erit. Secundum hanc viam & cautelam fratres & per amicos ſpirituales & quoſlibet procuratores & mediatores procurant neceſſaria nec recipiunt pecuniam per illos procuratores: ſed illi ſeruant illam nomine dantium & vice ipſorum vertũt eam in vtilitatem fratrũ vt dominiũ pecuniæ non tranſeat in proprietatem fratrum. Vnde conditor regulæ magis intendit fratribus præcludere viam auaritiæ in poſſeſſione pecuniæ per quam omnis religio ſuffocatur, quam obſtruere eis opportunitatem neceſſaria procurandi.

Sedes etiam apoſtolica cuius acta toti eccleſiæ diiudicanda exponuntur & veneranda ipſam regulam confirmando non approbaſſet ſi in ea aliquid incongruum & inobſeruabile proſpexiſſet. Ideo vouentibus eam nõ eſt laqueus perplexitatis licet indigeant diligenti cautela ne offendant contra eam qui debent aliqua neceſſaria pro pecunia procurare quo tamen cautela magnũ

eſt

eſt meriti quamuis illi tutius ambulent qui ſe ſubtrahunt à talibus negociis:qui ad ea ex officio non coguntur.

QVÆSTIO XXVI.

ITEM quæro. Cum res malæ acquiſitæ deo ſint odibiles. Eſai. 61. Ego Dominus odio habens rapinam in olocauſtum cur recipitis vel petitis eleemoſinam ab illis qui iniuſta lucra ſectant.

Reſpondeo. Quidam ſunt qui ſolum habent res malè acquiſitas & poſſunt certæ perſonæ inueniri quibus competit recompenſatio vbi tales ſcimus de cætero non debemus ab eis eleemoſinam petere ſiue accipere quia omnia quæ habent ſunt aliorum quibus tenentur reddere vel omnes vel aliquæ quod ſi aliquæ & non omnes tunc vaga reſtitutio de eis danda eſt & in pias cauſas erogandæ. Quidam autem habent iniuſta bona ita quod ſi dant eleemoſinam tamen per hoc non fiunt impotentes quin adhuc habeant vt poſſint reſtituere certis perſonis quibus debent vnde poſſunt eleemoſinam facere de reſiduo. A primis autem non poſſumus eleemoſinam accipere niſi ignorantia vel extrema indigentia vel præſumptio quod creditores velint nos recipere nos excuſet. Vnde quando non conſtat de vero aliquem iniuſta detinere bona non tenemur leuiter credere eum tanti criminis eſſe rerum cum de quolibet teneamur præſumere meliora. Mendicitas noſtræ profeſſionis & quia Deo debita pauperibus chriſti largiēda ſunt excuſat nos in hac parte plenius quam illos qui ex aliis rebus habent vnde valeant ſufficienter ſuſtentari: vbi tamen publica fama clamat aliquem eſſe de primis prædictis: etiam ſi aliter non conſtaret propter ſcandalum non expedit ab eo recipere vel petere eleemoſinam: niſi fortè talibus qui ex profeſſione vel officio habent quod debent raptores: ad reſtitutionem inducere quia vtiliter gerunt in hoc negocium ſpoliatorum. Et dignus eſt tunc fidelis operarius cibo ſuo: cum nemo teneatur ſuis ſtipēdiis militare. Ad hoc autē

vt poſſimus peccatores ad emendationem monẽdo inducere: concedit nobis ſedes apoſtolica etiam in terris excommunicatorum liberè commorari & ab eis tunc eleemoſinam recipere maximè ſi aliũde non poſſemus ſuſtentari: Si enim boni de medio malorum tollerentur quis eſſet qui malos ad bonum verbo & exemplo moueret &c.

QVÆSTIO XXVII.

ITEM quæro. Quæ ratio eſt quod clerici magis oderunt nos & perſequuntur quam laïci & ſimplices ſacerdotes. Reſpondeo. Sicut non omnes laïci diligunt nos ſic nec omnes clerici odiunt nos. Si qui autem videntur nos odire hoc quinque de cauſis poteſt eſſe. Vna quod timent nos quod ipſorum facta & exceſſus vel defectus plenius agnoſcamus & ſeuerius arguamus: quo clariùs videmus quales eſſe deberent & non ſunt per quos eccleſia gubernatur. Secunda quod inuident nobis quod ſumus hominibus gratiores & ipſi comparati nobis appareant in vita vel ſcientia viliores vel etiam indoctiores in doctrina. Tertia quod dolent ſi per confeſſiones ſecreta eorum ab aliis qui conſocij fuerint percipimus dum timent per illa magis vileſcere vel fortè perſonas illas noſtro conſilio ab eis auerti & ad meliora conuerti. Quarta quod timent ſibi aliqua per nos emolumenta ſubtrahi dum eleemoſinas quæ dantur nobis arbitrantur ſibi fore danda ſi nos non eſſemus. Et hæc videtur potior eſſe cauſa pluribus qui nos odiũt ſed ſi plus inhibeat lucris pecuniarum à ſuis ſubditis quam fructui animarum. Poteſt etiam quinta cauſa eſſe quam diuina iuſticia illos qui quanto amplius cognouerunt & ſpreuerunt ex quibus maiora beneficia contulit & ingrati fuerunt & grauiùs cæteris offenderunt & frequentiùs eum indignè contrectent & percipiunt tãtò magis indurat & profundiùs cadere promittit vnde non ſolum ipſi ſint mali in ſe: ſed etiam alios ſecũ malos eſſe deſiderent & bonos odiant, & quos imitari nolunt optent non eſſe & perſequentur eos quos ſibi diſ-

ſimiles eſſe dolent Salomon. Grauis eſt nobis ad videndum. Et tunc ibidem plures de prædictis tanguntur, Laïci verò quia de prædictis cauſis minus habent, ideò minus nos odiunt immò etiam diligunt qui ſentiunt nos ſalutem ſuam diligere & ſperant per nos eam fideliter apud Deum promouendam ore meritis & doctrinis. Clerici etiam qui ſanè ſapiunt eadem ratione nos fouent & digunt quaſi filios ſuos & vacatores & cooperatores tàm ſuæ ſalutis quam ſuæ ſollicitudinis ſibi commiſſæ in ſuis ſubditis neceſſarios adiutores & oneris ſibi ĩpoſiti fideles ſubleuatores. Et de iſtis ſatis.

Expliciunt determinationes quarundam quæſtionum ſuper regulam beati Franciſci à Sancto Bonauẽtura Cardinali editæ.

BVLLA S. D. N. D. GREGORII PAPAE XIII.

Lecta in die Cenæ Domini. Anno M. D. LXXIII.

Accedit & eiuſdem Gregorij authoritate Reductio Literarum & conſtitutionum fœl. rec. Pij Papæ V. pro mendicantibus, & aliis regularibus contra locorum Ordinarios, & terminos iuris communis, & Decretorum Concilij Tridentini.

IN NOMINE SANCTÆ, ET INDIVIDVAE TRINITATIS, Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.

Initium trãſumpti Bulle

NOVERINT *Vniuerſi hoc præſens publicum tranſumptum inſpecturi, quòd nos Alexander Riarius Patriarcha Alexandrinus, Curiæ Cauſarum Cameræ Apoſt. Auditor, Romanæque Curiæ Iudex órdinarius, Sententiarúmque & Cenſurarum in eadem Ro. Cu. & extra eam latarum, ac quarumcunque literarum Apoſtolicarum vniuerſalis executor ab eodem S. D. N. Papa deputatus, vidimus, & diligenter inſpeximus literas Apoſtolicas S. D. N. Gregorij diuina prouidentia Papæ xiij. hodie, qui fuit dies Iouis Sancti, & Cenæ Domini, & ſolenniter more ſolito lectas & publicatas, eiuſque vera Bulla plumbea cum cordula rubei croceique colorum more Ro. Cu pendente Bullatas, & omni ſuſpicione carentes ſubſequentis tenoris.*

GREGORIVS EPISCOPVS
SERVVS SERVORVM DEI
ad futuram rei memoriam.

CONSVEVERVNT Romani Pōtifices prædeceſſores noſtri, ad retinendam puritatem religionis Chriſtianæ, & ipſius vnitatem quæ in coniunctione membrorum ad vnum caput, Chriſtū videlicet, eiúſque Vicarium, principaliter conſiſtit & ſanctam fidelium ſocietatē ab offenſione ſeruandam, arma iuſtitiæ per miniſteriū Apoſtolatus in præſenti celebritate exercere. *Proœmiū Bullæ.*

Nos igitur vetuſtam, & ſolemnem hunc morem ſequentes, excōmunicamus, & anathematizamus ex parte Dei omnipotentis, Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, authoritate quoque beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, ac noſtra quoſcunque Vſitas, Vicleuitas, Lutheranos Zuuinglianos, Caluiniſtas, Vgonotos, Anabaptiſtas, Trinitarios, ac omnes, & ſingulos alios Hæreticos, quocunque nomine nuncupentur, & cuiuſcunque ſectæ exiſtant credentes, receptatores, & fautores, & generaliter quoſlibet defenſores, ac eorundem libros ſine authoritate noſtra & ſedis Apoſtolicæ, ſcienter quomodolibet legentes, aut tenentes, imprimentes, ſeu quomodolibet defendentes ex quauis cauſa publicè, vel occultè, quouis ingenio, vel colore: necnon Schiſmaticos, & eos qui in animarum ſuarū periculū ſe à noſtra, & Rom. Pont. pro tempore exiſtentis obedientia, pertinaciter ſubtrahere, ſeu quomodolibet recedere præſumunt. *In Hæreticos & fautores eorum & recedentes ab Apoſt. ſedis obedientia.*

ITEM excommunicamus, & anathematizamus omnes, & ſingulas perſonas cuiuſcunque ſtatus, gradus ſeu conditionis fuerint, & interdicimus, vniuerſitates, Collegia, & Capitula, quocunque nomine nuncupentur, ab ordinationibus, ſententiis, ſeu mandatis noſtris, ac *In appellantes à Papa ad futurū Cōcilium.*

Rom.Pont.pro tempore exiſtentium,ad vniuerſale futurum Concilium appellantes,vel ad id conſilium, auxilium,vel fauorem dantes.

In Piratas & fautores eorũ & in rapientes bona naufragantium. ITEM excõmunicamus, & anathematizamus omnes Piratas,Latrunculos maritimos, & illos præcipuè, qui mare noſtrum à Monte argentario vſque ad Terracinam diſcurrere,& nauigantes in illo deprædari, mutilare interficere, ac rebus & bonis ſuis ſpoliare præſumunt, ac omnes receptatores eorundem, & eis auxilium ſcienter dantes,vel fauorem. Ac omnes,& ſingulos,qui Chriſtianorum quorũcunque,nauibus tẽpeſtate in tranſuerſum (vt dici ſolet) iactatis,aut etiam ſubmerſis, & naufragium paſſis, ſiue in ipſis nauibus ſiue ex eis dilapſa,& in mari, vel littore inuenta, cuiuſcunque generis bona, tam in noſtris Tyrrheni, & Adriatici,quam in quibuſcunque aliis cuiuſcunque maris regionibus, & littoribus rapuerint, aut ſcienter ipſi ſibi acceperint, aut ab aliis rapta, ſeu accepta ſimiliter ſcienter receperint: nec ob quodcunque priuilegium, conſuetudinem, aut longiſſimi etiam immemorabilis tẽporis poſſeſſionem,ſeu alium quemcunque prætextum excuſari poſſint.

In imponẽtes noua pedagia. ITEM excommunicamus, & anathematizamus omnes qui in terris ſuis noua pedagia,ſeu gabellas ad id poteſtatem non habentes imponunt, vel prohibita exigunt.

In falſificatores literarum,& ſupplicationum Apoſtolicarum ITEM excommunicamus, & anathematizamus omnes falſarios Bullarum, ſeu literarum Apoſtolicarum, & ſupplicationum gratiam, vel iuſtitiam concernentium, per Romanum Pontifi. vel S. R. E. Vicecancellarium, ſeu gerentes vices eorum,de mandato eiuſdem Roma.Pontifi.ſignatarum, aut ſub nomine eiuſdem Roman. Pontifi. ſeu Vicecancellarij, aut gerentium vices prædictorum ſignantes ſupplicationes eaſdem, extendentes capitulum, Ad falſariorum,cum omnibus pœnis in eo contentis,ad falſificantes,ſeu mutantes ſupplicationes per nos, ſeu de mandato noſtro ſignatas & datatas ſine noſtra, aut Datarij noſtri licentia.

ITEM excommunicamus, & anathemati-

zamus omnes illos qui Equos , Arma , Ferrum, Filum ferri , Stannum , Chalybem , omniáque alia metallorum genera , atque bellica inſtrumenta, lignamina , canabem , funes tam ex ipſo canape, quam ex quacunque alia materia , & ipſam materiam aliáſque prohibita deferunt Saracenis , Turcis, & aliis Chriſti nominis inimicis , quibus Chriſtianos impugnant : Necnon illos qui per ſe vel alium ſeu alios de rebus Chriſtianæ Reipubli. ſtatum concernentibus , in Chriſtianorum perniciem , & damnum ipſos Turcas , & Chriſtianæ Religionis inimicos certiores faciunt , illíſque conſilium , auxilium vel fauorem quomodolibet præſtant : Ac qui fœderis , necnon eius ſacri belli contra ipſos Turcas initi proſecutionem directè vel indirectè , ſecretè vel publicè impedire, vel perturbare præſumunt : Non obſt. quibuſcunque priuilegiis , & cōceſſionibus quibuſcunque Principibus & Dominis, ſiue priuatis perſonis, per nos & ſedē prædictā hactenus forſan cōceſſis, quæ illis nolumus in aliquo ſuffragari.

In deferētes prohibita infideli bus, eóſque certiores faciunt de rebus concernētibus ſtatū reip. chriſtianæ, ac perturbant proſecutionem fœderis & belli cōtra Turcas.

ITEM excommunicamus, & anathematizamus omnes impedientes , ſeu inuadentes victualia, ſeu alia ad vſum Romanæ Curiæ neceſſaria adducentes, vel qui ne ad Romanam Curiam adducantur, vel deferantur , impediunt, ſeu perturbant, vel qui talia fieri faciunt , vel defendunt , cuiuſcunque fuerint ordinis , præeminentiæ, conditionis & ſtatus , etiam ſi Pontificali, vel Regali, Reginali, aut alia quauis eccleſiaſtica, vel mundana prǣfulgeant dignitate.

In impedientes eos qui victualia ad vrbem deferunt.

ITEM excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui ad ſedem Apoſtolicam venientes & recedentes ab eadem, necnon omnes illos, qui iuriſdictionem ordinariā vel delegatā nō habētes in eadē Curia morātes temeritate ꝓpria capiūt, ſpoliāt, detinēt, aut ex propoſito deliberato verberare, mutilare, vel interficere prǣſumunt, vel qui talia fieri mandant.

In eos qui venientes Romā vel ibi cōmorantes offendunt.

ITEM excommunicamus , & anathematizamus omnes mutilantes, vulnerantes, & interficientes, capientes, detinentes , ſeu depredantes Romipetas ſeu Peregri-

In eos qui peregrinos ad vrbem venientes offendunt

nos ad Vrbem cauſa deuotionis,ſeu peregrinationis accedentes,& in ea morantes, vel recedentes ab ipſa,& illis dantes auxilium,concilium vel fauorem.

In eos qui manus iniiciunt in S. R. E. Car. vel prælatos, ſeu nűcios.

ITEM excommunicamus,& anathematizamus omnes mutilantes,verberantes,vulnerantes,interficiantes, capientes,incarcerantes,& detinentes S.R.E. Cardinales,extendentes C.Fœlicis, cum omnibus penis in eo contentis ad Patriarchas, Archiepiſcopos,& Epiſcopos, Sedíſque Apoſtolicæ Legatos, vel Nűcios,aut præfatos Legatos & Nuncios ex ſuis terris,ſeu dominiis, aut Patriarchas, Archiepiſcopos,& Epiſcopos,à ſuis diœceſibus eiicientes,eáque mandantes:ſeu concilium vel auxilium præſtantes.

In eos qui cauſarű in curia pendentiű curſum,& literarum Apoſtolicarum executionem impediűt, & perſonas eaſdē cauſas proſequentes offendunt.

ITEM excommunicamus,& anathematizamus omnes illos, qui per ſe vel alium ſeu alios quaſcunque perſonas Eccleſiaſticas, vel ſeculares ad dictam Curiam ſuper eorum cauſis & negotiis recurrentes, illáſque in eadem Curia proſequentes , aut procurantes , negotiorúmque geſtores , Aduocatos , Procuratores ipſorum, ſeu etiam Auditores, vel Iudices, ſuperdictis cauſis, vel negotiis deputatos occaſione cauſarum vel negotiorum huiuſmodi verberant , mutilant , vel occidunt, ſeu bonis ſpoliant, vel qui per ſe vel alium ſeu alios directè vel indirectè prędicta exequi vel procurare, aut in eiſdem conſilium auxilium vel fauorem præſtare nõ verentur, cuiuſcunque præeminentiæ & dignitatis fuerint. Ac illos, qui aliquas literas Apoſtolicas,& in forma Breuis tam gratiam, quam iuſtitiam concernentes, ac etiam citationes, inhibitiones, ſequeſtra, monitoria , vel res iudicatas, decreta, proceſſus, & executoriales, aliáque decreta, quæcunque à nobis, ſede Apoſtolica , Legatis, Nunciis, Præſidentibus, Cameræ Apoſtolicæ Auditoribus,& Commiſſariis, aliíſque iudicibus,& delegatis Apoſtolicis emanata, aut pro tempore emanatura, ſimpliciter, vel ſine eorum beneplacito, conſenſu, vel examine & forſan certo pretio ſoluto , executioni demandare inhibent vel impediunt , quíve impediri vel inhiberi procurant: ac Notarios, Executores , vel Subexecutores literarum, citationum, monitoriorű,& omnium prædictorum capiunt, incarcerant,& detinent vel capi incar-

cerari & detineri faciũt:Néve Tabelliones, & Notarij ſup hmõi literarũ,& ꝓceſſuũ executione inſtrumenta, vel acta cõficere,aut cõfecta parti, cuius intereſt tradere debeant:quíue etiã ſub quibuſvis pœnis, quibuſcũq; perſonis in genere vel in ſpecie,ne ꝓ qbuſuis eorũ negotiis ꝓſequẽdis,ſeu gratiis vel literis impetrandis adRomanãCuriã accedãt,aut recurſum habeãt,ſeu gratias ipſas vel literas à dicta ſede impetrẽt ſeu impetratis vtantur,directè,vel indirectè prohibere,ſtatuere,ſeu mãdare,vel eas apud ſe,aut aliã quamcunque perſonam etiã Notarium,vel Tabellionem retinere præſumunt.

In officiales, & prælatos, qui ſpirituales cauſas à iudicibus apoſtolicis auocãt,& executionẽ literarum & mandatorũ Apoſtolorũ impediunt.

ITEM excõmunicamus,& anathematizamus oẽs,& ſingulos Cãcellarios,Vicecancellarios, & Conſiliarios ordinarios, & extraordinarios quorũcunque Regum, & Principum,ac præſidẽtes Cãcellariarũ, Conſiliorum, & parlamentorum:necnon procuratores generales eorundẽ vel aliorum Principũ ſæculariũ etiã ſi imperiali, Regali, Ducali,vel alia quacunq; præfulgeãt dignitate, quocunq; noĩe nuncupẽtur:alióſq; Iudices tã ordinarios quã delegatos:necnõ Archiepiſcopos,Epiſcopos, Abbates, Cõmẽdatarios,Vicarios,& officiales,qui per ſe, vel aliũ,ſeu alios quaruncunq; exẽptionũ,vel aliarum gratiarũ & literarum Apoſtolicarũ prætextu beneficiales, & decimarum ac alias ſpirituales,& ſpiritualibus annexas cauſas ab auditoribus,& Cõmiſſariis noſtris aliíſq; iudicibus eccleſiaſticis auocãt,illarúm ve curſum,audiẽtiã,ac perſonas,capitula, cõuẽtus, collegia cauſas ipſas exequi volẽtes authoritate laicali impediũt, & ſe de illarũ cognitione tãquam iudices intromittere, ac partes actrices,q̃ illas cõmitti fecerunt,& faciunt ad reuocandũ,& reuocari faciẽdũ citationes,vel inhibitiones, aut alias literas in eis decretas,& ad faciẽdũ eos,cõtra quos tales inhibitiones emanarũt,à cẽſuris,&penis in illis cõtẽtis abſolui ordinãt, & cõpellunt,vel alias executionẽ literarũ Apoſtolicarũ,vel executorialiũ, ꝓceſſuũ,ac decretorũ prædictorũ,etiã ſub prætextu violẽtiæ prohibẽdæ,vel ꝙ ad nos informãdos, vt ipſi aiunt, ſupplicauerint,aut ſupplicari fecerĩt, niſi ipſi ſupplicationes hmõi corã nobis, & ſede Apoſtolica legitimè proſequantur,

quomodolibet impediunt, vel ſuum ad id fauorem, conſilium, aut aſſenſum præſtant.

In eos qui perſonas Eccleſiaſticas ad eorum tribunal trahũt & qui ſtatuta cõtra libertatem eccleſiæ faciunt.

QVIVS ex eorum officio, vel ad inſtantiam quorumcũque perſonas Eccleſiaſticas, Capitula, Cõuentus, Collegia Eccleſiarum quarumcunque coram ſe ad eorũ tribunal, audientiam, Cancellarium Conſilium, vel parlamentum præter iuris canonici diſpoſitionem trahunt, vel trahi faciunt, vel procurant directè, vel indirectè, quouis quæſito colore. Necnõ qui ſtatuta, ordinationes, Conſtitutiones, Pragmaticas, ſeu quæuis alia decreta in genere, vel in ſpecie, ex quauis cauſa, & quouis quæſito colore, etiã ſub prætextu literaũ Apoſtolicarum in vſu non receptarum ſeu reuocatarum, vel cuiuſuis conſuetudinis aut priuilegiis vel alias quomodolibet facient, ordinabunt, & publicabunt, vel factis & ordinatis vtentur, per quas, & quæ libertas eccleſiaſtica tollitur, ſeu in aliquo læditur, vel deprimitur, aut alias quouiſmodo reſtringitur, ſeu noſtris, & dictæ ſedis iuribus quomodolibet tacite, vel expreſſe præiudicatur.

In impedientes iudicum eccleſiaſticorum iuriſdictionem.

NECNON qui Archiepiſcopos, Epiſcopos, alioſque ſuperiores, vel inferiores Prælatos, & omnes alios quoſcunque Iudices Eccleſiaſticos ordinarios quomodolibet impediunt, quo minus ſua iuriſdictione eccleſiaſtica contra quoſcunque vtantur, ſecundum quod Canones & ſacræ cõſtitutiones eccleſiaſticæ, & decreta Conciliorum generalium, & præſertim Tridentini, ſtatuunt.

In eos qui iuriſdictionẽ & fructus eccleſiaſticos vſurpant, et decimas, aut taleas quaſcũque perſonis Eccleſiaſticis imponunt, aut exigũt ac aſſenſum auxiliũ, vel conſilium præſtant.

QVIVS iuriſdictiones, ſeu fructus redditus, & prouentus, ad nos & ſedem Apoſtolicam & quaſcunque eccleſiaſticas perſonas ratione eccleſiarum monaſteriarum, & aliorum beneficiorum eccleſiaſticorum per eos obtentorum pertinentes vſurpant, ſeu quauis occaſione, vel cauſa, ſine Rom. Pont. expreſſa licentia ſequeſtrant, aut collectas, decimas, taleas, præſtantias, & alia onera clericis, prælatis, & aliis perſonis eccleſiaſticis, ac eorum & Eccleſiarum, Monaſteriorum & aliorũ beneficiorũ eccleſiaſticorũ bonis, illorũq; fructib⁹, redditibus & ꝓuẽtib⁹ hmõi abſq; ſimili R. Põt. ſpeciali, & expꝛ̃ſſa licẽtia imponunt, & diuerſis etiã exquiſi-

tis modis exigunt, aut à ſpõte etiã dãtibus & cõcedẽtibus recipiunt,necnõ qui ꝑ ſe,vel aliũ,ſeu alios,directè, vel indirectè prædicta facere exequi,vel ꝓcurare,aut in eiſdẽ auxiliũ,cõſiliũ,vel fauorẽ, aut votũ,ſeu ſuffragiũ palã,vel occultè præſtare non verẽtur, cuiuſcunque ſint præeminẽtiæ,dignitatis,ordinis,conditionis, aut ſtatus etiã ſi Imperiali,aut Regali præfulgeant dignitate, ſeu Principes,Duces,Comites,Barones,Reſpu. & alij potẽtatus quicunq; etiã Regnis,Prouinciis, Ciuitatibus, & terris quoquo modo præſidẽtes fuerint, aut quauis etiã Põtificali dignitate præfulgeãt:Innouantéſque decreta ſuper his tam per ſacros canones, & cõcilia generalia, quam etiam in Lateranẽ. Concilio nouiſſime celebrato edita, etiam cum interdicto eccleſiaſtico, & aliis cenſuris,& penis in eo contentis.

ITEM excõicamus,& anathematizamus oẽs,& quoſcunq; Magiſtratus,Senatores,Præſidẽtes, Auditores,& oẽs alios quoſcunq; Iudices quocunq; noĩe vocentur,ac Cãcellarios,Vicecãcellarios,Notarios, ſcribas ac quoſcunque executores & ſubexecutores, omneſque alios quoquomodo ſe intromittẽtes in cauſis capitalibus ſeu criminalibus,contra perſonas eccleſiaſticas illas capiẽdo,proceſſando,ſeu ſententias contra illas proferendo, vel exequẽdo,etiã ꝑtextu quorũcunq; priuilegiorũ à ſede Apoſtolica cõceſſorũ, quibuſcunq; Regibus, Ducibus,Principibus,Rebuſpu.Monarchis, Ciuitatibus, & aliis quibuſcunq; potẽtatibus quocũq; noĩe cẽſeãtur,cõceſſis,nõ obſtãtibus,quæ nolumus illis in aliquo ſuffragari:reuocãtes ex nũc,quatenus opus ſit prædicta priuilegia per quoſcũq; Ro. Pont.prædeceſſores noſtros, & ſedẽ Apoſtolicã ſub quibuſcunq; tenoribus,&formis,ac quouis prætextu,vel cauſa cõceſſa,illa irrita,& nulla,ac nullius roboris,vel momenti fore & eſſe decernentes.

In Laicos ſe intromittentes in cauſis capitalibus ſeu criminalibus contra perſonas eccleſiaſticas

ITEM excõicamus,& anathematizamus omnes illos, qui per ſe vel alium,ſeu alios,directè,vel indirectè,ſub quocunque titulo, vel colore, de facto occupant, detinent, vel hoſtiliter deſtruunt,vel inuadunt, aut occupare, detinere, vel deſtruere, aut inuadere hoſtiliter præſumunt in totum vel in partẽ Almam Vrbẽ,Regnũ

In eos,qui terras, ſeu iura Eccleſiaſt. Ro. occupant, vel inuadunt.

In rapto res bonorũ palatij Apoſtolici.

Siciliæ, inſulas Sardiniæ,& Corſicæ,Terras citra Pharum,Patrimoniũ B.Petri in Tuſcia, Ducatũ Spoletanũ, Comitatũ Venayſinũ, Sabinẽſem,Marchiæ Anconitanæ,Maſſæ,Trebariæ,Romãdiolæ,Cãpaniæ, & maritimas Prouĩcias,illarũmq; terras,&loca,ac terras ſpecialis cõmiſſionis Arnulphorũ,Ciuitatéſq; noſtras Bononiã,Ceſenã,Ariminũ,Beneuẽtũ, Peruſium,Auinionem, Ciuitatẽ Caſtelli,Tudertum,& alias Ciuitates, Terras, & loca,vel iura ad ipſam Ro.Eccle.ſpectãtia & pertinẽtia,dictæque Ro.Eccl.mediatè,vel immediatè ſubiecta ac ſupremã iuriſdictionẽ in illis nobis,& eidẽ. Ro. Eccle.cõpetentẽ de facto vſurpare,perturbare,retinere, & vexare variis modis præſumunt: Necnon adherẽtes,fautores,& defenſores eorum,ſeu illis auxilium, cõſilium, vel fauorẽ quomodolibet pręſtãtes:Necnon oẽs,& ſingulos ſuppellectiliũ,librorũ,& ſcripturarũ,& aliorũ bonorũ Cameræ & Palatij apoſtolici ex eodẽ Palatio ablatorũ infirmitatis Ro.Põt.ac ſedis Apoſtolicæ vacationis tẽpore raptores,& illorũ detẽtores,ac quoſcunq; alios,ad quorũ manus bona prædicta quocunque titulo,& ex quauis cauſa ſcienter peruenerint.

Quod nulla ſolennis Pont. abſolutio comprehendit ſupradictos, nec eos qui ſtatuta prefata, libertatem Eccleſie ledẽtia, condunt.

DECLARANTES nihilominus,ac ꝑſtãtes(prout tenore p̃ſentiũ declaramus,& expreſsè ꝑteſtamur)quãcũq; abſolutionẽ etiã ſolẽniter ꝑ nos faciẽdã,p̃dictos excõicatos ſub præſentibus cõprehẽſos,niſi pri⁹ à præmiſſis, cum vero propoſito vlterius ſimilia nõ cõmittendi deſtiterunt, Ac quo ad eos,qui cõtra libertatẽ, vt præmittitur,ſtatuta fecerint,niſi prius ſtatuta,ordinationes cõſtitutiones pragmaticas,& decreta hmõi publicè reuocauerint,& ex Archiuiis, ſeu Capitularibus locis,aut libris in quibus annotata reperiuntur,deleri, & caſſari, ac nos de reuocatione hmõi certiores fecerint,eos non cõprehendere nec eis aliter ſuffragaturã fore ac in præmiſſis oĩbus & ſingulis ac aliis q̃buſcunq; iuribus ſedis Apoſtolicæ,ad S.R.E.vndecũq;,& quomodocunq; quęſitis,vel quærẽdis ꝑ quoſcunq; actus cõtrarios,vel quomodolibet præiudicantes,tacitos,vel expreſſos,à nobis vel ſede Apoſtolica quomodolibet factos, aut faciẽdos autẽ quicunq; tẽporis curſum,ſeu patientiam, vel tole-

rantiam noſtram nullatenus præiudicari debere, aut quomodolibet poſſe.

NON obſtantibus quibuſcunque priuilegiis, indulgentiis, & literis Apoſtolicis generalibus, vel ſpecialib⁹, eis vel eoru alicui, vel aliquibus cuiuſcunq; ordinis, ſtatus vel conditionis, dignitatis, præeminẽtiæ fuerint, etiã ſi, vt præmittitur, Põtificali, Imperiali, Regali, Reginali, ſeu quauis eccleſiaſtica, & mundana præfulgeant dignitate, vel eorũ Regnis, Prouinciis, Ciuitatibus, ſeu locis, à prædicta Sede ſub quauis forma, vel tenore, aut ex quauis cauſa etiã ſub prætextu, ꝙ per viã contractus, aut remunerationis, & cũ quibuſcunq; clauſulis etiã derogatoriatã derogatoriis cõceſſis etiã ꝙ excõmunicari, anathematizari vel interdici nõ poſſint per literas Apoſtolicas, nõ faciẽtes plenã & expreſſam, ac de verbo ad verbũ, de indulto hmõi, ac ordinibus, locis, nominibus propriis, cognominibus, & dignitatibus eorũ mẽtionẽ: Necnõ cõſuetudinibus etiã immemorabilibus, ac præſcriptionibus quãtũcunq; longiſſimis, & aliis qbuſlibet obſeruãtiis ſcriptis, vel nõ ſcriptis, cæteriſque contrariis quibuſcũq;, ꝑ quæ cõtra noſtros ꝓceſſus hmõi, ac ſentẽtias quo minus includantur in eis, ſe iuuare valeant, vel tueri, & quę quo ad hoc eorum omnium, & ſingulorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum penitus omiſſo inſererẽtur præſentibus pro expreſſis habentes, penitus tollimus, & oĩno reuocamus, & à quibus quidẽ ſententiis nullus per alium, quã ꝑ Ro. Põt. niſi in mortis articulo cõſtitutus abſolui poſſit, nec' etiã tũc, niſi de ſtado S.R.E. mãdato, vel ſatisfaciẽdo ſufficienti cautione præſtita, etiã prętextu Cõfeſſionalium, ſeu quarumuis facultatũ verbo, literis, aut quauis alia ſcriptura, etiã in qua ſola ſignatura ſufficeret conceſſum, & quæuis derogatoriarum derogatoriæ fortiores, & efficaciores, & inſolitæ clauſulę apparerent, quibuſuis perſonis cuiuſcunq; præeminentiæ dignitatis, cõditionis, vel ſtatus, etiã ſi Põtificali Regali, Reginali, vel quauis alia præfulgeant dignitate, religioſis, & ſecularibus vtriuſque ſexus, Capitulis, Collegiis, Conuentibus, ordinibus, etiã mendicãtium, & militiarum hoſpitalibus confrariis, & vniuerſi-

Quod priuilegia, cõſuetudines etiam immemorabiles, indulgentiæ, ac cõfeſſionalia nõ ſuffragantur contra premiſſa.

tatibus, ac aliis quibuſlibet congregationibus ac piis locis conceſſarum à nobis, vel à prædicta Sede, ſeu à cuiuſuis Cōſilij generalis Canonibus vel decretis, & quas cōcedi contingeret quomodolibet in futurum.

In abſoluētes tranſgreſſores.

ILLOS autē, qui contra tenorē præſentium talibus, vel eorum alicui, ſeu aliquibus abſolutionis beneficium impēdere de facto præſumpſerint, excōicationis, & anathematizationis ſententia innodamus, eiſque prædicationis, lectionis, adminiſtrationis Sacramentorū, & audiendi confeſſiones officia interdicimus, denunciantes eiſdē & declarantes apertè, nos grauiùs contra eos ſpiritualiter, & tēporaliter (ꝓut expedire cognouerimus) proceſſuros. Et nihilominus, quicquid egerint abſoluēdo, vel alias, nullius ſit roboris, vel momenti.

Ordinarij, Curati, ac Cōfeſſores debent penes ſe habere trāſumptum preſentiū, & diligenter legere.

PRAECIPIMVS autē, & mādamus in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub pena indignationis omnipotentis Dei, ac beatorū Apoſt. Petri & Pauli, & noſtræ vniuerſis, & ſingulis Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, cæteriſque locorū ordinariis, necnō quibuſuis aliis præſbyteris ſæcularibus, ſeu quorūuis ordinū Regularibus ad audiendam confeſſionem quauis auctoritate expoſitis, ſiue deputatis, ne de huiuſmodi reſeruatione ꝑtendere valeant ignorantiā, vt tranſumptum harū literarum apoſtolicarū penes ſe habere, eaſque legere diligenter & attente ſtudeant.

Quod bulla publicetur in Valuis Princ. Apoſt. & S. Io. Latera. de vrbe, & vigeat quouſque alius proceſſus factus fuerit.

VT autem huiuſmodi noſtri proceſſus ad cōmunem omnium notitiam deducantur, chartas, ſeu membranas proceſſus continētes eoſdem in Valuis Baſilicarū Principis Apoſtolorum, & S. Ioānis Lateranen. de Vrbe affigi, ſeu appendi faciemus, quæ proceſſus ipſos quaſi ſonoro præconio, & patulo indicio publicabūt, vt ij quos proceſſus huiuſmodi contingunt, quod ad ipſos nō peruenerint, aut quod ipſos ignorauerint, nullā poſſint excuſationē prætēdere, ſeu ignorantiā allegare, cum non ſit veriſimile quod ipſum remaneat incognitū, ꝙ tā patenter omnibus publicatur. Volentes inſuper ac mentis noſtræ eſſe declarantes, proceſſus prædictos, ac oīa & ſingula præſentibus contēta, quouſq; alius proceſſus hmōi per nos, aut Ro. Pōt. ꝓ tpe exiſtētē fact⁹, aut pu-

blicatus fuerit, valida omnino, ac efficacia eſſe, ſuóſque plenarios, ac debitos effectus ſortiri debere.

VERVM vt præſentes literæ, ac omnia, & ſingula in eis contenta eo fiant notoria, quo in pleriſque ciuitatibus, & locis fuerint publicata, venerabilibus fratribus noſtris Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & locorum Ordinariis, & Parrochialium Eccleſiarũ Rectoribus vbilibet cõſtitutis per hæc ſcripta committimus, & in virtute ſanctæ obedientiæ diſtrictè præcipiendo mandamus quatenus per ſe vel alium ſeu alios præſentes literas (poſtquam eas receperint ſeu earum habuerint notitiam) ſaltem ſemel in anno, aut pluries, prout expedire viderint, in Eccleſiis ſuis, dum maior in eis populi multitudo ad diuina conuenerit, ſolenniter publicent, & ad Chriſti fidelium mentes reducant nuncient, & declarent.

Quod bulla publicetur per locorum ordinarios ſaltem ſemel in anno.

DECERNENTES earũdem præſentium tranſumptis, etiam impreſſis manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius Iudicis ordinarij Romanę Curię munitis, eandem prorſus fidem in iudicio, & extra vbilibet adhibendam fore, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Quod fides adhibeatur trãſumptis.

NVLLI ergo oĩno hominũ liceat hãc paginã noſtræ excommunicationis, anathematizationis, extenſionis, tollitionis, reuocationis, innodationis, interdicti, innouationis, proteſtationis, denunciationis, declarationis, commiſſionis, præcepti, mandati, voluntatis, & decreti infringere, vel ei auſu temerario cõtraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorũ eius ſe nouerit incurſurum.

Datum Romæ, apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſecundo. Quartodecimo I. Aprilis. Pontificatus noſtri, anno primo.

M. Datarius.

Ceſ. Glorierius.

A. de Alexiis.

REGISTRATA APVD CÆSAREM Secretarium.

publicatio Bulle. *ANNO à natiuitate Domini Milleſim Quingenteſimo ſeptnageſimo tertio indictione prima, die verò decimanona menſis Martij Pontificatus ſanctiſſ. in Chriſto Patris & D. N. D. Gregorij diuina prouidentia Pape xiij anno primo retroſcripte litere Apoſtolice affixe, & publicate fuerunt in valuis baſilicarum Principis Apoſtolorum, & S. Ioannis Lateranen. de Vrbe, & ibidem per ſpacium temporis dimiſſe per nos Ioan. de Soya & Petrum Aloyſium Gaitam, eiuſdem ſanctiſſ. D. N. Curſ. Marc. Ant. Brutus Mag. Curſ.*

Cõtinuatio tranſumpti. *QVibus quidẽ literis diligenter inſpectis, illas ad requiſitionẽ, & inſtantiã Magnifici D. Io. Felicis Saluatorij S. N. D. Pape, & Camere Apoſtolice Procuratoris Fiſcalis per D Fabritium Galletum Notarium publicum infra ſcriptum tranſumi, & exemplari, ac in hanc publicam tranſumpti formam redigi mãdauimus. Decernentes, & volentes, vt huic preſenti tranſumpto, iuxta earundem literarum, & decreti in eis appoſiti formam continentiam, & tenorem de cetero plena, & indubia fides adhibeatur vbique locorum, ac ſi ipſe litere originales exhibite, vel oſtẽſe, forẽt. Quibus omnibus, & ſingulis authoritatem noſtram ordinariam, ac* *Decretũ.* *decretum interpoſuimus, & interponimus per preſentes. In quorũ fidem preſentes literas, atque preſens publicum tranſumpti inſtrumentum exinde fieri, & per impreſſores Camerales imprimi, ac per eũdem Dominum Fabritium Galettum Notarium noſtrum, & Curie noſtre coram nobis ſcribam infraſcriptum ſubſcribi, & publicari mandauimus, noſtríque ſoliti ſigilli impreſſione muniri iuſſimus. & fecimus.*

Data. *Datum Rome in edibus noſtre ſolite reſidentie ſub anno à Natiuitate Domini 1573. Indictione prima. die vero 19. Martij Pontificatus ſanctiſſ in Chriſto patris, & D. N. D. Gregorij di-* *Teſtes.* *uina prouidentia Pape xiij anno primo preſentibus ibidem D. Iacobo Gerardo, & Antonio Guidotto dicte curie noſtre notariis & coram nobis ſcribis teſtibus ad premiſſa omnia & ſingula vocatis & rogatis.*

OMNIVM · PRIVILEGIORVM FRATRVM MINORVM DE OBSERVANTIA,

Quos vocant, monialiúmque ſanctæ Claræ necnon de pœnitentia nuncupatorum ordinibus, per ſummos Pontifices conceſſorum, confirmatio per S. D. N. Gregorium huius nominis XIII. nouiter facta fœliciter incipit.

GREGORIVS PAPA XIII.
ad perpetuam rei memoriam.

EX benigna Sedis Apoſtolicæ prouiſione prouenire dignum eſt, vt perſonæ Dei deuotæ ſub regulari caſtimonia Domino militantes pia deuotione proficiant, vnde Romanus Pōtifex quandoque per prædeceſſores ſuos pro religionis conſeruatione, & augmento, ac perſonarum earundem quiete, & commodo conceſſa approbat, & innouat, ac approbata & innouata apoſtolica auctoritate communit. Sanè pro parte dilecti filij Chriſtophori de capite fontium moderni Generalis Miniſtri ordinis fratrum minorum de obſeruantia nobis nuper expoſitum fuit, quod cum inter operarios, qui ad excollendam vineā Domini ſabaoth Dei gratia ordo ipſe fratrum minorum magnos probitatis, & doctrinæ, ac animarum ſalutis fructus ſemper olim attulerit, & quotidie afferre conetur, & exinde pro ſuis ſanctis ſtudiis, honeſtíſque laboribus, próque ſalute animarum ab Apoſtolica Sede, cuius continuè pacem, & dignitatem ordo idem fortiter tutatus eſt, tàm ſpiritua

lia quàm temporalia ſubſidia,ornamentáque acceperit & accipiat,quibus & ſua ſancta officia,ac vitam ſuam regularem faciliùs,atque magis expeditè tranſigere poſſint,& cæteræ religioſæ perſonæ,ordinéſque alij exemplo ipſorum promptiores, alacrioréſque ad ſua officia perſoluenda reddantur, cumque etiā ex ipſius ſedis prouiſiōe,ac benigna dignatione prouenire dignoſcatur, vt Romanus Pontifex quandoque prædeceſſorum ſuorum Romanorum Pontificum geſta innouet, ac Apoſtolica auctoritate innouata,& reſtaurata muniat,& fulciat,& in priſtinum ſtatum reponat,ac reducat, necnon proprerea nonnulli Romani pontifices prædeceſſores noſtri nonnullas gratias conceſſiones,indulgentias,peccatorum remiſſiones, abſolutiones etiam plenarias, libertates,prærogatiuas,fauores,immunitates,exemptiones,declarationes,facultates, ac omnia & ſingula priuilegia,& indulta tàm ſpiritualia, quàm tēporalia etiam per ſolam ſignaturam, aut per oracula viuæ vocis, tàm pro foro conſcientiæ,quàm foro fori tàm prædictis fratrum minorum,quàm SanctæClaræ,ac tertio de pœnitentia nuncupato ordinibus, illorúmque ſuperioribus fratribus, monialibus, & ſororibus, ac vtriuſque ſexus perſonis, & Monaſteriis, Domibus, Eccleſiis, & locis quibuſcunque dictorum ordinum nunc, & pro tempore exiſtentibus in genere vel in ſpecie, etiam per modum communicationis ſiue extenſionis priuilegiorum inter ſe,ac etiam cū aliis quibuſcunque ordinibus mendicantibus & non mendicantibus conceſſerunt,aut iam conceſſa confirmarunt, & approbarunt prout in ſingulis conceſſionibus, & literis eorundem prædeceſſorum deſuper confectis pleniùs dicitur contineri. Cum autē, ſicut eadem expoſitio ſubiungebat,illa quæ ſæpius apoſtolica auctoritate præfata munita exiſtunt, maiorem obtineant roboris firmitatem, di[illegible]úſque Chriſtophorus Miniſter Generalis cupiat priuilegia,facultates,cōceſſiones,indulta,diſpenſationes, & ſingulas alias gratias huiuſmodi etiam per nos,approbari innouari,& cōfirmari, pro parte eiuſdem Chriſtophori nobis fuit humiliter ſupplicatum,vt eiſdem priuilegiis,immunitati-

bus, exemptionibus, libertatibus, fauoribus conſeruatoriis, declarationibus, facultatibus, diſpenſationibus, gratiis, conceſſionibus, indulgentiis, & indultis pro illorum obſeruantia noſtræ approbationis robur adjicere: aliáſque in præmiſſis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Nos igitvr, qui omnium votis præſertim illis, quibus ſub ſuaui religionis iugo diuinis laudibus, & Chriſtianæ religionis augmento incumbentium perſonarum tranquillitati, & commoditati conſulitur, libenter annuimus, eáque fauoribus proſequimur opportunis, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, præmiſſa, ac omnia, & ſingula alia priuilegia, immunitates, exēptiones, libertates, prærogatiuas, fauores, conſeruatorias, declarationes, facultates, diſpenſationes, gratias, conceſſiones, indulgentias, & indulta ſpiritualia, & temporalia, etiam per modum communicationis, & extenſionis inter ſe, & cum aliis ordinibus mendicantibus, & non mendicantibus, eiſdem fratrum minorum regularis obſeruantiæ, ac ſanctæ Claræ, & de pœnitentia tertio ordinibus etiam in congregatione ſub trium votorū ſubſtantialium profeſſione, & eorundem ſuperiorum ordinis minorū regularis obſeruantiæ huiuſmodi obedientia degentibus, ipſorúmque ſuperiorum fratribus, monialibus, ſororibus, ac vtriuſque ſexus etiam ſingularibus perſonis, necnon Monaſteriis, Domibus, Eccleſiis, & locis quibuſcunque, in genere, & in ſpecie, etiam per ſolam ſignaturam, etiā viuæ vocis oraculo, vt præfertur aut alias tàm per præfatos, ac quoſcunque alios Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac nos & ſedem prædictam quàm Imperatores, Reges, & alios principes ſub quacunque forma, & expreſſione verborum cōceſſa, ac etiam iteratis vicibus: approbata, necnon cum omnibus & ſingulis in eis contentis clauſulis, decretis, & declarationibus ſingulas deſuper confectas literas, & in eis contenta, & inde ſecuta quæcunque, illorū omnium tenores, & formas, datas, effectus, & decreta in illis appoſita ac ſi de verbo ad verbum inſererentur præſentibus pro ſufficiente expreſſis habentes dicta aucto-

ritate apoſtolica tenore præſentiũ ex certa noſtra ſcientia, ac de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, quatenus ſunt in vſu, & ſacris canonibus & decretis ſacri concilij Tridentini non aduerſantur, approbamus, & confirmamus, & innouamus, perpetuamque roboris firmitatem obtinere & firmiter obſeruari, necnon ordinibus fratrũ minorum regularis obſeruantiæ, & Sanctæ Claræ, ac tertio de Pœnitentia nuncupato etiam in congregatione ſub obedientia fratrũ minorum de obſeruantiæ huiuſmodi degentibus Superioribus, fratribus, monialibus etiam tertiariis nũcupatis, ſororibus, perſonis, Monaſteriis, Domibus, Eccleſiis, & locis præfatis, etiam per modum communicationis, & extenſionis huiuſmodi ſuffragari, illiſque frui, vti & gaudere quando & quoties opus fuerit poſſe, & debere in iudicio & extra, ac etiam in foro conſcientiæ in omnibus, & per omnia, perinde ac ſi ſpecialiter, & expreſſe eiſdem fratrum minorum, ac Sanctæ Claræ, & tertio de pœnitentia nuncupato ordinibus conceſſa fuiſſent, decernimus, ſupplentes omnes, & ſingulos iuris, & facti ac ſolennitatum etiam de iuris neceſſitate, aut alias quomodolibet requiſitarũ forſan omiſſarum, & alios quoſcunque defectus, ſi qui forſan interuenerint in eiſdem. Quocirca venerabilibus fratribus, Cordubeñ. & Leodieñ. Epiſcopis, ac dilecto filio Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori per eaſdem præſentes committimus & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios faciant auctoritate noſtra præſentes literas, & in eis contenta quæcunque plenum eorum effectum ſortiri, illiſque omnes, quos concernunt, pacifice frui, & gaudere. Non permittentes quemquam deſuper per quoſcunque quomodolibet indebite moleſtari, contradictores quoſlibet, & rebe[illegible], etiam per quaſcũque, de quibus eis videbitur, cenſ[illegible], & penas eccleſiaſticas, ac alia oportuna iuris remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo, ac legitimis ſuper his habendis ſeruatis proceſſibus, etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus.

Super cathedram, Bonifacij, & Dudum Viennen̄ concilij ac Clementinæ, Religioſi de priuilegiis, & Dudum de ſepulturis, ac etiam ex frequentibus, de ſententia excommunicationis ac extrauagante, Ad conditorē: Ioānis vigeſimi ſecundi, cum aliis conſtitutionibus eandē prædictæ materiam extrauagantis tangentibus, ſeu cōcernentibus, ac regulis cancellariæ apoſtolicæ editis, & in futurū edēdis, ac piæ memoriæ Bonifacij Papæ Octaui, etiam prædeceſſoris noſtri de vna, & in concilio generali de duabus dietis editis, dummodo non vltra tres dietas aliquis, præſentium vigore ad iudicium extrahatur, aliiſque apoſtolicis conſtitutionibus, ac prouincialibus, capitularibus, generalibus, & ſpecialibus conſtitutionibus, & ordinationibus etiam in vltimo generali Lateranenſis concilio celebrato, aliiſque conciliis editis, necnon ſtatutis & conſuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, & priuilegiis quoque, indultis, & literis apoſtolicis, etiam in forma breuis per Leonem decimū, Clementem ſeptimum, Paulum tertium, Iulium etiam tertium, Paulum Quartum, Pium etiam Quartum prædictos, ac etiam Pium Quintum, & quoſcunque alios Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac etiam nos, & ſedem eandem etiam Motu proprio, ac ſcientia & poteſtatis plenitudine ſimilibus, ac cum quibuſuis irritatiuis, annulatiuis, caſſatiuis, etiam priuilegiorū eorumdē reuocatiuis, reſtrictiuis, reſeruatiuis, exceptiuis, reſtitutiuis, declaratiuis, mentis atteſtatiuis, ac derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & in ſolitis clauſulis quomodolibet etiam pluries conceſſis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis eorúmque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, etiam quod in eis caueatur expreſſe, quod illis nullatenus, aut non niſi ſub certis modo, & forma derogari poſſit, tenores huiuſmodi, ac ſi

de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſeruata inſerti forēt, præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habētes, illis etiam in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus: Aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpēdi, vel communicari non poſſint per literas apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem, cæteriſque cōtrariis quibuſcunque. Verum quia difficile foret præſentes literas ad ſingula quæque loca, in quibus forte opus eſſet, deferri, volumus, & pariter Apoſtolica auctoritate decernimus, quod illarum tranſumptis manu notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ, ſeu curiæ eccleſiaſticæ munitis, eadem prorſus fides in iudicio, & extra illud adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris Die xxi. Maij. M. D. L X X V. Pontificatus noſtri Anno Tertio.

Cæ. Glorierius.

NOs FRANCISCVS ALCIATVS nuncupatus ac Vice-protector ordinis Sancti Franciſci miſeratione diuina, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, tituli Sanctæ Mariæ in porticu, Mediolanenſis, Cardinalis, Omnibus, & ſingulis præſens tranſumptum literarum Apoſtolicarum confirmationis, & innouationis priuilegiorum fratrum minorum de obſeruantia per Sanctiſſimum Dominum Gregorium Diuina prouidentia Papam tertium decimum factæ viſuris, lecturis pariter & audituris, notum facimus, & in verbo veritatis atteſtamur, qualiter eum originalibus Apoſtolicis literis quas non caſſas, non abolitas, nec in aliqua ſui parte ſuſpectas vidimus, concordat in quorum omnium fidem, & teſtimonium, ad inſtantiam admodum. R. P. F. Chriſtophori à Capite fontiū totius ordinis Sancti Franciſci

de obſeruantia Generalis Miniſtri, has præſentes noſtras atteſtationis literas, etiam imprimi, & noſtri ſoliti ſigilli (quo in ſimilibus vtimur) impreſſione cõmuniri, & per notarium infraſcriptum, ſubſcribi fecimus, Actũ & Datum Romæ in ædibus noſtris Anno à natiuitate Domini. 1 5 7 5. Indictione Tertia Die vero xxv. Maij. Pontificatus eiuſdem Sanctiſſimi D. N. Gregorij tertij decimi Anno Quarto.

F. Card. Alciatus Vice-protector.

Collector.

Nego equidem me excuſoris præſtare culpam.
Quod ſi non illum ſed me peccaſſe putaris,
Tunc ego te credam cordis habere nihil.

Poëta quidam ad librum & eius lectores.

I liber & varias terras vrbeſque videto,
Et ſine delectu plurima tecta ſubi.
Te videat gnarus, ſed te inuidus inſipienſque
Mordeat inſulſus teque peritus amet.
Omnibus eſto patens ſed non ſis omnibus vnus,
Siſque piis ſapidus ſed nocuos lateas.
Quod ſi fortè aliquis pluteo te ſubdere certet,
Cenſuram patere ſi vir erit ſapiens.
Sed te ſi quis erit: qui ignaro carpſerit vngue:
Deſpice prudentum ſiſus in arbitrio.
Et vos lectores libro præſtate fauorem,
Quem tanti pietas contulit alma patris.

[library stamp, illegible]

Impreſſum Pariſiis per Simônem Caluarinum. Anno Domini. 1 5 7 8.